

Digitized by the Internet Archive
in 2010 with funding from
University of Toronto

L.G.
R.

RELIQUIÆ SACRÆ:

SIVE,

AUCTORUM FERE JAM PERDITORUM

SECUNDI TERTIIQUE SÆCULI

POST CHRISTUM NATUM

QUÆ SUPERSUNT.

ACCEDUNT SYNODI, ET EPISTOLÆ CANONICÆ,

NICÆNO CONCILIO ANTIQUIORES.

AD CODICES MSS. RECENSUIT, NOTISQUE ILLUSTRAVIT,
MARTINUS JOSEPHUS ROUTH, S. T. P.

COLLEGII S. MAGDALENÆ OXON. PRÆSES.

EDITIO ALTERA.

VOL. III.

OXONII:

E TYPOGRAPHEO ACADEMICO.

MDCCCLVI.



ms/b/c
8/25/55

6

PRÆFATIO

ANTE VOLUMEN TERTIUM ANNO MDCCCXV. POSITA.

LECTORI.

CUM vita hominum tam caduca et brevis sit, ut humana omnia recte habeantur incerta, hoc tertium volumen ante quartum et ultimum edere mihi visum est, ne forte orba demum pars operis prodiret, quæ residua prope omnia quasi e naufragio erepta suo ambitu conservat. Etenim in hoc tomo nonnulla posita sunt Opuscula, de quibus, priusquam legantur, cautio quædam sive monitio est adhibenda. Quo quidem nomine commemorare convenit tria postrema Concilia Carthaginiensia, quippe quæ stabilito more apud Afros haud ita vetusto, rebaptizationem omnium hæreticorum et schismaticorum sanxerunt. At vero illo ipso tempore, diu ante *plenarium*, quod a S. Augustino produci solet, *totius orbis concilium*, Romana aliæque ecclesiæ baptismum in nomine Divino prius

celebratum iterare, veteri suo more servato, detrectabant. Atque illa *plenarii* concilii commemoratione indicare Augustinus videtur, vel concilium Nicænum, in quo fuerat sancitum aliquid admissioni hæreticorum aliquorum sine novo baptismo favens; vel potius concilium Arelatense primum, ante Generale Nicænum apud Occidentales celebratum, a quo mos Afrorum damnatus est, simulque jussum scitum hoc suum ut cum ceteris *per omnem orbem* observaretur. Sed et paulo ante Donatus, quod confessus sit se rebaptizasse, a concilio Romano condemnatus fuerat; Catholicis tunc in Africa Donatistas non rebaptizantibus; immo postero tempore anabaptismum a Catholica disciplina alienum damnantibus legibus imperialibus et ecclesiasticis, quæ ad Africam pertinebant. Verum tamen in partibus Orientalibus tunc quoque Hæreticos rebaptizare consueverunt.

Plura ad volumen tertium olim præfatus sum. Cum vero jam alia quinque Opuscula reservata sint, ut volumini quarto et ultimo inserantur, hæc hactenus scripsi ceteris nunc omissis.

INDEX AUCTORUM,

QUI

IN HOC TOMO TERTIO COLLOCATI SUNT.


	Reliquiæ. Pag.	Annotationes. Pag.
AMBROSIUS - - -	3—7	8—9
S. CORNELIUS - - -	13—29	30—89
CONCILIA CARTHAGINIENSIA	93—131	132—217
S. DIONYSII ALEX. EPISTOLA CANONICA - - -	{ 221—232	233—250
S. GREGORII NEOCÆS. EPIST. CANONICA - - -	{ 253—264	265—283
CONCILIUM ANTIOCHENUM CONTRA PAULUM SAMOS.	{ 287—316	317—367
DIONYSIUS ROMANUS -	371—377	378—403
THEOGNOSTUS - - -	407—414	415—422
PIERIUS - - - - -	425—431	432—435
THEONAS - - - - -	439—445	446—449
S. VICTORINUS - - -	453—463	464—473
S. PAMPHILUS MARTYR -	487—499	500—513
HYMNUS VESPERTINUS -	515—	516—520

INDEX

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

Introduction	1
Chapter I	15
Chapter II	35
Chapter III	55
Chapter IV	75
Chapter V	95
Chapter VI	115
Chapter VII	135
Chapter VIII	155
Chapter IX	175
Chapter X	195
Chapter XI	215
Chapter XII	235
Chapter XIII	255
Chapter XIV	275
Chapter XV	295
Chapter XVI	315
Chapter XVII	335
Chapter XVIII	355
Chapter XIX	375
Chapter XX	395
Chapter XXI	415
Chapter XXII	435
Chapter XXIII	455
Chapter XXIV	475
Chapter XXV	495
Chapter XXVI	515
Chapter XXVII	535
Chapter XXVIII	555
Chapter XXIX	575
Chapter XXX	595
Chapter XXXI	615
Chapter XXXII	635
Chapter XXXIII	655
Chapter XXXIV	675
Chapter XXXV	695
Chapter XXXVI	715
Chapter XXXVII	735
Chapter XXXVIII	755
Chapter XXXIX	775
Chapter XL	795
Chapter XLI	815
Chapter XLII	835
Chapter XLIII	855
Chapter XLIV	875
Chapter XLV	895
Chapter XLVI	915
Chapter XLVII	935
Chapter XLVIII	955
Chapter XLIX	975
Chapter L	995

AMBROSIUS.



AMBROSIUS.

S. HIERONYMUS, *Lib. De Viris Illustribus*,
cap. lvi. p. 133.

AMBROSIUS^a primum Marcionites, deinde ab Origene correctus, Ecclesiæ^b diaconus, et confessionis Dominicæ gloria insignis fuit, ^ccui et Procteto presbytero liber Origenis de Martyrio scribitur. Hujus industria, et sumptu et instantia, ^dad-jutus infinita Origenes dictavit volumina. Sed et ipse, quippe ut ^evir nobilis, non inelegantis ingenii fuit: ^fsicut ejus ad Origenem Epistolæ indicio sunt^g. Obiit ante mortem Origenis^h: et in hoc a plerisque reprehenditur, quod vir locuples amici sui senis et pauperis moriens non recordatus sit.

^a Ambrosium Valentini addictum sectæ, τὰ τῆς Οὐαλεντίνου φρονῶντα αἰρέσεως, πρὸς τῆς ὑπὸ Ὀριγένους πρεσβευομένης ἀληθείας ἐλεγχθέντα καὶ ὡς ἂν ὑπὸ φωτὸς καταυγασθέντα τὴν διάνοιαν, refert Eusebius vi. 18. Nempe Valentinus *Marcionis auctor* sive

Magister ut Gennadio c. 25. de S. E. dicitur. Epiphanius lxiv. 3. de Origene: Ἀμβροσίῳ τινὶ συντυχῶν τῶν διαφανῶν ἐν αὐλαῖς βασιλικαῖς. Τινὲς δὲ τοῦτον τὸν Ἀμβρόσιον ἔφασαν οἱ μὲν Μαρκωνιστὴν, οἱ δὲ Σαβελλιανόν. FABRICIUS. Epiphanium in Sabellii hæresi commemoranda aperte errasse, vel librarium ejus per calami errorem pro *Valentiniano* scripsisse *Sabellianum*, non incommodè monuit Wetstenius Notis ad Origen. de Mart. p. 102. KEIL. in nota ad ed. nov. *Fabricianæ Bibl. Gr.* vol. vii. p. 289.

^b De Diaconatu Ambrosii silet Eusebius, sed in Martyrologiis traditur fuisse Diaconus Alexandrinus. Vide Acta Sanctior. 17 Martii. Tillemontium tom. iii. Memor. FABRICIUS. Hunc uxore ducta liberos habuisse, extrema pars epistolæ Origenis ad Africanum ostendit; in qua de meritissimo homine hæc posita sunt; Προσαγορεύει σε ὁ συναγωνισάμενος τῇ ὑπαγορεύσει τῆς ἐπιστολῆς, καὶ παρατυχῶν πάσῃ αὐτῇ, ἐν οἷς βεβούληται, διορθωσάμενος Κύριός μου καὶ ἀδελφὸς ἱερὸς Ἀμβρόσιος. Ἀσπάζεται δέ σε καὶ ἡ πιστοτάτη σύμβιος αὐτοῦ Μάρκελλα, ἅμα τοῖς τέκνοις, καὶ Ἀνίκητος. Σὺ τὸν καλὸν ἡμῶν πάπαν Ἀπολινάριον ἄσπασαι καὶ τοὺς ἀγαπῶντας ἡμᾶς.

^c In persecutione sub Julio Maximino (A. C. 236.) Ambrosium et Protoctetum Presbyterum Cæsariensem διαπρέψαι ἐν ὁμολογίᾳ refert Eusebius vi. 28. ubi observat Origenem iisdem suam ad Martyrium exhortationem dedicasse, quæ etiamnum extat, notis Jo. Rodolph. Wetstenii illustrata. Basil. 1674. 4. Eusebii verba sunt: τότε καὶ Ὀριγένης τὸν περὶ μαρτυρίου συντάττει, Ἀμβροσίῳ καὶ Πρωτοκλήτῳ πρεσβυτέρῳ τῆς ἐν Καισαρεία παροικίας ἀναθεὶς τὸ σύγγραμμα. In libro ipso nominatim eosdem alloquitur Origenes: Ἀμβρόσιε θεοπρεπέστατε, Πρωτόκλητε εὐσεβέστατε. FABRICIUS.

^d Ex illis etiam quæ extant, non pauca Origenis Ambrosio dedicantur, ut præter exhortationem ad martyrium, libri contra Celsum, et in Johannem Commentarii, ubi pag. 3. ita eum alloquitur Origenes: Ἀμβρόσιε ἀληθῶς Θεοῦ ἄνθρωπε, καὶ ἐν Χριστῷ ἄνθρωπε, καὶ σπεύδων εἶναι πνευματικὸς, οὐκ ἔτι ἄνθρωπος. FABRICIUS. *adjutus*: Ita ex laudato MS. Vaticano emendavimus, cum hactenus aut nullo aut contrario sensu *ad hunc* legeretur; unde ἐργοδιώκτη Ambrosio *infinita* volumina ab Origene dedicata, quæ

perierint, docti viri frustra comminiscuntur. Et vero sollemnis Hieronymo est phrasis, *adjutus hortatu, precibus, &c.* VAL- LARSIIUS, S. Hieronymi operum editor novissimus.

^e Epiphanius lxiv. 3. ait Ambrosium fuisse τῶν διαφανῶν ἐν αἰλαῖς βασιλικαῖς. Non mediocres ejus opes celebrat Origenes, τῶσαύτην κτῆσιν propter Christum neglexisse testatus p. 877. exhortat. ad martyrium. FABRICIUS.

^f Ambrosii epistolæ ad Origenem interciderunt, quemadmodum et paucis exceptis Epistolæ Origenis, quarum centum amplius congesserat, et ne iterum dissiparentur, in libros digesserat Eusebius, quem vide vi. 36. FABRICIUS.

^g Origenes obiit A. C. 253. neque Ambrosius biennio citius, ut videtur, vel triennio. Certe adhuc erat superstes, cum libros contra Celsum ei inscriberet Origenes A. 247. FABRICIUS.

^h Tillemontius tom. iii. Memor. p. 273. suspicatur, Ambrosium nullam aliam ob causam Origeni aliquid ex opibus suis legare supersedisisse, quam quod pecunias ab eo prorsus contemni, paupertatem amari pulchre nosset. FABRICIUS.

AMBROSII ALEXANDRINI

QUOD SUPEREST

ANTE MEDIUM SÆCULUM TERTIUM

AD ORIGENEM SCRIBENTIS.

Ex Epistola ad Origenem.

5

ΚΕΙΣΘΩ δὲ ἐν τοῖς παροῦσιν (inquit *Origenes* in *Lib. De Oratione* cap. xv. p. 28. *ed. Lond.*) αὐταῖς λέξεσιν ἄπερ διὰ τῶν πρὸς με γραμμάτων ἔταξας, οὕτως ἔχοντα. πρῶτον, εἰ προγνώστης ἐστὶν ὁ Θεὸς τῶν μελλόντων, καὶ δεῖ αὐτὰ γίνεσθαι, ματαία ἢ προσευχή. δεύτερον, εἰ πάντα κατὰ βούλησιν Θεοῦ γίνεται, καὶ ἀραρότα αὐτοῦ ἐστὶ τὰ βουλεύματα, καὶ οὐδὲν τραπήναι, ὧν βούλεται, δύναται, ματαία ἢ προσευχή.

Interprete Car. Ashton.

Ponantur vero hic totidem verbis ea, quæ in tuis ad me literis ita descripsisti; Primo, Si Deus præseit futura, eaque fieri oportet, vana est precatio. Se-

cundo, Si omnia ex Dei voluntate fiunt, et stabilia sunt ejus consilia, nec eorum, quæ ille vult, quicquam mutari potest, frustra fit precatio.

DE EPISTOLA QUADAM AD ORIGENEM AB
AMBROSIO SCRIPTA,

Ita S. Hieronymus.

Ambrosius, quo chartas, sumtus, notarios, ministrante, tam innumera-
5 merabiles libros vere Adamantius et Chalcenterus noster explicavit, in
quadam Epistola, quam ad eundem de Athenis scripserat, refert;
nunquam se cibum, Origene præsentem, sine lectione sumsisse: nunquam
iniisse somnum, nisi unus e fratribus sacris litteris personaret.
Hoc diebus egisse, et noctibus, ut et lectio orationem exciperet, et
10 oratio lectionem. *S. Hieron. Epist. ad Marcellam*, tom. i. p. 190. *ed. Vallarsii.*

ANNOTATIONES IN AMBROSIUM.

P. 5. l. 10. ἡ προσευχή.] Ad quæstiones, quas solvendas Ambrosius vir optimus de precationis inutilitate proposuerat, respondet sapienter prudenterque Origenes in libro adhuc superstite *De Oratione*; quod quidem opus misit huic ἐργοδιώκτη suo et Tatianæ, modestissimam (κοσμιωτάτην) quam vocat atque fortissimam feminam.

P. 6. l. 4. Ambrosius, quo chartas] Hæc Hieronymi de Origenis Ambrosiique φιλοπονία repetivit Rufinus lib. ii. *Invectiv. in Hieron.* p. 425. *Operum S. Hieron.* ed. Martian. ubi *cibos* pro *cibum*, si tanti est id referre, positum est. Porro extat particula epistolæ Origenis ad eandem rem pertinens apud Suidam in voce *Origenes*, atque Cedrenum *Hist. Compend.* p. 253. ed. Paris. quam mox subjungam.

Ibid. l. 9. et noctibus] Habet *vel* pro *et* editio Martian.; quod si præferatur, valebit *vel* etiam.

Ibid. l. 10. lectionem.] Apud Suidam et Cedrenum post hæc verba, τοσούτου γὰρ ζήλου εἰς τὴν ἐξήγησιν τῶν θείων λογίων ὁ Ἀμβρόσιος ἐπεδείξατο, ὥστε τὴν πολλὴν αὐτοῦ σπουδὴν Ὠριγένους μαρτυρῶν γράφει πρὸς τινα λέγων, (sequuntur Origenis pulchra hæc admonitionis plena;) Ὁ ἱερός καὶ

Θεῶ γνησίως ἀρακείμερος Ἀμβρόσιος πολλὰ προσαγορεύει σε ὅστις νομίζων με φιλόπονον εἶναι καὶ πάννυ διψᾶν τοῦ θείου λόγον, ἤλεγξε τῇ ἰδίᾳ φιλοπονίᾳ, (scilicet τὴν ἰδίαν φιλοπονίαν) τῷ πρὸς τὰ ἅγια μαθήματα ἔρωτι. ὅθεν ἐπὶ τοσοῦτόν με παρελήλυθεν, ὥστε κινδυνεύειν ἀπαυδᾶν πρὸς τὰς αὐτοῦ προτάσεις. οὔτε γὰρ δειπνήσαι ἔστιν ὅτι μὴ ἀντιβάλλοντα, οὔτε δειπνήσαντα ἔξεστι περιπατήσαι, καὶ διαναπαῦσαι τὸ σωματίον· ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς καιροῖς ἐκείνοις φιλολογεῖν καὶ ἀκριβοῦν τὰ ἀντίγραφα ἀναγκαζόμεθα. οὔτε μὴν ὅλην ἐπὶ θεραπείᾳ τοῦ σώματος τὴν νύκτα ἔξεστι ἡμῶν κοιμᾶσθαι, ἐπὶ πολὺ τῆς ἐσπέρας τῆς φιλολογίας παρατεινούσης. ἐγὼ δὲ λέγειν καὶ τὰ ἔωθεν μέχρι τῆς ἐννάτης, ἐστὶ ὅτε καὶ δεκάτης ὥρας· πάντες γὰρ οἱ θέλοντες φιλοπονεῖν, τοὺς καιροὺς ἐκείνους τῇ ἐξετάσει τῶν θείων λογίων καὶ ταῖς ἀναγνώσεσιν ἀνατιθέασιν. Maxime exemplar quod Cedrenus apud se habuit epistolæ, secutus sum. Verba præfixit operibus Origenis editor ejus Benedictinus. Addam, quæ ex Eusebio *Hist.* lib. vi. cap. 23. posuit Hieronymus in *Lib. De Viris Ill.* voce *Hippolytus*. *Cohortatus est (Ambrosius) Origenem in scripturas commentarios scribere, præbens ei septem et eo amplius notarios, eorumque expensas, et librariorum* (καλλιγράφους Græce interpretatus est Sophronius) *parem numerum, quodque his majus est, incredibili studio quotidie ab eo opus exigens. Unde in quadam epistola ἐργοδιώκτην eum Origenes vocat.* cap. lxi.

S. CORNELIUS.

S. CORNELIUS.

S. HIERONYMUS, *Lib. De Viris Illustribus*,
cap. lxvi. p. 148. edit. Fabricii.

CORNELIUS,^a Romanæ urbis Episcopus, ad quem octo^b Cypriani extant Epistolæ. Scripsit Epistolam ad^c Fabium Antiochenæ ecclesiæ episcopum, de Synodo Romana, Italica, Africana: ^d et aliam de Novatiano, et de his qui lapsi sunt, ^e tertiam de gestis Synodi, ^f quartam ad eundem Fabium valde prolixam, et Novatianæ hæreseos causas et anathema continentem. Rexit ecclesiam ^g annis duobus sub Gallo et Volusiano; cui ob Christum martyrio coronato successit Lucius.

^a Cornelius Fabiano qui A. 250. 20 Jan. martyrium subiit, successor datus An. 251. 2. Jun. fuitque episcopus Romæ ad A. 252. 14. Sept. quo Centumcellis in exilio obiit. Vide Jo Pearsonii Annales Cyprianicos ad illos annos. FABRICIUS. Cor-

nelium minime ante paschalem anni 251. diem ordinatum esse, pluribus argumentis colligit Tillemontius, uti monuit Coustantius ad *Rom. Pontif. Epist.* pag. 123. Nonnihil autem de Cornelii morte, sicca an cruenta fuerit, infra dicendum est ad Concil. Carthag. IV.

^b Hæ universæ octo ad Cornelium epistolæ adhuc hodie exstant et inter S. Cypriani Opera leguntur, quemadmodum duæ Cornelii ad Cyprianum. FABRICIUS.

^c Nonnullæ editæ. et MSS. *Flavianum*, (Veronensis MS. atque alii apud Martianæum *Favianum* vel *Fabianum*. VALLARSIVS, *Op. S. Hieron.* editor novissimus.) *Rufin. Fabianum*. Sed Eusebius vi. 43. et Nicephori codices vi. 5. sequ. successorem Babylæ iterum iterumque Φάβιον appellant, et Codices quamplurimi quos Suffridus Petri et Marcianæus inspexere, *Fabium* non tantum hoc loco sed etiam infra cap. 69. Euseb. ἦλθον δ' οὖν εἰς ἡμᾶς ἐπιστολαὶ Κορνηλίου Ῥωμαίων ἐπισκόπου πρὸς τὸν τῆς Ἀντιοχείων ἐκκλησίας, Φάβιον, δηλοῦσαι τὰ περὶ τῆς Ῥωμαίων Συνόδου καὶ τὰ δόξαντα πᾶσι τοῖς κατὰ τὴν Ἰταλίαν καὶ Ἀφρικὴν καὶ τὰς αὐτόθι χώρας. FABRICIUS.

^d Hæc altera epistola Cornelii ab Eusebio non diserte commemoratur, sed illius loco epistola Cypriani et episcoporum Africae, Ῥωμαϊκῆ φωνῆ Κυπριανοῦ καὶ τῶν ἀμ' αὐτῷ κατὰ τὴν Ἀφρικὴν ἐπισκόπων. Pro *Novatiano* Novati nomen habent Codices Eusebii, Rufini, Nicephori. Etsi Hieronymum plerisque in locis ubi Novatus hodie exstat Novatianum legisse haud dubitat Guil. Beveregius notis ad Synodicon magnum p. 70. FABRICIUS. De hujusce nominis scriptura fusius nos infra ad Cornelii Epistolam priorem ad Cyprianum. De Hieronymo autem verba Eusebii male intelligente videndus cl. Keil. ad Fabricii *Bibl. Gr.* tom. vii. p. 293. ed. novæ. qui insuper notat, nullam fecisse mentionem Hieronymum Cornelianæ epistolæ in causa Novati ad Dionysium Alex. scriptæ, quam commemorat Eusebius *H. E.* vi. 46. Et prius annotaverat Vallarsius, ambigi merito posse, an altera epistola, quam *de Novatiano et lapsis* epistolam inscribit Hieronymus, Cornelii sit; certe illam tanquam Cypriani ab Eusebio memorari, Κυπριανοῦ καὶ τῶν ἀμ' αὐτῷ, &c. cap. 43.

^e Euseb. ἄλλη τις ἐπιστολὴ συνῆπτο Κορνηλίου περὶ τῶν κατὰ τὴν

Σύνοδον ἀρεσιάντων. Synodum intellige Romanam mense Octobri A. 251. in causa Novatiani habitam, cujus meminit S. Cyprianus Epist. 55. ad Antonianum p. 103. FABRICIUS.

† Ex hac epistola Cornelii prolixa fragmenta Eusebius nobis vi. 43. conservavit, qui eam laudat his verbis: καὶ πάλιν ἑτέρα ἐπιστολή περὶ τῶν κατὰ Νοουάτου πραχθέντων. Iterum Novatum vides pro Novatiano. FABRICIUS.

§ Non sane integris, ut ex iis quæ initio hujus capituli dicta, apparet, licet Eusebius vii. 2. ubi Lucii etiam successoris meminit, ait Cornelium ad tres annos Romæ episcopatum tenuisse, illud tempus quo sedes a Fabiani martyrio vacavit, Cornelio ut videtur attribuens. Κατὰ δὲ τὴν Ῥωμαίων πόλιν Κορνηλίου ἔτεσιν ἀμφὶ τὰ τρία τὴν ἐπισκοπὴν διανύσαντος Δούκιος κατέστη διάδοχος. Ita et alii veteres. Vide Schelstrateni Antiquitat. Ecclesiast. p. 196. seq. et 429. FABRICIUS. Verba *annis duobus* in S. Crucis codice non habentur. Certe, cum anno 251. 2 Junii episcopus Romanus creatus Cornelius fuerit, in sequentis vero anni die 14 Septembris in exilio Centumcellis Hetruriæ obierit, annum nonnisi tribus mensibus superavit. VALLARSIUS.

S. CORNELII
MEDIO SÆCULO TERTIO
EPISCOPI ROMANI
EPISTOLÆ QUÆ SUPERSUNT.

EPISTOLA AD S. CYPRIANUM

5

CARTHAGINIENSEM EPISCOPUM.

CORNELIUS Cypriano fratri salutem. Ne quid minus ad poenam futuram hujus scelerati hominis (Novatiani) deesset, prostratus virtutibus Dei, cum Maximus et Longinus et Machæus inde fuissent expulsi, denuo resurrexit; 10 et sicut prioribus litteris tibi, quas per Augendum confessorem misi, significavi, puto Nicostratum et Novatum et Evaristum et Primum et Dionysium illo jam pervenisse. Invigiletur ergo ut omnibus coëpiscopis nostris, et fratribus, innotescat, Nicostratum multorum criminum reum, 15 et non solum patronæ suæ carnali, cujus rationes gessit, fraudes et rapinas fecisse, verum etiam, quod est illi ad

perpetuam pœnam reservatum, ecclesiæ deposita non modica abstulisse; Evaristum vero auctorem schismatis fuisse; et successorem plebi, cui ante præfuerat, Zetum in locum ejus episcopum esse constitutum. Majora vero et
 5 graviora hîc designavit malitia et inexplebili pravitate suâ, quam quæ illic apud suos semper exercuit; ut scias quales duces et protectores iste schismaticus et hæreticus lateri suo semper junctos habeat. Opto te, frater carissime, semper bene valere. Extat hæc Epist. apud S. *Cypriani Opera*
 10 p. 62. ed. *Baluzii*, sive *Benedictinorum*, XLVIII. ad *Felli* autem numeros L.

EPISTOLA ALTERA

AD EUNDEM CYPRIANUM.

Cornelius Cypriano fratri salutem. Quantam sollicitu-
 15 dinem et anxietatem sustinuimus de iis confessoribus qui dolo et malitia hominis callidi et veteratoris fuerant circumventi et pene decepti et ab ecclesia alienati; tanta lætitia adfecti sumus, et Deo omnipotenti, et Christo Domino nostro gratias egimus, cum ii, cognito suo errore,
 20 et intellecta hominis maligni velut serpentis astutia venenata, ad ecclesiam unde exierant, sicuti ipsi ex suo corde profitentur, simplici voluntate venerunt. Et primo quidem fratres nostri probatæ fidei, amantes pacem, unitatem optantes, tumorem illum horum mollitum jam adnuntia-
 25 bant, fide tamen non idonea, ut facile nobis crederetur illos penitus esse mutatos. Postea vero Urbanus et Sidonius confessores ad presbyteros nostros venerunt, affirmantes Maximum confessorem et presbyterum secum pariter cupere in ecclesiam redire; sed quoniam multa præ-
 30 cesserant ab eis designata, quæ tu quoque a coepiscopis nostris et ex litteris meis cognovisti, ut non temere eis fides haberetur, ex ipsorum ore et confessione ista quæ per

legationem mandaverant, placuit audiri. Qui cum venissent, et a presbyteris quæ gesserant exigenter, novissime quod per omnes ecclesias litteræ calumniis et maledictis plenæ eorum nomine frequenter missæ fuissent, et pene omnes ecclesias perturbassent, circumventos se esse 5 affirmaverunt, nec quid in istis litteris inesset se scisse, tantummodo subscripsisse calliditate ejus circumductos; commisisse se quoque schismatica et hæresis auctores fuisse, ut paterentur ei manus quasi in episcopatum imponi. Qui, cum hæc et cætera eis fuissent exprobrata, ut abolerentur 10 et de memoria tollerentur deprecati sunt.

Omni igitur actu ad me perlato, placuit contrahi presbyterium. Adfuerunt etiam episcopi quinque, qui et hodie præsentés fuerunt, ut firmato consilio, quid circa personam eorum observari deberet consensu omnium sta- 15 tueretur. Et ut motum omnium et consilium singulorum dignosceres, etiam sententias nostras placuit in notitiam vestram perferri; quas et subjectas leges. His ita gestis, in presbyterium venerunt Maximus, Urbanus, Sidonius, et plerique fratres qui se eis adjunxerant, summis precibus 20 desiderantes, ut ea quæ ante fuerant gesta in oblivionem caderent, nullaque eorum mentio haberetur; proinde atque si nihil esset vel commissum vel dictum, invicem omnibus remissis, cor mundum et purum jam Deo exhiberent, sequentes evangelicam vocem dicentem, ^a*Beatos esse puros* 25 *corde, quoniam ipsi Deum videbunt.* Quod erat consequens, omnis hic actus populo fuerat insinuandus, ut et ipsos viderent in ecclesia constitutos quos errantes et palabundos tamdiu viderant et dolebant. Quorum voluntate cognita, magnus fraternitatis concursus factus est. Una vox erat 30 omnium gratias Deo agentium, gaudium pectoris lacrymis exprimentes, complectentes eos quasi hodie pœna carceris fuissent liberati. Et ut ipsorum propria verba designem:

^a Mat. v. 8.

“ Nos, inquit, Cornelium episcopum sanctissimæ Ca-
 “ tholicæ ecclesiæ electum a Deo omnipotente et Christo
 “ Domino nostro scimus. Nos errorem nostrum confi-
 “ temur. Imposturam passi sumus. Circumventi sumus
 5 “ perfidiæ loquacitate captiosa. Nam etsi videbamus quasi
 “ quandam communicationem cum schismatico et hæretico
 “ homine habuisse, sincera tamen mens nostra semper in
 “ ecclesia fuit. Nec enim ignoramus unum Deum esse et
 “ unum Christum esse Dominum, quem confessi sumus,
 10 “ unum Spiritum Sanctum, unum episcopum in catholica
 “ ecclesia esse debere.” Quis ista eorum professione non
 moveretur, ut quod apud potestatem sæculi erant confessi,
 in ecclesia constituti comprobarent? Quapropter Maximum
 presbyterum locum suum agnoscere jussimus. Cæteros
 15 cum ingenti populi suffragio recepimus. Omnia autem re-
 misimus Deo omnipotenti, in cujus potestate sunt omnia
 reservata.

Hæc igitur, frater carissime, eadem hora, eodem mo-
 mento ad te, per scripta transmisimus, et Nicephorum
 20 acolythum descendere ad navigandum destinantem ad vos
 statim dimisi, ut nulla procrastinatione habita velut præ-
 sens in isto clero et in isto populi cœtu Deo omnipotenti
 et Christo Domino nostro gratias ageres. Credimus autem
 fore, quinimmo pro certo jam confidimus, cæteros quoque
 25 qui in hoc errore sunt constituti in ecclesiam brevi rever-
 suros, cum auctores suos viderint nobiscum agere. Has
 litteras puto te debere, frater carissime, et ad cæteras
 ecclesias mittere, ut omnes sciant schismatici hujus et hæ-
 retici dolum et prævaricationem de die in diem evacuari.
 30 Bene vale, frater carissime. Extat hæc Epistola, ubi supra,
 pag. 60. numero notata XLVI. in *Felli* autem edit. XLIX.

EX

EPISTOLA AD FABIUM.

ANTIOCHENUM EPISCOPUM.

*Lemma a Petro Coustantio in editione sua Rom. Pontificum
Epistolar. præfixum.*

5

- I. Quomodo Confessores a Novatiano decepti fraudes ejus detexerint, et palam Ecclesiæ notas fecerint. II. Contra omnes leges ordinatus episcopatum sibi arrogat. III. Cleri Romani populique multitudine a schismate non deterretur. IV. Ur-
gente infirmitate in lecto perfusus seu baptizatus, minime 10
consignatus est. V. Persecutionis tempore presbyterum se negare mavult, quam fratribus subvenire. VI. Præter leges, clero ac plurimis de populo intercedentibus, per gratiam episcopi ad presbyterium provectus fuit. VII. Quî corpus et sanguinem Christi porrigens, singulos sibi jurare cogat. 15
VIII. Eum ab omnibus deseri.

α'. Ἴνα δὲ γινῶς ὅτι πρόπαλαι ὀρεγόμενος τῆς ἐπισκοπῆς ὁ θαυμάσιος οὗτος, καὶ κρύπτων ἐν ἑαυτῷ τὴν προπετῆ ταύτην αὐτοῦ ἐπιθυμίαν ἐλάνθανεν, ἐπικαλύμματι τῆς αὐτοῦ ἀπονοίας τῷ καταρχὰς σὺν 20
αὐτῷ τοὺς ὁμολογητὰς ἐσχηκέναι χρώμενος, εἰπεῖν βούλομαι· Μάξιμος πρεσβύτερος τῶν παρ' ἡμῖν καὶ Οὐρβανὸς, δις τὴν ἐξ ὁμολογίας δόξαν ἀρίστην καρπωσάμενοι· Σιδόνιός τε καὶ Κελερίνος, ἀνὴρ ὃς πά-

Interprete Valesio.

25

1. Atque ut scias qualiter sociaverat, velamentum vesaniæ admirandus ille vir episcopalis obtendit, deinceps tibi edisseram. Maximus ecclesiæ nostræ loci cupiditate jampridem incensus, et præcipitem illam presbyter, et Urbanus: ambo 30
ambitionem suam tegens, diu ex fidei confessione egregiam
omnes latuerit; dum confessores quos statim ab initio sibi jam secundo laudem adepti; Sidonius etiam et Celerinus,

σας βασάνους διὰ τὸν τοῦ Θεοῦ ἔλεον καρτερικώτατα
 διενέγκας· καὶ τῇ ῥώμῃ τῆς αὐτοῦ πίστεως, τὸ ἀσθε-
 νὲς τῆς σαρκὸς ἐπιρρώσας, κατακράτος νενίκηκε τὸν
 ἀντικείμενον· οὗτοι δὴ οὖν οἱ ἄνδρες κατανοήσαντες
 5 αὐτὸν, καὶ καταφωράσαντες τὴν ἐν αὐτῷ πανουργίαν
 τε καὶ παλιμβολίαν, τὰς τε ἐπιορκίας καὶ ψευδολογίας,
 καὶ τὴν ἀκοινωνησίαν αὐτοῦ καὶ λυκοφιλίαν· ἐπανήλ-
 θον εἰς τὴν ἁγίαν ἐκκλησίαν, καὶ ἅπαντα αὐτοῦ τὰ
 τεχνάσματα καὶ πονηρεύματα ἃ ἐκ πολλοῦ ἔχων ἐν
 10 ἑαυτῷ ὑπεστέλλετο, παρόντων ἱκανῶν τοῦτο μὲν ἐπι-
 σκόπων· τοῦτο δὲ πρεσβυτέρων καὶ λαϊκῶν ἀνδρῶν
 παμπόλλων, ἐξήγγειλαν ἀποδυρόμενοι καὶ μεταγινώ-
 σκοντες ἐφ' οἷς πεισθέντες τῷ δολερῷ καὶ κακοήθει
 θηρίῳ, πρὸς ὀλίγον χρόνον τῆς ἐκκλησίας ἀπελείφ-
 15 θησαν.

Εἶτα μετὰ βραχεία φησίν.

β'. Ἀμήχανον ὄσσην, ἀγαπητὲ ἀδελφὲ, τροπὴν καὶ
 μεταβολὴν ἐν βραχεῖ καιρῷ ἐθεασάμεθα ἐπ' αὐτοῦ

vir qui cuncta tormentorum
 20 genera per Dei misericordiam
 fortissime sustinuit, et qui fi-
 dei suæ constantia infirmitatem
 corporis sui roborans, adver-
 sarium penitus debellavit: Hi
 25 omnes cum illum tandem cog-
 novissent, et fraudem ejus ac
 versutiam, perjuria quoque at-
 que mendacia, et abhorrentem
 ab omni societate feritatem, et
 30 lupinam quamdam in eo amici-
 tiam deprehendissent, ad sanc-
 tam ecclesiam reversi sunt:
 cunctasque illius præstigias, ac
 nequitiam quam jam pridem in-

tra se occultans, sese interim
 submittebat, præsentibus ali-
 quot episcopis ac presbyteris et
 laïcis compluribus evulgarunt:
 ingemiscientes ac dolentes, quod
 a fraudulentâ illa malignaque
 bestia inducti, aliquanto tem-
 poris spatio ab ecclesia reces-
 sissent.

Et paulo post addit:

2. Mirabilem quamdam frater
 carissime conversionem in
 eo mutationemque brevi tem-
 poris articulo factam conspexi-
 mus. Nam egregius ille vir,
 qui tremendis quibusdam sa-

γεγενημένην. ὁ γάρ τοι λαμπρότατος, καὶ δι' ὄρκων
φοβερῶν τινῶν πιστούμενος τὸ μηδ' ὅλως ἐπισκοπῆς
ὀρέγεσθαι· αἰφνίδιον ἐπίσκοπος ὡσπερ ἐκ μαγγάνου
τινὸς εἰς τὸ μέσον ρίφεις ἀναφαίνεται. οὗτος γάρ τοι
ὁ δογματιστῆς, ὁ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἐπιστήμης 5
ὑπερασπιστῆς, ὀπηνίκα παρασπᾶσθαί τε καὶ ὑφαρ-
πάζειν τὴν μὴ δοθεῖσαν αὐτῷ ἄνωθεν ἐπισκοπὴν ἐπε-
χείρει, δύο ἑαυτῷ κοινωνοὺς ἀπεγνωκότας τῶν ἑαυτῶν
σωτηρίας ἐπελέξατο· ὡς ἂν εἰς βραχὺ τι μέρος, καὶ
ἐλάχιστον τῆς Ἰταλίας ἀποστείλῃ. κακείθεν ἐπι- 10
σκόπους τρεῖς, ἀνθρώπους ἀγροίκους καὶ ἀπλουστά-
τους, πλαστῆ τινὶ ἐπιχειρήσει ἐξαπατήσῃ· διαβεβαι-
ούμενος καὶ διῦσχυριζόμενος δεῖν αὐτοὺς ἐν τάχει
παραγενέσθαι εἰς Ῥώμην, ὡς δῆθεν πᾶσα ἢ τις δὴ
ποτε οὖν διχοστασία γεγонуῖα, σὺν καὶ ἐτέροις ἐπι- 15
σκόποις καὶ αὐτῶν μεσιτευόντων, διαλυθῆ. οὓς παρα-
γενομένους ἄτε δὴ (ὡς ἔφθημεν λέγοντες) ἀνθρώπους
ἀπλουστέρους περὶ τὰς τῶν πονηρῶν μηχανάς τε καὶ
ῥαδιουργίαν, συγκλεισθέντας ὑπὸ τινῶν ὁμοίων αὐτῷ

cramentis affirmaverat se epi-
scopatum non concupiscere:
repente tanquam ex machina
quadam in medium projectus,
episcopus apparuit. Et is qui
se doctorem et ecclesiasticæ
disciplinæ propugnatorem fe-
rebat, cum episcopatum sibi a
Deo minime concessum rapere
ac vindicare conaretur, duos
deploratæ salutis homines sibi
socios adjunxit: ut eos in exi-
guam ac vilissimam Italiæ par-
tem mitteret, atque illinc acci-

tos tres episcopos, homines 20
plane rudes ac simplices, frau-
dulenta quadam molitione de-
ciperet; constantissime affir-
mans ipsos quam primum Ro-
mam proficisci oportere, ut 25
omnis undecumque orta dis-
cordia, ipsorum una cum aliis
episcopis interventu atque ar-
bitrio sedaretur. Qui cum ad-
venissent, homines, ut jam 30
diximus, simplicioris ingenii,
nec in his perditorum homi-
num artibus ac fallaciis satis

τεταγμένων ἀνθρώπων, ὥρα δεκάτῃ μεθύοντας καὶ
 κραιπαλῶντας, μετὰ βίας ἠνάγκασεν εἰκονικῇ τιμῇ καὶ
 ματαίᾳ χειρεπιθεσίᾳ ἐπισκοπὴν αὐτῷ δοῦναι ἢ
 ἐνέδρα καὶ πανουργία, μὴ ἐπιβάλλουσαν αὐτῷ
 5 ἐκδικεῖ. ἔξ ὧν εἰς μετ' οὐ πολὺ ἐπανῆλθεν εἰς τὴν
 ἐκκλησίαν, ἀποδουρόμενος καὶ ἐξομολογούμενος τὸ
 ἑαυτοῦ ἀμάρτημα· ᾧ καὶ ἐκοινωνήσαμεν ὡς λαϊκῷ,
 ὑπὲρ αὐτοῦ δεηθέντος παντὸς τοῦ παρόντος λαοῦ.
 καὶ τῶν λοιπῶν δὲ ἐπισκόπων διαδόχους εἰς τοὺς
 10 τόπους ἐν οἷς ἦσαν χειροτονήσαντες, ἀπεστάλ-
 καμεν.

γ'. Ὁ ἐκδικητὴς οὖν τοῦ εὐαγγελίου, οὐκ ἠπίστατο
 ἓνα ἐπίσκοπον δεῖν εἶναι ἐν καθολικῇ ἐκκλησίᾳ· ἐν ἧ
 οὐκ ἠγνόει· πῶς γάρ; πρεσβυτέρους εἶναι τεσσαρά-
 15 κοντα ἕξ· διακόνους ἑπτὰ· ὑποδιακόνους ἑπτὰ, ἀκο-
 λούθους δύο καὶ τεσσαράκοντα· ἔξορκιστὰς δὲ καὶ
 ἀναγνώστας ἅμα πυλωροῖς δύο καὶ πενήκοντα· χή-

triti: eos ille a quibusdam sui
 simillimis quos ad id compara-
 20 verat, inclusos hora decima,
 temulentos et crapula oppres-
 sos, adumbrata quadam et ina-
 ni manuum impositione epi-
 scopatum sibi tradere per vim
 25 cogit: eumque nullo sibi jure
 competentem per fraudem at-
 que insidias vindicat. Nec mul-
 to post unus ex illis episcopis
 30 suum cum lamentis ac fletibus
 confitens. Quem nos, cum uni-
 versus populus pro illo inter-
 cessisset, ad communionem lai-
 cam suscepimus. Reliquis et-

iam duobus episcopis succes-
 sores ordinavimus, eosque in
 loca illorum direximus.

3. Ergo ille evangelii vin-
 dex, ignorabat unum episco-
 pum esse oportere in ecclesia
 catholica. In qua tamen scie-
 bat (quomodo enim illud ne-
 scire potuisset?) presbyteros
 quidem esse quatuor (sex) et
 quadraginta: septem autem
 diaconos totidemque subdiaco-
 nos: acoluthos duos et qua-
 draginta: exorcistas et lecto-
 res cum ostiariis quinquaginta
 duos: viduas denique cum in-
 firmis et egentibus plusquam

ρας σὺν θλιβομένοις, ὑπὲρ τὰς χιλίας πεντακοσίας· οὐς πάντας ἡ τοῦ Δεσπότητος χάρις καὶ φιλανθρωπία διατρέφει. ὃν οὐδὲ τοσοῦτο πλῆθος καὶ οὕτως ἀναγκαῖον ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, διὰ τῆς τοῦ Θεοῦ προνοίας πλούσιός τε καὶ πληθύνων ἀριθμὸς, μετὰ μεγίστου καὶ 5 ἀναριθμήτου λαοῦ, ἀπὸ τῆς τοιαύτης ἀπογνώσεώς τε καὶ ἀπαγορεύσεως ἐνέτρεψέ τε καὶ ἀνεκαλέσατο εἰς τὴν ἐκκλησίαν.

Καὶ αὖθις μεθ' ἕτερα τούτοις προστίθησι ταῦτα.

δ'. Φέρε δὴ ἐξῆς εἴπωμεν, τίσιν ἔργοις ἢ τίσι πο- 10 λιτείαις τεθαρρήκως, ἀντεποιήθη τῆς ἐπισκοπῆς· ἀρά γε διὰ τὸ ἐξ ἀρχῆς ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἀνεστράφθαι, καὶ πολλοὺς ἀγῶνας ὑπὲρ αὐτῆς ἀγωνίσασθαι, καὶ ἐν κινδύνοις πολλοῖς τε καὶ μεγάλοις ἕνεκα τῆς θεοσεβείας γέγονέναι; ἀλλ' οὐκ ἐστίν· ᾧ γε ἀφορμῇ τοῦ 15 πιστεῦσαι γέγονεν ὁ σατανᾶς, φοιτήσας εἰς αὐτὸν καὶ οἰκήσας ἐν αὐτῷ χρόνον ἰκανόν. ὃς βοηθούμενος ὑπὸ τῶν ἐπορκιστῶν, νόσῳ περιπεσὼν χαλεπῇ, καὶ

mille et quingentas. Quibus universis gratia et benignitas Dei alimenta suppeditat. Et tamen tanta tamque necessaria in ecclesia multitudo: cœtus ille divinæ providentiæ copiis opulentus et numerosus, cum immenso ac pene innumerabili populo, ab hujusmodi desperatione et audacia illum deterre- re et ad ecclesiam revocare non potuit.

Paucis deinde interjectis hæc addit.

4. Agedum, inquit, exponamus deinceps, quibus operibus et ejusmodi conversatione

confisus, ad episcopalem locum aspiraverit. An ideo fortasse 20 quod ab initio in ecclesia versatus est, et multa pro ejus defensione certamina subivit, multisque et gravissimis periculis religionis causa conflictatus est? Minime id quidem. Quippe cui causam atque initium credendi præbuit Satanas in ipsum ingressus, atque in ipso aliquandiu commoratus. 30 Cumque ab exorcistis foveretur, in morbum gravissimum collapsus: dum jamjamque moriturus creditur, in ipso in quo jacebat lectulo perfusus, bar- 35

ἀποθανεῖσθαι ὅσον οὐδέ πω νομιζόμενος, ἐν αὐτῇ τῇ κλίνῃ ἧ ἔκειτο, περιχυθεὶς ἔλαβεν· εἰ γε χρὴ λέγειν τὸν τοιοῦτον εἰληφέναι. οὐ μὴν οὐδὲ τῶν λοιπῶν ἔτυχε, διαφυγὼν τὴν νόσον, ὧν χρὴ μεταλαμβάνειν
 5 κατὰ τὸν τῆς ἐκκλησίας κανόνα· τοῦ τε σφραγισθῆναι ὑπὸ τοῦ ἐπισκόπου. τούτου δὲ μὴ τυχῶν, πῶς ἂν τοῦ ἀγίου πνεύματος ἔτυχε;

Καὶ πάλιν μετὰ βραχεία φησίν.

έ. Ὁ διὰ δειλίαν καὶ φιλοζωίαν ἐν τῷ καιρῷ τῆς
 10 διώξεως πρεσβύτερον ἑαυτὸν εἶναι ἀρνησάμενος. ἀξιούμενος γὰρ καὶ παρακαλούμενος ὑπὸ τῶν διακόνων, ἵν' ἐξελθὼν τοῦ οἰκίσκου ἐν ᾧ καθεῖρξεν ἑαυτὸν, βοηθήσῃ τοῖς ἀδελφοῖς ὅσα θέμις καὶ ὅσα δυνατὸν πρεσβυτέρῳ κινδυνεύουσιν ἀδελφοῖς καὶ ἐπικουρίας δεο-
 15 μένοις βοηθεῖν· τοσοῦτον ἀπέσχε τοῦ πειθαρχῆσαι παρακαλοῦσι τοῖς διακόνοις, ὡς καὶ χαλεπαίνοντα ἀπιέναι καὶ ἀπαλλάττεσθαι· μὴ γὰρ ἔτι βούλεσθαι πρεσβύτερος εἶναι ἔφη· ἑτέρας γὰρ εἶναι φιλοσοφίας ἐραστής.

20 tismum suscepit; si tamen hujuscemodi baptismum suscepisse dicendus est. Sed neque postquam liberatus est morbo, reliqua percepit quæ juxta ec-
 25 clesiasticam regulam percipi debent: neque ab episcopo consignatus est. Hoc autem signaculo minime percepto, quo tandem modo Spiritum sanctum potuit accipere?

Et aliquanto post.

5. Qui persecutionis, inquit, tempore præ metu ac nimia vi-

vendi cupiditate presbyterum se esse negavit. Admonitus enim et rogatus a diaconis, ut ex cubiculo in quo seipsum incluserat egressus, fratribus auxilio indigentibus succurreret, tantum abfuit, ut hortantibus diaconis morem gereret. Quin potius ira et indignatione percitus, abiit ac discessit. Neque enim presbyterum se amplius velle esse respondit, sed alterius philosophiæ desiderio teneri.

Ἵπερβὰς δ' ὀλίγα, τούτοις πάλιν ἐπιφέρει λέγων.

ς'. Καταλιπὼν γὰρ ὁ λαμπρὸς οὗτος τὴν ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ, ἐν ἣ πιστεύσας κατηξιώθη τοῦ πρεσβυτερίου κατὰ χάριν τοῦ ἐπισκόπου τοῦ ἐπιθέντος αὐτῷ χεῖρας εἰς πρεσβυτερίου κλήρον· ὃς διακωλυόμενος ὑπὸ παντὸς τοῦ κλήρου, ἀλλὰ καὶ λαϊκῶν πολλῶν· ἐπεὶ μὴ ἐξὸν ἦν τὸν ἐπὶ κλίνης διὰ νόσον περιχυθέντα, ὥσπερ καὶ οὗτος, εἰς κλήρον τινὰ γενέσθαι, ἠξίωσε συγχωρηθῆναι αὐτῷ τοῦτον μόνον χειροτονῆσαι. 10

Εἰτ' ἄλλό τι χεῖριστον τούτοις προστίθησι τῶν τοῦ ἀνδρὸς ἀτοπημάτων, λέγων οὕτως.

ζ'. Ποίησας γὰρ τὰς προσφορὰς, καὶ διανέμων ἐκάστῳ τὸ μέρος, καὶ ἐπιδιδούς τοῦτο, ὁμνύειν ἀντὶ τοῦ εὐλογεῖν τοὺς ταλαιπώρους ἀνθρώπους ἀναγκάζει, 15 κατέχων ἀμφοτέραις ταῖς χερσὶ τὰς τοῦ λαβόντος, καὶ μὴ ἀφείς ἔστ' ἂν ὁμνύοντες εἴπωσι ταῦτα· τοῖς γὰρ ἐκείνου χρήσομαι λόγοις. Ὅμοσόν μοι κατὰ τοῦ

Paucis deinde transcursis hæc iterum subjungit.

6. Nam cum egregius ille vir ecclesiam Dei reliquisset, in qua post susceptum baptismum presbyteri gradum fuerat consecutus, idque per gratiam episcopi, qui manus illi imponens eum ad presbyterorum ordinem evexit. Cui cum universus clerus multique ex populo refragarentur, eo quod non liceret quemquam ex iis qui urgente vi morbi in lectulo perinde ac ille, perfusi fuissent, in clerum assumi; postulavit ab iis epi-

scopus, ut hunc solum ordinari a se paterentur. 20

Posthæc facinus quoddam subjungit omnium quæ ab illo commissa sunt longe gravissimum, ita scribens.

7. Etenim oblatione facta, 25 portionem singulis dividens: dum eam tradit, miseros homines benedictionis loco jurare cogit, manus ejus qui portionem accepit, ambabus suis manibus 30 comprehensas retinens, nec prius dimittens quam jurati ista dixerint: ipsis enim utar illius verbis. Jura mihi

σώματος καὶ τοῦ αἵματος τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ
Χριστοῦ, μηδέποτε με καταλιπεῖν καὶ ἐπιστρέψαι
πρὸς Κορνήλιον. καὶ ὁ ἄθλιος ἄνθρωπος οὐ πρότερον
γεύεται, εἰ μὴ πρότερον αὐτῷ καταράσαιο· καὶ ἀντὶ
5 τοῦ εἰπεῖν λαμβάνοντα τὸν ἄρτον ἐκείνον τὸ ἀμῆν,
οὐκέτι ἀνήξω πρὸς Κορνήλιον λέγει.

Καὶ μεθ' ἕτερα πάλιν ταῦτα φησίν.

ἡ'. Ἦδη δὲ ἴσθι γεγυμνώσθαι καὶ ἔρημον γεγο-
νέναι· καταλιμπανόντων αὐτὸν καθ' ἡμέραν ἐκάστην
10 τῶν ἀδελφῶν, καὶ εἰς τὴν ἐκκλησίαν ἐπανερχομένων.
ὄν καὶ Μωσῆς ὁ μακάριος μάρτυς, ὁ παρ' ἡμῶν ἑναγ-
χος ^b μαρτυρήσας καλήν τινα καὶ θαυμαστὴν μαρ-
τυρίαν· ἔτι ὢν ἐν κόσμῳ, κατιδὼν αὐτοῦ τὴν θρασύ-
τητα καὶ τὴν ἀπόνοιαν, ἀκοινώνητον ἐποίησε σὺν
15 τοῖς πέντε πρεσβυτέροις τοῖς ἅμα αὐτῷ ἀποσχίσασιν
ἑαυτοὺς τῆς ἐκκλησίας.

per corpus et sanguinem Do-
mini nostri Jesu Christi, te
nunquam meas partes desertu-
20 rum, nec ad Cornelium esse
rediturum. Ita miser ille non
prius gustare sinitur, quam sibi
ipse malum imprecatus sit. Et
cum panem illum accipiens di-
25 cere debuisset Amen, ejus loco
dicit: Non revertar deinceps
ad Cornelium.

Et post alia rursus hæc addit.

8. Scias porro illum jam nu-
30 datum ac pene solum reman-

sisse: fratribus quotidie eum
deserentibus, et ad ecclesiam
redeuntibus. Quem etiam Mo-
ses beatissimus martyr, qui nu-
per apud nos egregio et admi-
rando martyrio perfunctus est;
dum adhuc in vivis esset, au-
daciam ejus ac furorem per-
spectum habens, a communio-
ne sua separavit una cum quin-
que presbyteris, qui se pariter
cum illo ab ecclesiæ corpore
abruperant.

^b 1 Tim. vi. 12, 13.

Καὶ ἐπὶ τέλει δὲ τῆς ἐπιστολῆς, τῶν ἐπὶ Ῥώμης παραγενομένων ἐπισκόπων, τῆς τε τοῦ Νοουάτου κατεγνωκότων ἀβελτηρίας, κατάλογον πεποιήται· ὁμοῦ τὰ τε ὀνόματα, καὶ ἧς ὁ καθείς αὐτῶν προηγείτο παροικίας, ἐπισημηνάμενος· τῶν τε μὴ παραγενομένων μὲν ἐπὶ τῆς Ῥώμης, συνευδοκησάντων δὲ διὰ 5 γραμμάτων τῇ τῶν προειρημένων ψήφῳ, τὰς προσηγορίας ὁμοῦ καὶ τὰς πόλεις ὅθεν ἕκαστος ὀρμώμενος ἐπέστελλε μνημονεύει. ταῦτα μὲν ὁ Κορνήλιος Φαβίῳ Ἀντιοχείας ἐπισκόπῳ δηλῶν ἔγραφε. Cornelii hæc attulit Eusebius in lib. vi. *Hist. Eccl.* cap. 43.

10

Sub finem autem epistolæ, numerum recenset episcoporum qui in urbem Romam convenientes, amentiam Novati condemnaverant, nomina quoque illorum, et quam quisque regebat ecclesiam adscribens. Eorum item qui Romæ quidem minime adfuerant, su-

periorum tamen episcoporum sententiam literis suis approbaverant, vocabula simul et civitates unde singuli literas dederant, accurate commemorat. Et hæc quidem 15 Cornelius Fabio Antiochensi episcopo per epistolam insinuavit.

DE

DUABUS QUIBUSDAM EPISTOLIS

20

A S. CORNELIO AD SE SCRIPTIS

Ita S. Cyprianus Ep. 55, seu 59, pag. 79. ed. Benedictin.

Cyprianus Cornelio fratri salutem. Legi litteras tuas, frater carissime, quas per Saturum fratrem nostrum acolythum misisti et dilectionis fraternæ et ecclesiasticæ disciplinæ et sacerdotalis censuræ 25 satis plenas; quibus significasti Felicissimum hostem Christi non novum, sed jam pridem ob crimina sua plurima et gravissima abstentum, et non tantum mea sed et plurimorum coepiscoporum sententia condemnatum, rejectum a te illic esse, et cum venisset stipatus caterva et factione desperatorum, vigore pleno, quo episcopum agere oportet, 30 pulsum de ecclesia esse, de qua jam pridem cum sui similibus Dei majestate et Christi Domini et judicis nostri severitate depulsus est, ne schismatis et discidii auctor, ne pecuniæ commissæ sibi fraudator, ne stuprator virginum, ne matrimoniorum multorum depopulator atque

corruptor ultra adhuc sponsam Christi incorruptam, sanctam, pudicam
præsentiae suæ dedecore et impudica atque incesta contagione violaret.
Sed enim lecta alia tua epistola, frater, quam primis litteris subjunxisti,
satis miratus sum, cum animadvertissem te minis atque terroribus
5 eorum qui venerant aliquantum esse commotum, cum te, secundum
quod scripsisti, aggressi essent, cum summa desperatione commi-
nantes quod si litteras quas attulerant, non accepisses, publice
eas recitarent, et multa turpia ac probrosa et ore suo digna pro-
ferrent.

ANNOTATIONES

IN S. CORNELII FRAGMENTA.

P. 16. l. 5. Epistola ad S. Cyprianum] Hæc Cornelii epistola, quæ Anglico S. Cypriani interpreti cl. Marshallo addita fuisse videtur tanquam appendicula epistolæ mox secuturæ, ei postponi solet. Cum vero priori loco eam collocandam esse censuerit, ut videbis, Petrus Coustantius in *Romanorum Pontificum Epistolis*, utramque tamen simul missam fuisse statuens, quod et præstantissimus Cyprianicus annalista Pearsonius ostenderat, ad ann. 251. §. xiv. eum in hac quidem re secutus sum; textum vero Baluzianum, sive monachorum Benedictinorum, in duabus his epistolis exhibui. Prodiit interea Baluziana Cypriani editio anno 1726 octo annos post Stephani Baluzii mortem; opus autem Coustantii anno 1721, quo quidem anno ipse vita functus est Coustantius; ut neuter illorum alterius editione usus esset. Gallandius autem, qui in *Bibliotheca sua Patrum* epistolas Cornelii, et quæ ad eum scriptæ sunt, collocavit, Coustantii textum et notas repetivit. Interea,

quoniam, quæ proxime sequuntur, Concilia quinque Carthaginiensia in omnibus sunt Cypriani editionibus, de Veneta editione, quam Spirensis Fellus aliique appellant, quæ vero a Vendelino Spirensi anno 1471 Venetiis impressa est, hoc monendum duco, adornatam fuisse illam ad formam editionis revera principis, quæ eodem anno Romæ excusa fuerat, foliorum id ordine atque numero demonstrante, dum omissa est epistola ad Paulum II. P. R. ab episcopo Aleriensi præfixa, qui ex vetusto exemplari Parisiensi Cypriani opera manu sua descriperat. Neque aliter statuisse nunc video Panzarum in *Annalibus Typograph.* Vol. I. p. 423. priorem editionem Romanam esse scribens. Ad duas alias Cypriani editiones, quod attinet, quæ sine loco et anno extant, hæc cito post inventam artem typographicam excusæ Schoemanno videntur, in *Hist. Lit. Patrum Latinorum Bibliotheca* Tom. I. c. III. In his antiquissimis editionibus, sed nec in Romana neque in Veneta, epistolæ Cornelii extant.

P. 16. l. 7. Cornelius Cypriano &c.] Recentior codex Colb. ut priscae Cypriani editiones, *Cyprianus Cornelio*: [fuit ed. Manutiana, quæ anno 1563 in hac et epistola proxime sequente titulum verum præstaret:] quod etiam Corbeiensis MS. primum præ se tulit, sed ab antiqua manu in eo restitutum est *Cornelius Cypriano*. Quin re ipsa Cornelii sit, Cyprianus infra Epist. 7. ambigere nos non sinit. Eam alii epistolæ fragmentum, alii schedam, alii litterulas appellare malunt. Ipse Cyprianus in laudata Epistola 7. *litteras* vocat. Iis vero, qui fragmentum putant, favere videtur primo, quod Novatianus, etiamsi nondum nominatus, *hujus scelerati hominis* vocabulis designetur; deinde quod Cyprianus epistolæ huic rescribens, nonnulla ad Evaristum et Nicostratum attinentia tum didicisse se commemorat, quæ in illa non habentur. At Novatiani nomen in hac epistola consulto taceri, ejusque loco pronomen substitui, sequens, de cujus integritate nullus dubitat, fidem faciet, utpote in qua Cornelius eadem ratione se gerit. Hoc et subinde imitati sunt alii pontifices, nominatimque Cælestinus erga Nestorium, necnon et patres: vel quod in hæreseon ortu parcendum duxerint hæresiarcharum

nominibus, vel quod ab iis appellandis abhorruerint. Neque certius epistolam istam truncatam probant specialia quædam, quæ a Cypriano narrantur, nec in hac exprimuntur, de Nicostrato et Evaristo adjuncta: cum ea ille Nicephori ore potuerit ediscere. Huic porro in Africam festinanti primum sola tradita est hæc epistola. Deinde cum in procinctu esset, ei et subsequens adjuncta est. Utramque vero simul pertulit. COUSTANT. Hæc epistola in omnibus fere codicibus antiquis dicitur esse Cypriani ad Cornelium. Ego esse Cornelii ad Cyprianum nusquam reperi quam in Corbeiensi et in uno meo. In excerptis tamen ad me missis ex codice 199. bibliothecæ Vaticanæ lego eam scriptam esse a Cornelio ad Cyprianum hoc modo: *Epistola Cornelii ad Cyprianum de factione schismaticorum. Cornelius Cypriano salutem. Ne quid.* Itaque ambigi non potest quin vere sit Cornelii. Putavit autem Pamelius illam non esse integram et esse tantum fragmentum, Rigaltius esse sequelam vel additamentum potius alicujus ex præcedentibus. BALUZIUS. Desideratur utraque Cornelii epistola in pluribus Cypriani codicibus scriptis; neque positæ sunt illæ in alterutro codicum Novi Collegii, sed comparent in alio penes me Cypriani codice MSto, et in antiquissimo illo, quem ex bibliotheca Meermanniana comparavi.

P. 16. l. 8. hujus scelerati hominis] De viro isto ita Hieronymus *De Viris Ill.* cap. 70. *Novatianus Romanæ urbis presbyter adversus Cornelium cathedram sacerdotalem conatus invadere, Novatianorum, quod Græce dicitur Καθάρων, dogma constituit, nolens apostatas suscipere pœnitentiales.* Plura videas in ea, quæ mox sequitur, ad Fabium Cornelii Epistola; atque in pluribus Dionysii Alex. apud Eusebium epistolis. Maxime vero id notabile est, tacere semper Cornelium adversarii sui Novatiani nomen in epistolis, quæ restant; de cujus quidem nominis variata scriptura aliquid hic dicam. Huic nimirum, pariter atque æquali ejus Novato Afro, verum nomen *Novatum* fuisse, fuse disputavit cl. Lardnerus *De Fide Hist. Evang.* P. II. vol. v. Not. ad calcem vol. in cap. 47. qui et nonnullos auctores etiam Latinos adduxit hanc scripturam præ se ferentes, sed for-

tasse ex imitatione Græcorum, qui fere semper *Noóvaton* seu *Navatòv* scripserunt. At Cyprianum nomine *Novatiani* hominem semper designasse notissimum est, ut posteriorum ætatum taceam scriptores. Immo vero apud historicum Græcum Eusebium lib. vii. cap. 8. ubi referuntur quedam ex Dionysii Alexandrini epistola ad Dionysium Romanum nomen *Noovatiavφ* scriptum habetur. Cumque in epistola Alexandrini præsulis ad ipsum Novatianum ab eodem Eusebio in lib. vi. cap. 45. servata, non tantum Hieronymus locum interpretatus et in quibusdam editionibus Rufinus, sed etiam Syncellus Nicephorusque, similem scripturam præstent, fortasse statuendum est, Eusebium revera possuisse ac scripsisse hoc quoque loco *Navatiavφ*, non, ut vulgo legitur, *Noovátφ*, cum ipsum in Dionysii codicibus invenisset. Neque hoc tacendum est, quod in Eusebii *Chronico* ex Græca in Armeniacam linguam translato hæc extant, “*Novatus ab ecclesia abscissus est; et Novatianus hæresin suscitavit, quem plurimis scriptis convincit Dionysius.*” Latine vertente cl. Aucher. pag. 299. edit. Maii, p. 391. Porro nil contrarium colligendum esse videtur ex derivativo *Novatiani*, quasi a nomine Novato ductum illud fuerit, quum aliter asseclæ isti *Novatianani* dicendi essent. Hoc enim Scaligerum haud induxit, ut crederet, hominem *Novatum* dictum fuisse. Vid. *Animadv.* ejus in *Chronica Eusebii*, p. 236. Addere pene supervacuum videtur, Tatianos dictos esse a Tatiano apud Epiphanium in opere de Hæresibus, aliosque auctores; similiter ac Novatianos a Novatiano, quos tamen *Novatianenses* appellat Cyprianus in *Epist. ad Jubaianum* seu Ep. 73. sub init. Sed interea lectorem id monebo, nullam lucem huic quæstioni ortam esse ex titulis duorum illorum operum *De Trinitate*, et *De Cibis Judaicis*, quæ Novatiano adseribi solent, quippe cum illa sic inscripta fuisse ab editoribus S. Hieronymo auctore, non ex fide ipsorum codicum manuscriptorum, videantur. Denique ductum est hujus hominis nomen Novatianus a Novato, quemadmodum a Fabio Fabianus, et a Basso Bassianus, immo vero Fabius ille Antiochenus

episcopus, ad quem Cornelius noster scribit, Fabianus ab auctoribus sæpe nominatur.

P. 16. l. 9. prostratus virtutibus Dei] Hoc est, ait Nathaniel Marshall Anglicus Cypriani interpres, sententiis adversus eum latis ecclesiasticis, quæ in cœlo ratæ esse existimabantur.

Ibid. l. 10. inde fuissent expulsi] Carthagine scilicet. Qua de re Cyprianus in superiore Epistola 1. sic præloquitur, *Venerunt ad nos, frater carissime, missi a Novatiano Maximus presbyter, et Augendus diaconus, et Machæus quidam et Longinus &c.* Ibi autem eos non e civitate ejectos, sed *a communicatione cohibitos*, Cyprianus docet. Porro Maximus presbyter proxime memoratus, subinde a Novato Carthaginensis pseudoepiscopus creatus fuit: adeoque alius est a Maximo presbytero confessore, qui primum a Novatiano seductus, aliquanto post ad Ecclesiam rediit. (Vid. Ep. proxime sequentem.) Neque etiam prædictus Augendus cum eo est confundendus, qui Cornelii ad Cyprianum litteras detulit. COUSTANT. Similiter notat de Augendo Baluzius, hunc esse diversum ab Augendo diacono partis Novatiani, cujus mentio in Epistola 4.

Ibid. l. 11. prioribus litteris] Non extant. COUSTANT.

Ibid. l. 13. Dionysium] In uno libro meo vetere scriptum est *Zoticum*. Quo enim modo legi in uno Bodleiano testatur editio Anglicana. Sic etiam editio Morellii. BALUZIUS. Adde codicem utrumque meum.

Ibid. l. 13. illo jam pervenisse] Hoc est Carthaginem. Nec falsa fuit Cornelii opinio, si eam de tempore, non quo scribebat, sed quo litteras suas Cypriano reddendas iudicabat, interpretemur. Pridie enim quam hæ redderentur, illuc pervenerat secunda Novatiani legatio. COUSTANT.

Ibid. l. 16. patronæ suæ] Hinc servum eum et mancipium exstitisse vir eruditus suspicatur: quod persuaderetur facilius, si Cornelius *dominæ* non *patronæ* vocabulo usus esset. Hujus vero diaconi crimina ut nota fierent, eo pluris intererat, quo ille amplius confessoris titulo gloriabatur, et inde vulgo imponebat. COUSTANT. Permittitur

quidem *Canone* 82. qui dicitur *Apostolorum*, etiam mancipiis cum dominorum consensu vel ad superiores ordines ecclesiasticos adscisci; et, ut significavit Coustantius, libertus, non servus fuisse Nicostratus videtur, atque eo minus ab ecclesiastico ordine arcendus. Sed tamen haud multo post Cornelii tempora apud Hispanos prohibiti sunt liberti, vivis quidem patronis ad clerum promoveri, id stante canone penultimo Eliberano.

P. 16. l. 17. ad perpetuam pœnam reservatum] Rigaltius (*Cyprianum* qui ediderat) ait, *Dei iudicio reservatum. Nam Ecclesia pœnitentiæ tempus non dabit. Nec tam grave peccatum etiam in morte remittet, nisi restitutione satisfactum fuerit.* FELLUS.

P. 17. l. 1. ecclesiæ deposita] Seu ecclesiasticas pecunias, quæ *viduarum et pupillorum deposita* censebantur, quia eorum sublevandorum gratia servabantur, ut ex subsequenti Epistola vii. n. 1. colligere est, (49. aliter 52. *Ep. Cypri.*) — *Nicostratum vero diaconio sanctæ administrationis amisso ecclesiasticis pecuniis sacrilega fraude subtractis, et viduarum ac pupillarum depositis postea denegatis, non tam in Africam &c. Nec difficile erat diacono, cui pecuniarum illarum dispensatio credebatur, hujusmodi deposita fraudare.* COUSTANT.

Ibid. l. 2. auctorem schismatis] Colb. MS. *cum auctore schismatis.* Evaristus auctor schismatis dicitur, quatenus aliis auctor fuit ut illud sequerentur. Neque hac molitione, etiam postquam de episcopatu dejectus est, abstinit. Quocirca Cyprianus infra Epist. vii. (49.) rescribit eum *veritatis ac fidei naufragum factum circa quosdam sui similes paria naufragia* CONCITARE. Præterea si Evaristus iste, ut valde probabile est, Novatiani ordinator fuit, *hæresis auctor* non immerito appellatur, qui hac ordinatione locum hæresi et auctoritatem præbuit. COUSTANT. Pacianus in epistola ad Symphonianum contra tractatus Novatianorum: *Ego nescio quid Novatianus egerit, quid Novatus admiserit, quid Evaristus tumuerit, quid Nicostratus nuntiarit.* Et infra ait illos qui *Evaristum, qui Nicostratum receperunt, cæterosque ab ecclesia recedentes, lingua, manu, moribus inquinatos.* Hunc

porro Evaristum fuisse unum ex ordinatoribus Novatiani collegit ex epistola ista Henricus Valesius in annotationibus ad librum vi. cap. 43. historiæ ecclesiasticæ Eusebii. (h. e. ad Cornelii Epist. ad Fabium, quam infra collocavi.) BALUZIUS. In epistola proxime sequenti *hæresis auctores* se fuisse confitentes habes confessores, qui Novatiani ordinationi consensu essent.

P. 17. l. 3. et successorem plebi] Oxon. edit. *succensorem*; et in notis, *successorem*, Manut. Veron. forte *succussorem*. Retinendum cum aliis libris *successorem*: quæ vox non ad Evaristum, sed ad Zetum huic suffectum refertur. COUSTANT. *Successorem*. Ita omnes libri veteres et editiones. Angli, nescio qua auctoritate, posuerunt *succensorem*, nullo, ut arbitror, sensu, monentes interim legendum forte esse *succursorem*. Sed ego nescio ubi invenerint vocem *succursorem* alioqui valde inutilem in hoc loco. Ait enim Cyprianus Zetum in locum Evaristi episcopum esse constitutum et successorem plebi datum cui is ante præfuerat. BALUZIUS. *Succussorem*, verbum antiquum, quod re ipsa conjecerat Fellus legendum, in sensum *concitoris* seu *conciatoris*, videtur ab eo acceptum, *Glossis Vet. Succusso*, *Καρασείω* habentibus. Videsis Valesii not. ad CONCIL. ANTIOCH. infra. Sed huic conjecturæ vix assentior.

Ibid. plebi, cui ante præfuerat Zetum] In MS. Corb. *ante fuerat*, tum a prima manu *Zelum*, secundis curis *Zenum*; quod et Pamelius in Camberon. legisse se testatur. Præfert unus Anglic. *Zoticum*. (Errat hîc Coustantius, nam *Zoticum* pro *Dionysium* legi ante in lin. 14. in edit. Oxon. notatum est.) Eorum, qui Evaristum ab episcopatu removerant, auctoritate successorem ipsi ordinatum fuisse hinc liquet. COUSTANT. *Zetum*. Hoc nomen deest in antiquis editionibus et in quibusdam veteribus libris. Habetur tamen in uno meo et in editione Manutiana. In Fuxensi scriptum est *Gestum*. Corbeiensis, in quo primo scriptum fuit *Zetum*, (confer Coustantium supra) habet ex emendatione *Zenum*. Quo etiam modo scriptum fuisse in Camberonensi testatur Pamelius. Zeti cujusdam, sed antiquioris, mentio est apud Propertium lib. iii. eleg. 3. et

apud Horatium lib. I. epist. 18. item in quadam tragœdia Senecæ. BALUZIUS.

P. 17. l. 4. Majora vero et graviora hîc designavit] *Novatus* vero ea hîc designavit, MS. Bodl. 1. in edit. Oxon. allatus, perinde ac codex meus, habet. De Evaristo autem Novatiani socio et adjutore hîc agi videtur, vel pejus, ait Cornelius, Romæ quam apud suos, (*vos præstant mei codices,*) se gerente. Idem sentit Coustantius, quem infra habes de Evaristo hoc interpretantem.

Ibid. l. 8. junctos habeat] Codex Colb. *vinctos habeat*, ac deinde, *Bene valere semper frater carissime*; alii duo, *Bene vale frater carissime*. COUSTANT.

Ibid. Opto te &c.] Istud addidimus ex fide codicis Remensis sancti Dionysii. In Fuxensi scriptum est *bene valere semper frater carissime*. In uno meo simpliciter: *Bene vale frater carissime*. BALUZIUS. Similiter hoc legi in *codd. Veron. et Bodl. 1.* ex Var. Lectt. in edit. Oxon. allatis constat; in qua tamen editione juxta atque in prioribus Coustianaque haud habes clausulam. Verum in codice utroque meo positum est, *Et bene vale frater carissime*. Extant porro verba, *bene vale frater carissime*, ad finem epistolæ proxime sequentis; hæc vero ibidem in *edd. vetustioribus* omissa fuerant.

II.

Ibid. l. 14. Cornelius Cypriano] Et hîc in priscis Cypriani editionibus obtinuerat, *Cyprianus Cornelio*, ut etiamnum exstat in MS. Colb. Exstabat et hoc ipsum in Corb. sed secundis curis correctum fuit: quam recte, cum ipse contextus, tum subnexa Epistola viii. (Ep. 47. al. 51.) probant. Superiori epistolæ, quæ Nicephoro tradita fuerat, ante quam is proficisceretur, hæc adjuncta est, et ab eodem acolytho perlata. Si quis tamen hanc primo scriptam, eique superiorem adjunctam malit, concedat saltem necesse est, utramque ipsâ profectionis Nicephori horâ conscriptam esse. Quocirca utra prior ponatur, vel parum

vel nihil interest. COUSTANT. Hæc epistola ante editionem Manutianam dicebatur esse Cypriani ad Cornelium. Manutius emendavit. Manutium secutus est Pamelius. Itaque falsum est quod ait Rigaltius Pamelium ita scripsisse ex conjectura. Nam et ipse Pamelius admonet se lectionem illam invenisse in codice Camberonensi et in editione Manutiana. Eadem extat in libro Corbeiensi, in quo post verba ex illo allata a Rigaltio sequitur: *Cornelius Cypriano fratri salutem.* Eadem extat etiam in libro Gratianopolitano et in uno meo vetere, in quo, ut in Corbeiensi scriptum est: *Incipiunt rescripta Cornelii ad Cyprianum de schismaticis.* Octo illius vetera exemplaria habui. Angli unum tantum habuerunt ex bibliotheca Bodleiana. Cæterum nulla sancti martyris epistola gravius afflictata fuit per audaciam veterum librariorum quam ista. BALUZIUS. Rigaltius ait, *Huic epistolæ consimilis illa videtur, quam ad Fabianum a Cornelio scriptam fuisse refert Euseb. Hist. vi. cap. 43. ubi et fortissimis confessoribus adnumerantur Urbanus et Sidonius et Maximus.* FELLUS. Epistola est lingua Græca scripta, cujus excerpta post hanc epistolam sequuntur. In codice utroque meo recte inscriptæ sunt epistolæ Latinæ.

P. 17. l. 15. sustinuumus] Codex Remensis sancti Dionysii addit *vel pudorem.* BALUZIUS.

Ibid. de iis confessoribus] Maximo, Nicostrato, cæteris, quorum mentio est in Epistolis 41. et 42. Hunc autem Nicostratum valde puto diversum esse ab eo qui nominatur in Epistola 48. (Hæc est Cornelii Epistola, quam statim ante adduxi; numeros autem Pamelianos Baluzius secutus est.) BALUZIUS.

Ibid. l. 16. hominis callidi] Novatiani, ut ex hac ipsa epistola palam est; quo libentius notam Coustantii bene longam omisi, in qua a viro cl. operosius probatum est, haud exponi debere istud de Novato Carthaginensi presbytero, schismatis altero antesignano.

Ibid. l. 24. tumorem illum horum mollitum jam adnuntiabant] Revocavimus veterem lectionem, (*tumorem illorum, horum mollitiem nuntiabant*) quam Manutius eliminaverat,

nescio quam ob causam. Est enim optima; eamque præferunt, non solum veteres editiones, sed etiam octo antiqua exemplaria quibus nos utimur et Veronense, ex quo excerptæ variæ lectiones adscriptæ sunt margini editionis Manutianæ in meo exemplari. Sensus autem horum verborum is mihi videtur esse. Cum ageretur apud Cornelium de venia lapsorum, ille autem dubitaret an vere et ex animo rediissent ad ecclesiam, stantium vero fidem propterea interpellaret, ii retulerunt quosdam ex lapsis timore inflatos esse, quia nimirum tormenta passi erant pro nomine Christi, adeoque hinc superbiam captabant, alios contra molles admodum esse, tristes, nimirum ob casum suum. Sunt enim molles in calamitate mortalium animi, ut scribit Tacitus. Hinc colligebat Cornelius testimonia non esse idonea ad probandum illos esse penitus mutatos. Itaque recte Rigaltius existimavit veram esse lectionem codicis Veronensis, in quo scriptum erat *fide tamen non idonea*. BALUZIUS. Coustantius post *ed. Manutianam, tumorem illum horum mollitum jam adnuntiabant*; quem ego, hic quidem relicto Baluzio, cujus rationes mihi minus satisfecerunt, nunc secutus sum. Lectionem *illum horum codex* uterque meus tuetur. Habet vere Fellus in editione sua *illorum*. Mox recte recepit *fide* pro *fides* Baluzius.

Ibid. l. 28. Maximum] De quo pluribus actum est ad Epistolam 41. Pamelius scripsit illum passum esse martyrium sub Maximino. At in martyrologiis scriptum est id evenisse sub Valeriano. Vide Baronium ad diem 19. Novembris. BALUZIUS.

Ibid. l. 29. sed quoniam multa præcesserant ab eis designata] Id est, patrata et confecta. Quo intellectu de Evaristo in superiori epistola dictum est, *Majora vero et graviora hinc designavit*. Quocirca Confessores mox a presbyteris rogati esse dicuntur de iis *quæ gesserant*. COUSTANT.

Ibid. l. 30. coepiscopis nostris] Corb. MS. *coepiscopo nostro*. Retinendum *coepiscopis nostris*, qui scilicet conventibus aut conciliis ea de causa congregatis interfuerant. Quippe initio pontificatus Cornelii, teste Eusebio lib. vi. cap. 43. sexaginta episcopi, et presbyteri ac diaconi multo

plures, cum in unum convenissent, Novatianum eique adhærentes condemnarunt. Saltem vero hic notantur Pompeius ac Stephanus Afri episcopi, qui Cornelii ordinationi interfuerant. Cornelii literæ his commemoratæ non extant.

COUSTANT.

P. 18. l. 2. *exigerentur] ingererentur Bod. I. FELLUS. Codex Gratianopolitanus, interrogarentur. Quæ lectio videtur esse melior. Sed alii codices et editiones repugnant.*

BALUZIUS.

Ibid. l. 7. *tantummodo circumductos commisisse &c.] Tantummodo subscripsisse calliditate ejus circumducti, totos se commisisse quoque schismaticis Bod. I. Vat. neque in istis inesset utrumne scisse, tantummodo circumductos se, ut paterentur ei manum quasi in episcopatum imponi, qui cum et ceteris hæreticis fuissent, et ne exprobrarentur. Ver. nec quidem in istis literis inesset scisse; tantummodo circumductos commisisse se quoque schismati, et hæresis auctores fuisse; ut paterentur ei manum quasi in episcopatum imponi: qui cum hæc et cetera fuissent exprobrata, ut abolerentur et de medio tollerentur, deprecati sunt. Benev. Ed. Oxon. Edidi ego ex his scriptis Bodl. I. et Vatic. meisque duobus voces, *subscripsisse calliditate ejus, ante circumductos*, quæ in editis non comparent; omisso tamen *totos post circumductos*; ut in codd. Veronensi et Benevent. Ceterum haud male habet editio Oxon. *in episcopum* imponi pro in episcopatum imponi. At infra in Epistola ad Fabium Cornelius scribit, *τοῦ ἐπιθέντος αὐτῷ χεῖρας εἰς πρεσβυτερίου κλήρον. §. 6.**

Ibid. l. 8. *hæresis auctores fuisse] Hic quoque relinquendum esse censui Baluzium, qui hæreticis pro hæresis, ratione nulla data, in textu quidem suo repræsentat. Certe lectionem alteram præstant editt. duæ illæ circiter an. 1480, et Erasmi Manut. Morel. Rigalt. Oxon. Coustantiique. “Hæresis sese jure damnandos esse hos vide confitentes,” (ait quidem Anglicus interpres,) “solum propterea quod sede plena novum episcopum constituissent, haud nacti causam ex deprivatione alterius.” At recte quaeras, annon hoc quoque loco opinio Novatiani de poenitentia voce hæresis*

inducitur, sicut infra, ubi eundem Novatianum confessores isti *schismaticum et hæreticum hominem* appellant, tum vero in isto de iisdem confessoribus Cypriani loco; *Posteaquam vos de carcere prodeuntes schismaticus et hæreticus error exceptit.* Ep. 51. al. 54. Confer Coustant. paulo infra pag. 42. et ad init. Epist. Cornelii ad Fabium. p. 50.

P. 18. l. 12. contrahi presbyterium] Ait tam Fellus quam Baluzius, hunc fuisse presbyterorum ecclesie Carthaginiensis consessum; memoriâ hoc illis excidente, præ manibus se habere Cornelii Romani, non Cypriani Carthaginiensis epistolam. Ita et errat Baluzius infra pagg. 44. et 46.

Ibid. l. 15. personam eorum] Formam istam dicendi defendit Salmasius contra Miltonum solœcismi se accusantem.

Ibid. l. 18. subjectas leges] Ait Anglicus interpres, cl. Marshall; "perdita sunt istæ concilii diocæsani vetustissimi suffragia, quod valde deplendum est."

Ibid. l. 19. Sidonius] Pamelius addidit *et Macarius*, ex conjectura tantum, ut ipsemet fatetur, quia illum cum cæteris rediisse ad ecclesiam patet ex tribus sequentibus epistolis. Nos expunximus, quia Macarii nomen in nullo eorum veterum exemplarium reperimus quibus usi sumus, neque in editionibus quæ Pamelianam antecesserunt. BALUZIUS. Ipsius tamen Baluzii textus, post mortem ejus in publicum editus, retinuit *et Macharius*. Ego cum Coustantio et MSto utroque meo istud omisi.

Ibid. l. 20. adjunxerant] In MS. Corb. *adjunxerunt*. Quamvis hîc plerique, qui confessorum auctoritate ad schisma defecerant, cum iis ad ecclesiam rediisse dicantur, infra tamen et redeuntium verba et populi de illorum reditu gratulantis voces ad unos confessores attinent. Ita et Cyprianus infra Epist. 8. de solo confessorum reditu rescribens loquitur. Hîc præterea observamus, celebrem adeo cleri conventum, cui et quinque interfuerant episcopi, de proposita causa nihil nisi cum populi notitia decernere voluisse. Qua ex re id a Cornelio factum colligere est, quod a Cypriano Epist. 6. seu 14. ad presbyteros et diaconos suos sibi propositum legimus: *Quando, inquit, ab*

initio episcopatus mei statuerim, nihil sine consilio vestro, et sine consensu plebis, meâ privatim sententiâ gerere. COUSTANT.

P. 18. l. 25. *Beatos esse*] In MSS. Colb. et Corb. vocem, *beatos esse puros corde, quod jam* (seu *quoniam*) *sperent Dominum.* In Cypriani libro iii. ad Quirinum c. 79. eundem Matthæi locum sic legere est: *Beati* (in vetusto codice Colb. *Felices*) *mundi corde, quoniam ipsi Deum videbunt.* COUSTANT. Veteres editiones et quinque libri veteres habent, *quod jam sperent Dominum.* Remensis sancti Dionysii, *quoniam ipsi sperent in Deum.* BALUZIUS.

Ibid. l. 30. *concursum factus est*] Ad ecclesiam, in qua recepti confessores sunt, ut censet cl. Marshall.

Ibid. l. 32. *hodie*] Corb. MS. *hoc die* [uterque meus *hac die*]. Nil incommodi est in vocabulo *hodie*: quia Cornelius, ut infra testificatur, *eâdem horâ, eodem momento,* quo illa gesta sunt, hæc scripta ad Cyprianum transmitti curavit. Alia quadam ratione Cyprianus Epist. 51. seu 54. iisdem confessoribus sic gratulatur: *Postea quam vos de carcere prodeuntes schismaticus et hæreticus error excepit, sic res erat, quasi vestra gloria in carcere remansisset: illic enim resedisse vestri nominis dignitas videbatur, quando milites Christi non ad ecclesiam de carcere redirent, in quem prius cum ecclesiæ laude et gratulatione venissent.* Ubi Cornelio concinens Cyprianus, confessores non tantum schismatico, sed et hæretico errore captos prædicat. Unde colligere est Novatiani hæresim circa pœnitentiam, ipsius schismate nequaquam posteriorem originem habuisse. COUSTANT. Ex locis pluribus epistolæ Cornelii ad Fabium, cujus mox afferro fragmenta, id mihi persuasi, controversiam de pœnitentia extitisse, antequam de episcopatu Novatiani palam ageretur, quidquid ille de eo munere animo suo tunc celaret; abditam enim fuisse eo tempore neque omnino cognitam cupiditatem ejus, ipse quoque ait Cornelius, qui accusat.

P. 19. l. 1. *episcopum sanctissimæ Catholicæ ecclesiæ*] Ecclesiam urbis Romæ hîc signari extra dubium est. En verba ipsius Cornelii in epistola modo dicta. ὁ ἐκδικητῆς

οὐν τοῦ εὐαγγελίου (Novatianus) οὐκ ἠπίστατο εἶνα ἐπίσκοπον δεῖν εἶναι ἐν καθολικῇ ἐκκλησίᾳ, ἐν ᾗ οὐκ ἠγνόει, πῶς γάρ; πρεσβυτέρους εἶναι μὲν. διακόνους ἑπτὰ, &c. §. 3.

P. 19. l. 2. electum a Deo] h. e. inspirante Deo Christoque ejus, et ad legum divinarum præscriptum. Ita de Cypriano suo scribit Pontius diaconus ejus, *judicio Dei et plebis favore ad officium sacerdotii et episcopatus gradum adhuc neophytus, et, ut putabatur, novellus electus est.* Et paulo post: *Non præteribo etiam illud eximium, quemadmodum cum in dilectionem ejus et honorem totus populus adspirante Domino prosiliret, humiliter ille secessit, antiquioribus cedens, et indignum se titulo tanti honoris existimans, ut dignus magis fieret.* p. 3. *Vit. Cypriani.* Ipse quoque Cyprianus in *Epist.* 40. al. 43. electionem suam vocat *suffragium plebis et Dei judicium.* Atque in *Epist.* 67, vel 68, qui modus ordinationum celebrandarum ab ecclesia est receptus, is *secundum dicina magisteria* (quæ nimirum in divinis scripturis extant) *et secundum Dei voluntatem non secundum humanam præsumptionem,* statutus esse ostenditur. Etenim relatio illa ad Deum et fratres in S. Matthiæ electione inter hæc præcipue spectari videtur. Act. i. 15. 21. seq.

Ibid. l. 4. *Imposturam passi sumus]* Trebellius Pollio in Gallieno: *Idem cum quidam gemmas vitreas pro veris vendidisset ejus uxori, atque illa, re prodita, vindicari vellet, surripi quasi ad leonem jussit. Deinde e cavea caponem emittit: mirantibusque cunctis rem ridiculam, per curionem dici jussit: Imposturam fecit et passus est.* Ælius Lampridius tradit Vetronium Turinum impostorem, qui multa fallendo promiserat, et pro vanis promissis ingentia præmia perceperat, Alexandri Severi jussu accusatum fuisse, et convictum, jussu illius alligatum ad stipitem, et fumo apposito, quem ex stipulis atque humidis lignis fieri jusserat, necavisse, præcone dicente: *Fumo punitur qui vendidit fumum.* D. Nero clementior fuit erga Cæsellium Bassum. Vide Tacitum lib. xvi. *Annalium.* BALUZIUS.

Ibid. l. 9. *Dominum]* Dominum nostrum *Bod.* I. Ed. OXON.

Ibid. l. 10. unum episcopum in catholica ecclesia] Hinc

Baronius collegit Romani tum episcopi titulum fuisse ut nominaretur sanctissimæ catholicæ ecclesiæ episcopus, adeoque unum episcopum, id est Romanum, in ecclesia esse debere. Verum hic non est verus sensus verborum Cypriani (Cornelii). Illud tantùm vult, ut sicut credimus unum Christum, unum Spiritum sanctum, ita credere debemus unum episcopum tantùm in unaquaque ecclesia, cum sit episcopatus unus et indivisus episcoporum multorum concordie numerositate diffusus, cujus a singulis in solidum pars tenetur, ut ille ait in Epistola lii. pag. 73. et in libro de Unitate Ecclesiæ pag. 195. Vide notas nostras ad librum Agobardi de privilegio et jure sacerdotii cap. 2. BALUZIUS. Porro optime verissimeque vir doctissimus Joan. Forbesius, *Instruct. Historico-Theol.* lib. xvi. cap. 3. §. 40. hæc scribit; “Non aliud dicere intendunt confesso-
“res, nisi hanc esse legem Catholicæ Ecclesiæ, ut in una
“civitate non sit nisi unus Episcopus. Veteres phrasi
“sæculis illis familiari, Ecclesiam quamlibet peculiarem
“orthodoxam vocabant Ecclesiam Catholicam, ejusque
“Episcopum indigitabant, Catholicæ Ecclesiæ Episcopum,
“ut exempla superius allata, et alia multa declarant.” Sic Forbesius. Unum de exemplis suis sumpserat ille ex *Epistola Synodica*, quæ infra collocata est, *Antiochenorum*, quæque extat apud Euseb. lib. vii. *Hist.* c. 30, Ἠναγκάσθημεν οὖν, inquit, — ἕτερον ἀντ’ αὐτοῦ (h. e. loco Pauli Antiochiæ episcopi) τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ καταστήσαι ἐπίσκοπον.

P. 19. l. 10. in catholica ecclesia] id est Romana. Vox *ecclesia* deest in tribus vetustis exemplaribus. Notum autem est veteres sæpe ita simpliciter locutos esse cum de ecclesia catholica loquerentur ut omitterent nomen ecclesiæ, nimirum quia vox *catholica* importabat ecclesiam. Ea quippe secta quæ non est catholica non est ecclesia, cum sit foris, id est extra ecclesiam, ut sæpe loqui amat sanctissimus auctor noster (Cyprianus). Vide Quesnellum ad Epistolam 26. sancti Leonis et notas nostras ad dissertationem Marcæ de epistola Papæ Vigili. BALUZIUS. Exemplar Colb. in *catholica esse*, omisso verbo *ecclesia*, quod et in Corb. non nisi secundis curis adjectum est. Sed neque antiquis in-

solens est ecclesiam catholicam solo *catholicæ* vocabulo enuntiare. Huic confessorum professioni similis est ista Cypriani Epist. 40. seu 43. ad plebem suam: *Deus unus est, et Christus unus et una ecclesia, et una cathedra super Petrum voce Domini fundata.* Et id quidem scribit Cyprianus, ut eos qui Felicissimi factioni adhærebant, extra ecclesiam esse probet. COUSTANT. Coustantii quæstiunculam, quæ quidem proxime his sequitur, omitto, ut vitetur lis omnis atque offensio ex facili ad eandem responso. Ceterum extat in Fragmento DE CANONE NOVI TEST. quod volumini primo interserui, hujus Hellenolexiæ exemplum, ubi alia præterea non ex uno tantum Latino scriptore adduxi.

P. 19. l. 11. Quis—non moveretur] Sic ediderunt Benedictini; Baluzius tamen nihil de lectione istæ notavit. Vulgo legitur, *Ista eorum professione non moveremur.* Verum constat ex edit. Oxon, legi in *Bodl.* I. *ista eorum professione quis non moveretur?* atque secundis curis eandem exhiberi lectionem in *MS. Corb.* adnotavit Coustantius. Firmat hanc scripturam *MS.* uterque meus, e quibus unus decimo sæculo scriptus est.

Ibid. l. 14. locum suum agnoscere] Hoc est, presbyteri honore atque gradu servato receptus est. Hoc exemplo et Nicæni patres Can. 8. Novatianis, et Afri in collatione Carthaginensi Donatistis ad ecclesiam redeuntibus suos honores concesserunt. COUSTANT. Qua ratione Maximus in integrum fuerit restitutus, infra ad Epistolam lii. dicitur. (Scil. ad verba, *Ecaristum de episcopo jam nec laicum remansisse*, ubi hæc adnotantur) Rigaltius ait, *Episcopo semel ab episcopatu deposito, quamvis pœnitenti, non reddebatur locus neque dignitas episcopi. Pœnitentia completa reddebatur ei communicatio Christiana, sed laica, ita ut laicus in ecclesia maneret. At Evaristus de episcopatu depositus, in ecclesia non remansit.* Notandum ecclesiam aliquando de clero schismaticos in integrum restituisse. Sic Novatianos restituerunt Nicæni Patres. Porro ipsos Arrianos a Patribus Alexandrinis salvis honoribus receptos fuisse res satis nota est. Haud igitur mirum si Maximus ad ecclesiam redux, *locum suum agnoscere* jussus sit; præsertim cum verisimile

fuerit ipsum et socios ejus ob confessionis honorem, ecclesiae censuris, atque anathematis fulmini nondum fuisse subjectos. FELL. Siqui redacti ad publicam poenitentiam fuissent, locum suum in ecclesia recipere haud permittebantur. Infra ad CONCIL. CARTHAG. III. plura notabuntur sub init. de clero poenitenti.

P. 19. l. 15. remisimus Deo omnipotenti] Si quis ad communicationem reciperetur, externum hoc esset privilegium. Colligendum autem videtur, sensisse veteres, nihil sibi rei fuisse cum *foro interno*, nisi ut peterent a Deo delinquentis absolutionem. MARSHAL. qui lectorem ad notas suas in Cypriani Opuscula relegat.

Ibid. l. 20. destinantem] Revocavimus lectionem veterum editionum, quæ sola bona est, quam præterea confirmant aliquot vetera exemplaria. Primus Erasmus eam tantisper mutavit *festinantem* ponens pro *destinantem*. Sed tamen Erasmus non videtur fecisse absque auctoritate. Nam ita ego inveni scriptum in libro Corbeiensi, non eo modo quo refertur in editione Rigaltii et in Anglicana, [vid. paulo supra. Hæ editt. in textu præstant, *festinantem* de statione ad vos. Ita etiam edidit Coustant.] sed eo modo quo legitur in illo veteri libro, in quo ipsissimis verbis legitur *descendere ad navigandum festinantem ad vos statim dimisi*. At Rigaltius ait in libro illo legi *ad navigandum destinatione ad vos statim dimissi*. Postea introducta est lectio quæ addit *de statione*. Duo illa vocabula non sunt sancti Cypriani (Cornelii), sed imperiti cujusdam librarii. Quod sic evenisse uti dicturus sum puto non posse ambigi. Primo observandum est illa non extare in antiquis exemplaribus quæ habent vocem *festinantem*, neque in antiquioribus editionibus. Morellius illa primus induxit, haud dubie ex quodam veteri libro. Nam et ego tres vidi in quibus ea reperiuntur. Id vero vitium introductum est, ut antea monui, per imperitiam et oscitantiam cujusdam veteris librarii nescientis litteras: qui cum incidisset in exemplar male scriptum, non posset autem divinare quomodo scribendum esset vocabulum quod sequebatur post *navigandum*, eam vocem posuit quæ sibi venit in mentem,

et ex *festinantem* seu potius *destinantem* fecit *detestationem*, uti scriptum est in uno codice Vaticano et in Veronensi, eo videlicet modo quo in veteri codice Remensi sancti Dionysii legitur in Epistola 41. *infestationem* pro *in statione*. Hujusmodi errorum pleni sunt libri veteres. In codice igitur illo Vaticano et in Veronensi sic scriptus erat hic locus: *Nicephorum acolythum descendere ad navigandum destinationem ad vos statim dimisi*. Deinde alius librarius nihilo peritior pro *destinationem* posuit *destatione* unico vocabulo, quemadmodum legitur in alio codice Vaticano et in uno meo. Atque hæc est lectio quæ, quamvis falsa, hodie obtinet in vulgatis editionibus. Porro etiam prava lectio horum codicum ostendit legendum esse *destinantem* pro *festinantem*. BALUZIUS. Assentior quidem Baluzio veterem revocanti lectionem pro altera, *festinantem de statione*; sin scriptura *de statione* germana fuisset, tum vero recte ostenderet Coustantius ex Cypriani *Epp.* 4. et 42. al. 44. et 45. *stationem* hoc loco perinde esse atque religiosum conventum in ecclesiis, ad quas solebant fideles ob sacra mysteria celebranda venire. In his porro stationibus post mysteria peracta, ut notat cl. Marshall Anglicus interpres, eandem *Epist.* Cypriani 44. laudans, res alias transigere consueverunt. Pro *destinantem* præstat *de statione* codex uterque meus.

P. 19. l. 22. cœtu] Codex Corbeiensis, *conventu*. In uno codice Vaticano legitur *in isto populi cœtu nobiscum pariter Deo omnipotenti et Christo Domino nostro gratias agere*. BALUZIUS. Voces quidem *robiscum pariter* præstat Morellii editio adstipulante codice utroque meo, quæ tamen recte abesse possint.

EPIST. AD FABIAM.

P. 20. l. 17. Ἴνα δὲ γινώσῃ, &c.] De Novatianorum hæresi atque Cornelii epistolis Eusebius hæc præmisit, lib. vi. *Hist.* cap. 43. Ἐπειδήπερ τῆ κατὰ τούτων (adversus lapsos) ἀρθεῖς

ὑπερηφανία Νοουάτος τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας πρεσβύτερος, ὡς μηκέτ' οὔσης αὐτοῖς σωτηρίας ἐλπίδος, μηδ' εἰ πάντα τὰ εἰς ἐπιστροφὴν γνησίαν καὶ καθαρὰν ἐξομολόγησιν ἐπιτελοῖεν, ἰδίας αἰρέσεως τῶν κατὰ λογισμοῦ φυσίωσιν Καθαροὺς ἑαυτοὺς ἀποφηνάντων, ἀρχηγὸς καθίσταται· ἐφ' ᾧ συνόδου μεγίστης ἐπὶ Ῥώμης συγκροτηθείσης, ἐξήκοντα μὲν τὸν ἀριθμὸν ἐπισκόπων· πλείονων δ' ἔτι μᾶλλον πρεσβυτέρων τε καὶ διακόνων, ἰδίως τε κατὰ τὰς λοιπὰς ἐπαρχίας τῶν κατὰ χώραν ποιμένων περὶ τοῦ πρακτέου διασκεψαμένων· δόγμα παρίσταται τοῖς πᾶσι· τὸν μὲν Νοουάτου ἅμα τοῖς αὐτῷ συνεπαρθεῖσι, τοὺς τε συνευδοκεῖν τῇ μισαδέλφῳ καὶ ἀπανθρωποτάτῃ γνώμῃ τὰνδρὸς προαιρουμένους, ἐν ἄλλοτριῶσι τῆς ἐκκλησίας ἡγεῖσθαι· τοὺς δὲ τῇ συμφορᾷ περιπεπτωκότας τῶν ἀδελφῶν, ἴασθαι καὶ θεραπεύειν τοῖς τῆς μετανοίας φαρμάκοις. Ἦλθον δ' οὖν εἰς ἡμᾶς ἐπιστολαὶ Κορνηλίου Ῥωμαίων ἐπισκόπου πρὸς τὸν τῆς Ἀντιοχείων ἐκκλησίας Φάβιον, δηλοῦσαι τὰ περὶ τῆς Ῥωμαίων συνόδου, καὶ τὰ δόξαντα πᾶσι τοῖς κατὰ τὴν Ἰταλίαν καὶ Ἀφρικὴν καὶ τὰς αὐτόθι χώρας· καὶ ἄλλαι πάλιν Ῥωμαϊκῆ φωνῇ συντεταγμέναι, Κυπριανοῦ καὶ τῶν ἅμ' αὐτῷ κατὰ τὴν Ἀφρικὴν. δι' ὧν τὸ καὶ αὐτοὺς συνευδοκεῖν τῷ δεῖν τυγχάνειν ἐπικουρίας τοὺς πεπειρασμένους ἐνεφαίνετο· καὶ τῷ χρῆναι εὐλόγως τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας ἐκκήρυκτον ποιήσασθαι τὸν τῆς αἰρέσεως ἀρχηγόν, πάντας τε ὁμοίως τοὺς συναπαγομένους αὐτῷ. ταύταις ἄλλη τις ἐπιστολὴ συνῆπτο τοῦ Κορνηλίου, περὶ τῶν κατὰ τὴν σύνοδον ἀρεσάντων· καὶ πάλιν ἑτέρα, περὶ τῶν κατὰ Νοουάτου πραχθέντων· ἀφ' ἧς καὶ μέρη παραθέσθαι οὐδὲν ἂν κωλύοι, ὅπως εἰδείεν τὰ κατ' αὐτὸν οἱ τῆδε ἐντυγχάνοντες τῇ γραφῇ. τὸν δὲ οὖν Φάβιον ἀναδιδάσκων ὁποῖός τις ὁ Νοουάτος ἐγεγόνει τὸν τρόπον, αὐτὰ δὲ ταῦτα γράφει ὁ Κορνήλιος. ἼΝΑ δὲ γνῶς, &c. *Etenim Novatus ecclesiae Romanae presbyter, arrogantia adversus eos elatus; quasi nulla spes salutis ipsis posthac superesset, tametsi omnia explerent quae ad sinceram conversionem puramque confessionem pertinent, propriae cujusdam sectae eorum qui timore mentis elati se ipsos Catharos cognominarunt, auctor exstitit. Ob quam rem cum Romae congregata esset Synodus, in qua sexaginta quidem episcopi: presbyteri vero ac diaconi multo plures convenerunt: Cumque in provinciis antistites quid agendum esset seorsum consultassent, huiusmodi decretum*

cunctis promulgatum est. Novatum quidem et eos qui una cum ipso sese insolentius extulerant, et quicumque inhumanissimæ et a fraterna caritate alienæ ejus opinioni consentire præsumperant, alienos ab ecclesia habendos esse: fratres vero qui in calamitatem inciderant, penitentia remediis curandos esse et confortandos. Exstant adhuc epistolæ Cornelii Romanorum episcopi ad Fabium Antiochensis ecclesiæ præsulem missæ: in quibus et Romanæ Synodi gesta, et omnium per Italiam et Africam aliasque locorum illorum provincias sententiæ declarantur. Aliæ præterea Latino sermone conscriptæ exstant epistolæ Cypriani et aliorum antistitum qui cum ipso in Africa congregati sunt. Ex quibus colligitur, ipsis etiam placuisse ut subveniretur iis qui in tentationem inciderant: utque auctor nefariæ opinionis simul cum iis qui ad partes ipsius desciverant, ab ecclesiæ catholicæ consortio merito abdicaretur. His adjuncta erat alia ejusdem Cornelii epistola, de his quæ in Synodo decreta fuerant: et rursus alia de facinoribus Novati; ex qua nihil obstat quominus hic aliqua inseramus, ut historicæ nostræ lectores, ea quæ ad Novatum pertinent perspicue cognoscant. Igitur Cornelius Fabium docens cujusmodi ingenio ac moribus fuisset Novatus, ita scribit. ATQUE ut scias &c. Ad Fabium Antiochenum, qui Novatiani schismati, ut tradit Eusebius cap. 44. aliquantulum favebat, hæc epistola de rebus gestis Novatiani, cum illa, quæ de Synodo Romana aliisque conventibus agit, movendi et convertendi animum ejus gratiâ missa est. Omnes vero, quippe cum de eadem re agerent, simul junctæ ad Eusebii manus pervenerant. Ait autem Petrus Coustantius, qui Fragmenta sequentia in *Roman. Pontif. Epistolis* p. 146. et seq. edidit, “ Hieronymus lib. de viris “ illustr. quatuor Cornelii ad Fabium epistolas recensens “ hanc *valde prolixam* fuisse testatur. Post damnatum “ in Italiæ atque Africæ conciliis Novatiani errorem, et “ post Confessorum, Maximi et sociorum, reditum ad Ec- “ clesiam, cum Novatianus jam *nudatus ac pene solus re- “ mansisset*, fratribus quotidie cum deserentibus et ad “ ecclesiam redeuntibus [vid. fin. horum Excerptorum], “ adeoque aliquanto post superiores epistolas scripta fuit.”

Hæc ille. Adnotaverat vero Valesius, quæ sequuntur.

“ Hanc Cornelii epistolam cum priore illa cujus mentio ab
 “ Eusebio facta est, confundere videtur Rufinus, qui duas
 “ tantum Cornelii epistolas agnoscit. At Hieronymus in
 “ libro descriptoribus ecclesiasticis quatuor numerat. Verum
 “ Eusebius hoc loco tres duntaxat Cornelii recenset epi-
 “ stolas; primam ad Fabium Antiochensem episcopum de
 “ Romana Synodo, deque Italiæ et Africae episcoporum
 “ consensu; secundam de decretis Synodi; tertiam de
 “ facinoribus Novatiani ad eundem Fabium Antiochenæ
 “ urbis episcopum, ex qua luculentissimum testimonium
 “ hic profert Eusebius. Et prima quidem ac tertia Græco
 “ sermone a Cornelio scriptæ videntur; idque multis argu-
 “ mentis probari potest. Cum enim Eusebius ex tertia
 “ Epistola plurima adducat testimonia, nusquam dicit ea
 “ ex Latino sermone in Græcum fuisse translata; quod
 “ tamen perpetuo monere consuevit; exempli gratia, cum
 “ locos profert ex Tertulliani Apologetico, aut cum Epi-
 “ stolas principum Romanorum. Deinde Eusebius ipse in
 “ hoc capite satis innuit, primam illam Cornelii ad Fabium
 “ Epistolam scriptam fuisse Græco sermone. Postquam
 “ enim de illa commemoravit, addit conjunctam ei fuisse
 “ aliam Latino sermone scriptam Epistolam Cypriani.
 “ Quod quidem non adderet, nisi Cornelii Epistola supe-
 “ rius memorata diverso sermone scripta fuisset.” Hæc
 Valesius; qui recte statuit, Eusebium tres duntaxat
 Cornelii recensere epistolas; iisdem, ni fallor, rationibus
 inductus, quibus postea usus est Cotelerius ad *Epist. Poly-*
carpi §. 3. ubi pluribus exemplis adductis ostendit de una
 epistola interpretanda esse Eusebii verba, ἐπιστολαὶ Κορνη-
 λίου, ut vidit vertitque Hieronymus, *Cornelius scripsit epi-*
stolam ad Fabium, qui tamen ipse aliam præterea epi-
 stolam Cornelio adscribens erravit. Id quod Valesius,
 Fabricius in notis statuit ad aliud Hieronymi caput, hoc
 est LXXII. Sed aliter judicat Tillemontius, in *Mem. Eccl.*
 Not. xii. in *Cornelium*, necnon ipse Valesius Latine verterat,
epistolæ Cornelii. Simile tamen statuendum videtur de
 Cypriani atque Afrorum ἐπιστολαῖς, quam quidem epistolam

vocat Rufinus *librum magnificentissime scriptum*, quamque imprudens, ut initio dictum est, Hieronymus Cornelio tribuere videtur. Dum vero ostendit Valesius, Græco sermone scriptas videri primam quidem ac tertiam Cornelii epistolam, nulla causa extitisset, quamobrem censeremus epistolam alteram de Synodi decretis, perinde ac Cypriani illam, Latine conscriptam fuisse, si modo omnes ad Fabium hominem Græce loquentem missæ essent. Sed quia synodorum decreta tam in prima epistola quam in secunda istac commemorabantur, ideo ad alium quem præter Fabium hanc secundam missam fuisse statuendum est. De Fabii autem favore erga partes Novatiani plus aliquid notandum esse restat. Dionysius Alexandrinus, ait Eusebius lib. vi. *Hist. c. 46*, Κορηλίῳ τῷ κατὰ Ῥώμην γράφει, δεξάμενος αὐτοῦ τὴν κατὰ τοῦ Νοουάτου ἐπιστολήν· ᾧ καὶ σημαίνει δηλῶν ἑαυτὸν παρακεκλήσθαι ὑπὸ τε Ἑλένου τοῦ ἐν Τάρσῳ τῆς Κιλικίας ἐπισκόπου, καὶ τῶν λοιπῶν τῶν σὺν αὐτῷ· Φιρμιλιάνου τε τοῦ ἐν Καππαδοκίᾳ, καὶ τοῦ κατὰ Παλαιστίνην Θεοκτίστου, ὡς ἂν ἐπὶ τὴν σύνοδον ἀπαντήσοι τὴν κατὰ Ἀντιόχειαν, ἔνθα τοῦ Νοουάτου κρατύνειν τινὲς ἐπεχείρουν τὸ σχίσμα· πρὸς τούτοις ἐπιστέλλει μνηυθῆναι αὐτῷ, Φάβιον μὲν κεκοιμηθῆναι· Δημητριανὸν δὲ διάδοχον ἐκείνου τῆς κατὰ Ἀντιόχειαν ἐπισκοπῆς καθεστάναι. Ad quæ verba respiciens, Georgius Syncellus pag. 375. *Chronographiæ* suæ Fabium ipsum Antiochenum episcopum cum his fautoribus Novatiani conjunxit. Socrates itidem in *Hist. Eccl.* p. 28. alia alios de causa Novatiana sensisse tunc temporis episcopos refert. Immo Eusebius ineunte cap. 44. de Fabio ὑποκατακλινομένῳ πως τῷ σχίσματι locutus fuerat; quæ ipsa tamen verba propensionem in Novatianum plane exiguam notant, non acre schismatis confirmandi studium. Certe mortuo jam Fabio de Novatianistarum his motibus Cornelium certiore fecit Dionysius; neque constat concilium Antiochenum indictum fuisse vivo Fabio, etsi, quod tamen minus probabile est, asserit Valesius ad lib. vii. c. 5. *Eusebianæ Hist.* Fabium congregato concilio Novatianam sententiam stabilire conatum fuisse; concilium enim Antiochenum, ad quod invitatus erat ab episcopis Dionysius, fuit

postea. Ita et *Libellus Synodicus* apud Labbæi *Concilia* tom. i. p. 719. Σύνοδος θεία καὶ ἱερὰ τοπικὴ ἐν Ἀντιοχείᾳ συναθροισθεῖσα ὑπὸ Δημητρίου τοῦ ταύτης ἀγιωτάτου ἐπισκόπου καθέλουσα Νάατον, ὡς ὄντα φιλαμαρτήμονα. Ceterum post verba in contextu ἵνα δὲ γνῶς, tibi interpungendum foret, si ὅτι ac verba sequentia pendere illis εἰπεῖν βούλομαι dixeris.

P. 20. l. 18. θαυμάσιος οὗτος] Novatianus scilicet, quem vago pronomine designare Cornelius pro more satis habet. COUSTANT.

Ibid. l. 22. Μάξιμος πρεσβύτερος] De hoc Maximo presbytero, Urbano et Sidonio confessoribus, qualiter relicto Novatiano ad ecclesiam catholicam reversi sint, vide Epistolam Cornelii Papæ ad Cyprianum. (Quæ supra posita est.) Fuit etiam eodem tempore alter Maximus presbyter ecclesiæ Rom. quem Novatianus legatum in Africam misit ad Cyprianum una cum Machæo et aliis: sed Cyprianus eos a communione sua removit. Postea schismatici Maximum hunc episcopum in Africa fecere, ut docet Cyprianus in Epistola ad Cornelium. VALESIIUS. De his confessoribus vide Cypriani Epistolas 27. 54. ed. Oxon. Pam. 23. 51. et Cornelii ad Cyprianum 49. ed. Oxon. Pam. 46. READING.

Ibid. l. 24. Σιδόνιος] Σιδόνιος ed. Steph. probante Readingio et aliis. Sed posuit Σιδόνιος Valesius, jussu, ut videtur, MSSorum, cum hanc scripturam habeant codices omnes præter Parisiensem priorem Nicephorusque. Stephanus Byzantinus *De Urbibus*, Σίδων πόλις Φοινίκης· Ἐκεταῖος Ἀσία· ὁ πολίτης Σιδόνιος, διὰ τοῦ ω μεγάλου, καὶ διὰ τοῦ ο μικροῦ.

Ibid. Κελερίνος] Cum Cyprianus, quoties eorumdem confessorum mentionem facit, ubique Macarium Celerini hujus loco memoret, existimat Tillemontius eundem confessorem duplici, Macarii scilicet ac Celerini, nomine donatum: simulque monet hunc alium esse a Celerino Carthaginensis ecclesiæ lectore sæpius apud Cyprianum commendato. COUSTANT.

P. 21. l. 2. διενέγκας] διανύσας ed. R. Steph. sed in codice Medicæo scribitur διενέγκας: apud Georgium Syn-

cellum διενεγκών. Sed Mazarinus codex adstipulatur Medicæo ; item Fuketianus et Savilianus. VALESIIUS. Ad-didit *Christoph. Lectt. Strothius, codicem Norfolc.* et Scaligeri exemplum, ego. Nunc adnumerat codd. ceteros Burtonus præter *Regium* et *Paris. utrumque.*

P. 21. l. 7. καὶ ψευδολογίας] καὶ τὰς ψ. *MS. Savil.* seu *Bodl.* et *Georgius Syncell.* qui hæc in *Chronographia* sua attulit.

Ibid. τὴν ἀκοινωνησίαν] Ita loqui videtur Cornelius propter peculiarem Novatiani opinionem, quam Eusebius lib. vi. c. 43. μισαδελφὴν καὶ ἀνάνθρωποτατὴν, a *fraterna caritate abhorrentem et inhumanissimam* vocat : quia videlicet hæreticus iste lapsis communionis ac pacis spem omnem adimebat. Eadem hæresis et apud Cyprianum in Tractatu ad Novatianum, et ab Hieronymo initio epistolæ ad Oceanum, *Caina hæresis* appellatur, licet diversa quadam ratione. Sic nempe nuncupatur a prædicti Tractatus scriptore, quia *non nisi tantum occidere gestit* ; ab Hieronymo autem, quia Caino similis desperanti ac dicenti, *Major est iniquitas mea, quam ut veniam merear*, peccatis nonnullis veniæ spem prorsus negat, adeoque *dicit aliqua esse peccata, quæ Christus non possit purgare sanguine suo.* COUSTANT.

Ibid. l. 10. τοῦτο μὲν ἐπισκόπων, &c.] Quinque adfuisse Epist. vi. n. 2. (epist. superioris pag. 18.) dicuntur. Mirum est tantum hic presbyteros memorari, ac taceri diaconos aliosve clericos, præsertim cum laici etiam adfuerint. In epistola quidem vi. n. 2. dicitur *presbyterium* hac occasione contractum. Sed hoc vocabulo cleri cœtus a potiori ejus parte designari solebat. Forte etiam eadem ratione hic presbyterorum nomine totus clerus significatur. COUSTANT.

Ibid. l. 17. ἀγαπητὲ ἀδελφε] Mutavi, si quid hoc refert, verborum ordinem ex *MSS. Bodl. et Norfolc. Georgioque Syncell.* His nunc addas *quinque codices* a Burtono ad Eusebium suum allatos, et *cod. Dresdensem* ab Heinichenio in *Supplemento Notarum ad Eusebium* commemoratum. Mox καιρῶ a *Georgio* abest.

P. 22. l. 1. δι' ὄρκων φοβερῶν τιμῶν] διὰ τούτων ἀνδρῶν

φοβερῶν. *MS. Norfolc.* Sed lectionem sanam, quæ recepta est, vetus interpres *Rufinus* invenisse videtur.

P. 22. l. 2. τὸ] τὸ omittit *ed. Steph.* STROTH. *Editioni Steph. Syncell.* addas. et *codd. Regium Parisiensemque utrumque* in *Burtoni* usum collatos.

Ibid. l. 3. ὡσπερ ἐκ μαγγάνου τινὸς] Hoc loco ἐκ μαγγάνου idem est quod ἀπὸ μηχανῆς: quæ proverbialis locutio frequens est apud Græcos. Nam μάγγανον idem est ac machina. Quod miror nec a Musculo, nec a Christophorsono animadversum fuisse. VALESIIUS. μαγκάνου cum κ exhibet *MS. Savil.* seu *Bodl.*

Ibid. l. 4. οὗτος γάρ τοι ὁ δογματιστῆς &c.] Christophorsonus hoc Latine ita convertit: *Iste novæ sectæ inventor, et doctrinæ ecclesiasticæ, si Deo placet, propugnator; Valesius vero, Is qui se doctorem et ecclesiasticæ disciplinæ propugnatorem ferebat.* Vox δογματιστῆς et aliquid amplius quam doctorem, et nonnihil minus quam novæ sectæ inventorem sonat. Palam est Novatianum hic ecclesiasticæ disciplinæ propugnatorem, et num. 3. *Evangelii vindicem* ironice prædicari; quia nimirum ipse præclarum hunc titulum affectabat. Quocirca Cyprianus supra *Epist. i. n. 2.* de illo ejusque asseclis scribit: *Si se assertores evangelii Christi confitentur, prius ad ecclesiam revertantur.* Nominatimque Novatianus, uti Valesius observat, suum de cibis Judaicis librum *plebi in evangelio persistenti* inscripsit. En quos imitantur ætatis nostræ novatores, qui cum ab avita fide discesserint, sese puri Evangelii vindices jactitare non verentur. COUSTANT. Sed similis est allocutio præmissa libro inter Pseudo-Cyprianicos *De Spectaculis*, quæ sic habet, *Plebi in Evangelio stanti*, nimirum, non lapsæ, salutem. Ceterum, si Novatianus optimum illum libellum, *De Trinitate*, sive, *De Regula Fidei*, iis temporibus quibus hæc posuit Cornelius, conscripsisset, haud malus tunc ille extitit δογματιστῆς seu theologus.

Ibid. l. 7. τὴν μὴ δοθεῖσαν αὐτῷ ἄνωθεν ἐπισκοπήν] Confer not. supra ad *Epist. II. Cornelii ad Cyprianum*, p. 42. Divinitus, hoc est legitime, ordinatus est Cornelius, qui

consentiente plebe a sedecim episcopis episcopus factus est, narrante Cypriano in *Epist. ad Antonianum*, pp. 68. et 73.

P. 22. l. 9. ὡς ἂν] οὖς ἂν *Gruteri et episcopi Castellani codicis Lectt.* (sed sine ἂν.) STROTH. Lectionem autem οὖς ἂν nulli præstant e *codicibus Burtonianis*. Μοχ εἰς τὴν Ῥώμην pro εἰς Ῥώμην *MS. Norfolk.*

Ibid. l. 14. ἢ τις δὴ ποτε οὖν] ἡτισδηποτοὺν unico vocabulo *ed. Steph.* STROTH. Habet *Syncell.* ὡς δὴ τις πᾶσα pro ὡς δὴθεν πᾶσα ἡτις δὴ ποτε οὖν. Paulo ante παραγίνεσθαι pro παραγένεσθαι scriptum est in *cod. Florent. priori*, et secunda manu in *posteriori*.

Ibid. l. 16. οὖς παραγενομένους] Theodoritus in libro iii. Hæreticarum Fabul. cap. 5. scribit Novatianum ipsum in Italiam profectum esse, ut episcopos illos Romam adduceret: deinde cum in vicum quendam una cum tribus illis episcopis pervenisset, coegisse eos ut sibi manum imponerent: idque illos conquestos esse cum Romam venissent. Sed hanc narrationem refellit Cornelii epistola. VALESIIUS.

Ibid. l. 17. ὡς ἔφθημεν] ὡς ἔφημεν *ed. Steph.* Recepta lectio extat in *Christoph. Lectt.* et *ed. Valesii.* STROTH. Addas his *MSS. pene omnes et Syncell.* Habet προέφημεν *MS. Norfolk.* Μοχ τούτων πονηρῶν pro τῶν π. *idem MS.*

Ibid. l. 18. ραδιουργίαν] ραδιουργίας *ed. Steph.* STROTH. Adde *Syncellum* et scriptos codices omnes præter *Norfolk.* apud quem atque *Syncellum* statim post habes τεταραγμένων pro τεταγμένων, et αὐτοῦ dat *Syncell.* pro αὐτῶ.

P. 23. l. 1. μεθύοντας καὶ κραιπαλῶντας] Hoc quasi ἐν διὰ δυοῖν cum altera locutione ὥρα δεκάτη intelligendum est. Neque enim temere credendum est, eos revera temulentos fuisse. Omnes enim ecclesiastici actus ante meridiem fieri debebant; pomeridiano tempore facile fieri potest, ut quis nimio vino usus officium suum non rite agat. Hostis a posse ad fieri concludere sibi permittit; hinc Cornelius idem quod jam dixerat ὥρα δεκάτη, ὑπερβολικῶς repetit, addens μεθύοντας καὶ κραιπαλῶντας. STROTH. Probabilia hæc sunt; at μεθύοντας *ebrios* hic significare haud putem, sed homines vino usos solito liberius. Quemadmodum in *Genes. xliii. 35.* et *Joan. ii. 10.* vocabulum μεθύειν potum paulo

hilariorē significat; quod non solum ortum esse ex Hebraica verum etiam Græca loquendi consuetudine doctissimi viri ibi ostendunt.

P. 23. l. 2. *εικονικῇ τινὶ καὶ ματαίᾳ χειρεπιθεσίᾳ*] Adumbratam et cassam illam Novatiani ordinationem vocat Cornelius, quod facta esset ab alterius provinciæ episcopis, non ab iis qui consecrandi Pontificis Romani jus habebant, cujusmodi erant Ostiensis, Tiburtinus et alii: quod a temulentis facta; quod per vim; quod hora diei decima; quod non præsentē populo nec clero; quod denique alio jam episcopo legitime ordinato. Porro cum Cornelius ipse tum hic tum in Epistola ad Cyprianum testetur, Novatianum a tribus episcopis consecratum fuisse, miror quod scribit Pacianus in Epistola 2. ad Sempronianum. *An Novatianus, quem absentem epistola episcopum finxit? quem consecrante nullo linteata sedes accepit.* Et paulo post de eodem ita loquitur, *sine consecratione legitima episcopum factum, ideoque nec factum, per epistolam eorum qui se confessores esse simulant.* Ex quibus Paciani verbis colligi videtur, Novatianum absentem fuisse ordinatum episcopum per epistolam quorundam confessorum, eodem modo quo magistratus a principe mandari solebant per epistolam. Linteatam vero sedem appellat Pacianus pontificalem cathedram, eo quod linteis sterneretur. Quod etiam testatur Augustinus Epist. 203. *In futuro Dei iudicio, nec absides gradatæ, nec cathedræ velatæ.* Idem testatur epistola synodica episcoporum Ægypti quam refert Athanasius in Apologia πῶς δὲ οἱ τὸν θρόνον τὸν ἐστολισμένον ἐπισκοπικῶς ὀδυρόμενοι, &c. Ceterum Pacianus ita cum Cornelio conciliari potest, si dicamus Novatianum, primo quidem a confessoribus in carcere positus episcopum per epistolam designatum fuisse: postea vero a tribus illis episcopis ordinatum. VALESIIUS.

Ibid. l. 7. *ᾗ καὶ ἐκοινωνήσαμεν ὡς λαϊκῶ*] Optime Rufinus vertit hunc locum, *et in communionem laicam populo etiam pro hoc interveniente susceptus est.* Quibus verbis innuit Cornelius, episcopum illum qui Novatianum cum aliis duobus collegis ordinaverat, a se depositum esse, et in laïcorum ordinem redactum. Cum enim excommunicare

illum vellet, utpote nefarii schismatis auctorem, a populo rogatus idem Cornelius, laicam ei communionem indulisit, id est ut inter laicos communicaret, permisit. Reliqui vero episcopi qui Novatianum ordinaverant, non solum depositi, verum etiam a communione totius ecclesiae separati sunt. Ita Cyprianus in Epistola ad Antonianum de Trophimo loquens episcopo, qui cum schisma fecisset in ecclesia Romana, postea confessus errorem, et turbam fratrum quos abduxerat secum in ecclesiam reducens, a Cornelio susceptus est. *Sic tamen, inquit, admissus est Trophimus, ut laicus communicet, non quasi locum sacerdotis usurpet.* Hunc Trophimum, illum ipsum esse existimo de quo in hac epistola loquitur Cornelius, unum ex iis qui Novatianum ordinaverant. Nam Cyprianus illum sacerdotem, id est episcopum vocat; et fraternitatem prius ab ecclesia abstraxisse testatur; deinde reversum cum humilitate veniam petiisse, et a Cornelio ad laicam communionem susceptum. Porro alter ex episcopis qui Novatianum ordinarunt, Evaristus fuisse videtur, ut colligo ex epistola Cornelii Papae, quae inter Cypriani Epistolas 48. habetur. In actis supposititiis martyrii Novatiani quae citantur ab Eulogio in lib. vi. Novatianus episcopus Romae factus esse dicitur a duobus episcopis, Marcello Aquileiensi et Agamemnone Trevirensi. Ceterum in codice Maz. Med. Fuk. et Savillii legitur *ἔκοινωνήσαμεν ὡς λαϊκῶ*: quam scripturam amplexus est Christophorus. [Ab ed. R. Steph. particula ὡς aberat.] VALESIIUS. Episcopum illum existimat Valesius Trophimum, de quo Cyprianus in Epistola 10. sequente ad Antonianum plura scribit. Sed quae ibi de hoc Trophimo Cyprianus eloquitur, ægerrime cum iis componantur, quae nunc Cornelius de Novatiani ordinatore narrat. Quippe cum Antonianus, mendacibus Novatiani litteris commotus, a Cypriano scribi sibi petiisset, *Cornelius qua ratione Trophimo et thurificatis communicet*: rescribit is praesul n. 9. *Cornelium nulla libelli, ut quidam jactitant, labe maculatum esse; sed neque cum episcopis, qui sacrificaverunt, communicationem sacrilegam miscuisse.* Tum num. 10. subjicit; *Nam et de Trophimo, de quo tibi scribi desiderasti,*

*non ita res est, ut ad te pertulit rumor et mendacium malignorum. Tractatu illic cum collegis plurimis habito susceptus est Trophimus, pro quo satisfaciebat fratrum reditus et restituta multorum salus. Sic tamen susceptus est Trophimus, ut laicus communicet, non secundum quod ad te malignorum litteræ pertulerunt, quasi locum sacerdotii usurpet. Hæc autem aliaque Cypriani de Trophimi receptione verba qui expenderit, deprehendent 1°. Trophimum sacrificantium labe fuisse adpersum, 2°. eum ad ecclesiam rediisse cum maximo fratrum numero, qui omnes regressuri ad ecclesiam non essent, nisi cum Trophimo, 3°. eum a Cornelio susceptum esse tractatu ante habito non cum plebe sua, quemadmodum in ordinatoris Novatiani receptione actum est, sed cum collegis plurimis, hoc est in frequenti episcoporum concilio; indeque mendaciter divulgatum esse, Cornelium cum sacrificantibus communicare, et Trophimo hujus criminis reo pristinum sacerdotii locum reddidisse. Si etiam executiamus qui fuerint illi maligni, quorum litteris et rumoribus hæc mendacia sata sunt, non alii forsitan invenientur a Novatiano, cujus litteris commotus Antonianus Cyprianum de hujusmodi mendaciis interrogavit. Horum certe vel Novatianus, vel socii ejus satores fuerunt. Nemo autem id Novatiano ejusve asseclis displicuisse et crimini versum esse sibi persuaserit, quod ordinator ipsius ab illo susceptus atque communionem donatus esset. COUSTANT. Ως perinde atque *ed. Steph.* omittunt *MS. Norfolk. et Syncell.* Quibus nunc addendi sunt *Florentini duo, Regius, Paris. uterque et Venetus*, ipso quoque Burtono recte fortasse idem expungente. Sed ad oram *edit. Steph.* Ως adscripserat Scaliger, quod in codice suo reperit.*

P. 23. l. 7. ἐκοινωνήσαμεν ὡς λαϊκῶ] Mos olim fuit, ut laici post eucharistiam ab episcopo acceptam, ei osculum darent. Hieronymus in Epistola 62. adversus Joannem Hierosolymitanum. *Quisquam ne tibi invitus communicat? Quisquam ne extenta manu vertit faciem, et inter sacras epulas Judæ osculum porrigit.* Paulus Diaconus de vitis PP. Emeritensium cap. 7. de Fideli episcopo loquens. *Vade, inquit, comunica, et da nobis osculum. Vale fac omnibus,*

quia iturus es tamen, et domui tuæ sub omni festinatione dispone; et si desideras remedium penitentiae percipe. Qui mox accepta penitentia, dispositaque domo sua, valefaciens cunctis, sequenti nocte migravit e corpore. VALESIIUS.

P. 23. l. 8. παντὸς τοῦ παρόντος λαοῦ] Abest παρόντος ab ed. R. Steph. In codice Maz. Med. Fuk. et Sav. nec non apud Syncellum legitur παντὸς τοῦ παρόντος λαοῦ. VALESIIUS. Addit Strothius ex marg. ed. Genev. *Lectt. Gruteri*, quibus adjunxi *MS. Norfolk.* et nunc demum codices omnes, quibus usus est Burtonus.

Ibid. l. 9. καὶ τῶν λοιπῶν δὲ &c.] Evaristum, in cuius locum Zetus episcopus constitutus fuisse in superiore Epistola 5. dicitur, ex his duobus episcopis unum exstitisse Valesius probabiliore conjectura putat. Hinc quippe facile intelligitur, quo pacto *Evaristum auctorem schismatis fuisse* Cornelius in laudata epistola scribat. Ita autem duobus illis episcopis successores ordinatos esse hîc memoratur, ut et quodam modo innuatur loco ejus, qui ad communionem laicam susceptus est, neminem esse suffectum. Sed ex quo episcopus ad communionem laicam dejectus prædicatur, sedem illius vacare, eique prospiciendum esse satis intelligitur. COUSTANT. τῶν δὲ λοιπῶν *Syncell* et *Flor. uterque, codice Venet.* δὲ omittente. Missi sunt sedes suas præsules isti a synodo, quod fortasse prius dederant de iis testimonium ecclesiæ, ad quas designabantur.

Ibid. l. 12. Ὁ ἐκδικητῆς οὖν τοῦ εὐαγγελίου] Hæc ironice dicuntur de Novatiano, qui se assertorem evangelii Christi esse jactabat, ut docet Cyprianus in Epistola prima ad Cornelium. Exstat hodie liber Novatiani de cibis Judaïcis, quem ille sic inscripsit, *plebi in evangelio persistenti*. VALESIIUS. Abest οὖν a *MSto Norfolk.* ὁ δὲ ἐκδικητῆς οὖν τ. ἐ. *Syncell.* Vide not. supra, pag. 54.

Ibid. l. 13. ἕνα ἐπίσκοπον δεῖν εἶναι ἐν καθολικῇ ἐκκλησίᾳ] Eadem verba leguntur in Epistola Cornelii Papæ ad Cyprianum, ubi confessores relicto Novatiano ad ecclesiam redeuntes, his verbis usi esse dicuntur. *Nec enim ignoramus unum Deum esse; unum Christum esse Dominum, quem confessi sumus; unum Spiritum sanctum: unum episcopum*

in catholica ecclesia esse debere. Ubi ecclesia catholica specialiter appellatur Romana, eo quod radix sit et matrix ecclesiæ catholicæ, ut ait Cyprianus in Epistola ad Cornelium. Sic catholicam ecclesiam idem Cyprianus in Epistola ad Antonianum initio vocat Romanam, *ut jam sciret te secum, hoc est, cum catholica ecclesia communicare.* VALESIIUS. Ita probata ac pervulgata erat hæc regula, ut confessores ad ecclesiam redeuntes in superiori Epistola vi. n. 2. illam tamquam rem omnibus notam, et quam nulli ignorare liceat, profiteantur. Sic et Cyprianus in sequente Epistola ad Antonianum n. 7. ubi Cornelium legitime ordinatum esse multis probavit, addit demum: *Cum post primum secundus esse non possit, quisquis post unum qui solus esse debeat factus est, non jam secundus ille, sed nullus est.* CONSTANT. At vero sensu peculiari ac proprio catholicam ecclesiam nominari, id Romanæ ecclesiæ non attributum est. Etenim palam est, antiquos patres alias præterea ecclesias, quæcunque cum catholica unitate nexæ sint, hac appellatione nulla facta distinctione dignari solitos. Vid. supra not. ad eand. *Cornelii Epist.* p. 44. Nusquam ait Cyprianus, neque fortasse hoc de Cypriano affirmat Valesius, Romanam catholicam ecclesiam appellari, eo quod radix sit et matrix ecclesiæ catholicæ.

P. 23. l. 14. *πρεσβυτέρους εἶναι μξ'.*] Ex hoc loco colligi potest, quot basilicas tunc Romæ habuerint Christiani. Cum enim singuli presbyteri suas regerent basilicas, si 46. fuerunt presbyteri, totidem basilicas fuisse dicendum est. Certe Optatus in lib. ii. Romæ 40. et amplius fuisse testatur basilicas sub tempora persecutionis Diocletiani. *Non enim, inquit, grex aut populus appellandi fuerant pauci, qui inter 40. et quod excurrit basilicas, locum ubi colligerent non habebant.* Ubi Optatus loquitur de basilicis, quæ Romæ erant tempore persecutionis Diocletiani, id est, annis circiter quinquaginta post epistolam Cornelii Papæ; non autem de basilicis quæ Romæ erant sua ætate, id est anno Christi 378. ut scripsit Blondellus in Apologia pro Hieronymo pag. 223. Vide Baronium ad annum Christi 57. quem frustra refellere conatur Blondellus in libro supra

memorato. VALESIIUS. Ex presbyterorum atque pauperum numero, qui hic memoratur, collegit sibi Gilbertus Burnet-
tus, Sarisburiensis episcopus, defendente Moylio, *Opp.* vol.
ii. p. 152. haud plures quinquaginta mille Christianorum
id temporis Romæ fuisse. Ceterum notat Coustantius,
irrepsisse in Latinam Valesii interpretationem *quatuor* et
quadraginta ex mera oscitantia, monetque Strothius,
habere *Castellani exemplaris Lectt.* τεσσα. δύο. Scriptum
autem habetur apud *Syncell.* μζ'. Sed consentit nostris
Eusebii codicibus vetus interpres *Rufinus*.

P. 23. l. 15. διακόνοὺς ἑπτὰ] Diu post hæc tempora nume-
rum septem diaconorum ex imitatione antiqui Hierosoly-
mitani usus in ecclesiis multis, præsertim Romana, reten-
tum atque observatum fuisse, ostendit cl. Binghamus,
Antiquit. Eccles. lib. ii. cap. 20. §. 19. Confer Moshemii *De*
Rebus Christianorum ante Constantin. M. Sæc. I. §. xxxvii.
pag. 121. Vanslebiique *Hist. de l'Eglise d'Alexandr.* P. I.
cap. 15. Ita in fine ipso sæculi quinti Symmachum con-
stitutum fuisse Romæ episcopum invenio, ὡς ἕνα τῶν ἑπτὰ
διακόνων ὄντα, narrante Photio in *Erotematibus* suis a Fr.
Fontanio Florentiæ anno 1785 primum editis, *Erot.* vi. p.
44. Interea constat ex *Novellis*, ut refert cl. Saccarellus
in *Hist. Eccl.* vol. i. p. 88. Constantinopolitanam eccle-
siam habuisse centum diaconos tempore Justiniani.

Ibid. ὑποδιακόνοὺς ἑπτὰ] In hunc locum gravius peccat
Blondellus (*Apolog.*), cum eum ita perstringit, ut nullam
subdiaconorum faciat mentionem, exindeque confici putet
nullos tum Romæ subdiaconos fuisse institutos. Sed lec-
tionis illius falsitatem cum Græcus Eusebii textus, tum
Latina Rufini interpretatio demonstrant. COUSTANT. Cum
omnes, quod sciam, lectionem receptam præsentent, miror,
unde ortus sit Blondelli error, quem Pearsonius ante Cou-
stantium reprehenderat, in *Annal. Cyprian.* ad an. 252. §. 111.
Vide et *Opera* ejusd. *Postuma*, p. 229. Mox δὲ abest a
MSto Norfolk. et ὄνσι pro δύο post πύλωροῖς habet *Syncell.*

Ibid. l. 17. χήρας σὺν θλιβομένοις] Occurrit hæc vox in
epistola cleri Romani ad clerum Carthaginensem de secessu
Cypriani. *Sive viduæ, sive thlibomeni qui se exhibere non*
possunt, sive hi qui in carceribus sunt, sive exclusi a sedibus

suis, utique habere debent qui eis ministrent. Male vulgo editum est *clidomeni*, pejusque ab aliis emendatum *clinomeni*. Scribendum enim procul dubio est *thlibomeni*, id est, *indigentes* ut vertit Rufinus, vel ii qui se exhibere non possunt, ut explicat clerus Romanus. Cyprianus in Epist. 4. vocat *pauperes et indigentes qui laborant*. Possidius vero vocat, *in tribulatione positos*. Sic enim scribit in vita B. August. cap. 27. *In visitationibus vero modum ab Apostolo definitum tenebat, ut nonnisi pupillos et viduas, et in tribulationibus constitutos visitaret.* Sic enim legitur in manuscripto codice sanctæ Mariæ de regali monte. Joannes Chrysostomus in Homilia 67. in Matthæum, ait ecclesiam Antiochenam sua ætate, tametsi mediocres redditus possideret, plusquam tria millia viduarum et virginum aluisse quotidie, præter hospites, leprosos et vinctos: præter clericos, quibus vestem ac cibaria suppeditabat. VALESIIUS. In loco Epist. Cleri Romani, qui intelligendi sint *thlibomeni*, statim explicatur adjunctis verbis *qui se exhibere non possunt*, hoc est qui sustentare se ac victui necessaria suppeditare sibi non valent, ut patet ex his Cypriani lib Testimon. n. 61. *Habentes itaque EXHIBITIONEM et tegumentum, his contenti simus.* Eodem exhibitionis verbo eodem intellectu utitur et Tertullianus lib. de Idolol. c. 5. et 8. ubi artifices qui idola confingere non desinebant arguens, solitam eorum vocem, *Non habeo aliud quo vivam*, sibi objicit, ac deinde sic refellit: *Si ita EXHIBITIONIS necessitas obtenditur, habent et alias species, quæ sine exorbitatione disciplinæ, id est sine idoli confectura, OPEM VICTUS PRÆSTENT.* Hoc est igitur *exhibere*, quod *opem victus præstare*. Adeoque non male Rufinus pro *thlibomenis* substituit *indigentibus*. COUSTANT. Ad lectionem vero quod attinet *thlibomeni* in epistola cleri Romani positam, præstat *clinomeni* Benedictina editio. Ubi ait Baluzius, bene quidem emendari *θλιβόμενοι*, transferendum tamen id non fuisse in contextum sine majori auctoritate, nam reliquas lectiones posse etiam esse bonas. Præterea nos monet idem ille Baluzius, emendationem istam, quam Anglici editores videntur accepisse ex Valesio ad Eusebium, neque Valesii esse neque Anglorum, sed Francisci Bosqueti, qui eam primum protulerit libro primo *historiarum Ecclesie*

Gallicanae. Ceterum notat ad Eusebium Strothius *θλιβομένας* pro *θλιβομένους* perperam exhibere *Gruteri et Castellani codicis Lectt.* Habet *Georgius Syncell. συνθλιβομένους* pro *σὸν θλιβομένους*. Addit Burtonus *M.S. Bodl.*

P. 24. l. 2. οὐδὲ πάντας] Verterat Christophors. *Nemo in tanta ministrorum multitudine . . . nemo ex tanto egentium numero Dei providentia locupletato . . . nemo denique ex maxima illa et innumerabili frequentia.* Qua in interpretatione istud non placet, quod præter Græci textus fidem sic ministros ecclesiæ ab egenis distinxit, quasi non illi perinde atque hi divinæ providentiæ divitiis sustentarentur. Certe Rufinus hunc locum aliter intellexit, siquidem de presbyteris, diaconis ceterisque clericis non secus atque de viduis et indigentibus dicit, *Quos omnes Deus alit in ecclesia sua.* Subinde ecclesiarum proventus sic distributi sunt in quatuor partes, ut una pars episcopo, altera clericis ceteris, tertia egenis, quarta fabricis cederet. Verum antea etiamsi par non erat eorum divisio, in alios tamen usus nequaquam impendebantur. CONSTANT. Quod ad vocem *χάρις* attinet, quæ proxime sequitur, imitatus auctor est S. Paulum, qui cum alibi tum in *priore epistola ad Corinthios* eam pro beneficentia et eleemosyna dixit.

Ibid. l. 7. ἐνέτρεψε] Apud Georgium Syncellum legitur *ἐπέστρεψε* minus recte. Codex Fuk. habet *ἀνέτρεψε*. VALES.

Ibid. l. 10. τίσις ἔργοις ἢ τίσις πολιτείαις τεθαρρηκῶς] Ad locum hæc annotavit cl. Heinichen. “ Πολιτείαις novo “ profecto et inaudito sensu h. l. dictum est. Cum enim “ opponantur illæ πολιτεῖαι ἔργοις Novatiani, bene vertit “ Strothius, *Connexiones*, qua voce vocabuli vis satis hausta “ videtur. Minus bene Valesius, quibus operibus, et *cujus- “ modi conversatione* confisus. Non solum Latinius, sed “ etiam plenius exprimeretur illud cum Cic. de Offic. l. 17. “ *consuetudines—et familiaritates, multisque cum multis res “ rationesque contractæ.*” Hæc vir doctissimus. Tamen libentius verterem, *quibus operibus, quibusve administrationibus, confisus?* Habet Eusebius in *Hist. Eccl.* viii. 9. *διαπρέψας ἀνὴρ ταῖς κατὰ τὴν πατρίδα πολιτείαις τε καὶ λειτουργίαις.*

Ibid. l. 12. διὰ τὸ ἐξ ἀρχῆς ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ &c.] Illud in

ecclesia perinde est atque in ecclesiæ ministerio. Nec aliud sonare mihi videtur *ab initio*, atque ab ineunte ætate et ab infantia. Et ea quidem tum forte obtinebat disciplina, qua ii qui in clerum adsciscendi erant, *se*, ut loquitur Siricius Epist. i. n. 13. *Ecclesiæ vivere obsequiis ab infantia sua*, vel ut idipsum Zosimus Epist. ix. n. 5. enuntiat, *ab infantia ecclesiasticis ministeriis nomen dare*, et ita per omnes cleri gradus episcopatum promereri solebant. Quocirca Cyprianus in epistola sequenti n. 7. etiamsi Cornelium ecclesiasticis ministeriis *ab initio* seu ab infantia nomen dedisse non aperte dicat; hinc tamen eum commendat, quod *non ad episcopatum subito pervenit, sed per omnia ecclesiastica officia promotus, et in divinis administrationibus Deum promeritus, ad sacerdotii sublime fastigium cunctis religionis gradibus adscendit*. Hic igitur quæritur, an similibus meritis ornatus sit Novatianus; et ea illi defuisse demonstratur. COUSTANT. Si ex ethnicis parentibus ortum habuerit Novatianus, quod quidem ex Cornelii verbis, ἀφορμῇ τοῦ πιστεῦσαι γέγονεν, magis colligendum videtur, illud *ab initio in ecclesia versari*, de educatione cujusvis a teneris usque in ecclesiæ communione interpretari malim. Et, quanquam contraria quædam, ut videbis, de voce πιστεῦσαι adnotavit Coustantius, ejus tamen simplicior atque usitatior sensus mihi quidem arridet; ut ex auxilio dato sibi ab exorcistis occasionem fidei amplectendæ sumpsisse Novatianus statuatur.

P. 24. l. 13. ὑπὲρ αὐτῆς ἀγωνίσασθαι] περὶ αὐτῆς MS. Norfolk. ἠγωνίσθαι MS. Bodl. et ἠγωνίσαι mendose Syncell. qui et paulo ante ἀνεστραφῆναι pro ἀνεστράφθαι habet, ubi ἀνατετράφθαι ed. Genevensis Margo. MS. Paris priorem addit Burtonus, qui vocem ἠγωνίσθαι in codd. Med. Maz. Fuket. Florentinisque invenit, perinde atque in cod. Dresdno Heinichenus.

Ibid. l. 15. ἀφορμῇ τοῦ πιστεῦσαι] *fidei suscipiendæ*. Ejus scilicet fidei, quæ suscipientem deinceps *fidelem* denominet. Hæc autem appellatio, si Jerosolymitanæ ecclesiæ, ac forte paucarum aliarum morem excipias, olim solis baptismo initiatis impertiebatur. Qui enim antea catechumeni,

electi, competentes nuncupabantur, tum primum *fideles*, cum tincti fuerant, nuncupari solebant. Hinc in concilio Eliberitano *catechumenus*, immo et *Christianus*, a *fidele* distinguitur. In eo quippe, ut ex Can. 45. et 59. apparet, cum catechumeno simul et tincto commune est *Christiani* nomen; sed appellatio *fidelis* soli tincto competit. Cyrillus vero Jeros. licet hoc *fidelis* nomen etiam electis tribuat, quia videlicet hi jam baptismi sollemniis initiari incipiebant, illud tamen pariter a catechumeni vocabulo sedulo distinguit. Unde Catech. i. n. 4. ait, *Antea catechumenus eras, nunc fidelis vocabere*: et Catech. v. n. 1. *Quantam vobis dignitatem conferat Dominus, ab ordine catechumenorum ad ordinem fidelium vos transferens*. Quocirca non probatur interpretatio Valesii, locum hunc sic Latine reddentis, *cui causam atque initium credendi præbuit Satanus*, nisi post verbum *credendi* subaudiatur, ea fide quæ credentem fidelem denominet. Forsitan enim Novatianus jam tum inter catechumenos, adcoque non sine credendi initio, constitutus erat. Cornelius certe verbo τοῦ πιστεῦσαι, baptismum intellexit: sed τοῦ βαπτισθῆναι consulto vitasse videtur, quia Novatianus per περιχυσω, hoc est per adspersionem seu perfusionem, (utraque enim vox Cypriano in Epistola 76. ad Magnum synonyma est,) hoc sacramentum susceperat. COUSTANT. Nicephorus vero verba ita παραφράζει, lib. vi. cap. 3. ᾧ καὶ τὸ εἰς Χριστὸν πιστεῦσαι πρόφασις ὁ Σατανᾶς ἦν ἐνσκηνώσας αὐτῷ. Atque opponi videtur hæc sera et quasi coacta fides τῷ ἐξ ἀρχῆς ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἀνεστράφθαι.

P. 24. l. 17. βοηθούμενος ὑπὸ τῶν ἐπορκιστῶν] Ait Coustantius, Christophorsoni interpretatione culpata, quod hæc Latine ita reddidisset, *Qui quidem ubi exorcistarum præsidio, spiritu illo malo esset liberatus, et post in tam gravem morbum incidisset*: “ Si Novatianus ante hunc “ morbum a spiritu malo fuisset liberatus, nequaquam “ dicendus esset Satanus ei baptismi suscipiendi causam “ præbuisse.” Ego quoque magis putarim, nec dissentiente Valesio infra, Novatiano morbum cum dæmoniacæ possessione simul adfuisse, etsi diversum quid significet Rufini quoque interpretatio. Dum vero Coustantius ex

Rufini versione hoc confirmare studet, non defuisse Novatiano, prius quam baptismum susciperet, aliquod saltem fidei initium, “ Quid enim, interrogat ille, apud exorcistas ageret “ omni fide destitutus?” ex Tertulliano respondere licet, quosdam extitisse olim *ethnicos*, qui agnoscerent in se collata esse hujusmodi *beneficia Christianorum*. Vid. Tertull. cum alibi, tum libello *ad Scapulam* cap. 4. Aliter vero de hac re fortasse statuebat Pearsonius, qui hæc scribit *Annal. Cypr.* ad an. 251. sect. v. “ Nam primo philosophus fuerat, “ et quidem Stoicus; dein cum inter catechumenos erat, “ tanquam dæmoniacus exorcizatus est, et non nisi in lecto “ baptizatus.” pag. 29. Supra in lin. 3. εἰσφοιτήσας extabat in *MS. Norfolc.* et ad *Syncelli* marg. pro φοιτήσας.

P. 24. l. 18. ἐπορκιστῶν] Forsan quis legendum putet ἐξορκιστῶν, sed ἐπορκιστῶν apud *Syncellum* quoque ac *Nicephorum* legitur. STROTH. Etsi revera apud *Syncellum*, sicut in Eusebii *MS. Norfolc.* legitur ἐξορκιστῶν, nihil tamen propterea mutetur omnium fere codicum scriptura necesse est. Cum alii, tum Auctor *Constit. Apost.* ἐπορκιστῆς habet in lib. viii. cap. 26. præstant nonnulli ἐφορκιστῆς. Ceterum hic exhibent ὡς pro ὁς *Syncell.* et *MS. Norfolc.*

P. 25. l. 2. ἦ] οὐ *Gruteri* et *Castellani codicis Lectt.* STROTH. Adde *MS. Norfolc.* et *Syncell.* et teste nunc *Burtono codicem Paris. priorem et utrumque Florentinum.*

Ibid. περιχυθεῖς] Recte Rufinus *perfusum* vertit. Nam qui ægri in lecto baptizabantur, cum mergi a sacerdote non possent, aqua duntaxat perfundebantur. Itaque hujusmodi baptismus parum solemnus ac minus perfectus habebatur, quippe qui non sponte, sed mortis metu susceptus videretur ab hominibus delirio laborantibus, et nullo amplius sensu præditis. Accedit quod, cum baptismus proprie mersionem significet, ejusmodi perfusio vix baptismus dici poterat. Quamobrem Clinici (sic enim vocabantur qui ejusmodi baptismum acceperant) ad presbyterii gradum promoveri vetantur Canone 12. Concilii Neocæsariensis. Hujusmodi baptismum hominis in lecto decumbentis et animam agentis, luculente describit Joannes Chrysostomus in homilia 60. ad Catechumenos tomo ii.

Cyprianus tamen in Epistola 76. baptismum hunc plenum ac legitimum esse censet, et Clinicos nihilo inferiores esse ait iis qui sani baptismum in ecclesia susceperunt. VALESIIUS. Sic quidem Cyprianus pro verecundia et modestia sua, *nemini*, ut loquitur ipse, *præjudicans*. Sed in Romana saltem ecclesia his Novatiani temporibus, clinici ab omni cleri gradu prohibiti sunt, ut ex iis constat, quæ scribit infra Cornelius. Atqui diversam, sed veriore[m] dicere nolim, rationem affert Albaspinaeus, repulsionis clinicorum ab ordinibus sacris, quod nimirum officia sacra implere ii non possent, quos mala valetudo prima fidei elementa non siviisset discere. Vid. *Notas in Canon. Neocæs.* 12. post *Observationes* ejus *De Vet. Eccl. Ritibus*, p. 372. ed. Helmstad.

P. 25. l. 2. ἔλαβεν] τὸ βάπτισμα ἔλαβεν *Christoph.* Certe aut addendum τὸ βάπτισμα, aut intelligendum est, quæ tamen dura foret ellipsis. Etiam Nicephorus hanc vocem legisse videtur, sic scribens, ὥστ' ἀποθανεῖσθαι προσδόκιμον ὄντα, τὸ ὕδωρ αἰτῆσαι λαβεῖν· ὃ καὶ ἐν αὐτῇ τῇ κλίτῃ ἦ ἔκειτο, περιχυθὲν δῆθεν ἐβάπτιζεν. STROTH. In Græco nihil est quod *fidei* vocabulo respondeat. Ejus loco Valesius post Christophorsonum supplevit *baptismi* nomen. Hic potius subaudiendum videtur superius verbum τὸ πιστεῦσαι. COUSTANT. Non adsentior, sed post verbum subaudiendam hoc loco baptismi gratiam puto, prout Dionysii Alex. apud Eusebium verba significant, τοῦ γὰρ ἀγίου παρ' αὐτοῦ τετυχήκεσαν, *Epist. ad Philemon.* lib. vii. *Hist.* cap. 7. ubi nullo omnino codice præter Medicæum vox πνεύματος post ἀγίου agnoscitur. Recte ait Coustantius infra, ex industria abstinere baptismi vocabulo Cornelium, ubicunque de ritu, quo initiatus Novatianus est, loquatur. Mendose ἔλεγεν pro ἔλαβεν *MS. Norfolk.*

Ibid. l. 5. κατὰ τὸν τῆς ἐκκλησίας κανόνα] Qui in lecto decumbentes baptismum acceperant, postquam ex morbo convaluissent, episcopum adire necesse habebant, ut ea quæ ipsorum baptismo defuerant suppleret. Vetus auctor de hæreticis non rebaptizandis, quem nuper una cum Cypriano edidit Nic. Rigaltius: *aut si a minore clero per ne-*

cessitatem traditum fuerit baptisma, eventum expectemus, ut aut suppleatur a nobis, aut a Domino supplendum reservetur. Novatianus itaque hic arguitur a Cornelio, quod cum urgente morbi necessitate in lecto baptizatus fuisset ab exorcistis qui illum curabant (hoc enim indicant verba ejus epistolæ) postea recuperata valetudine non adisset episcopum, ut reliqua baptismi solemnia suppleret, quod ecclesiastica regula præcipiebat. Certe in Canone 47. Concilii Laodicensis id diserte præcipitur, et in capite tricesimo octavo Concilii Eliberitani. VALESIIUS. De hujusmodi baptismo dubius postea Magnus Cyprianum consuluit, *quid ipsi de illis videretur, qui in infirmitate et languore gratiam Dei consequuntur, an habendi sint legitimi Christiani, eo quod aqua salutari non loti sint, sed perfusi.* Notat et Cyprianus Epist. 76. ipsi respondens hoc aliud de iisdem dubitationis genus, *An consecuti sunt quidem gratiam dominicam, sed brevior et minor mensura numeris divini ac Spiritus sancti: ut habeantur quidem Christiani, non sint tamen ceteris coequandi.* Cyprianus autem ibid. *Christianum* judicare se rescribit *quisquis fuerit in ecclesia lege et jure fidei divinam gratiam consecutus, nec ambigendum esse quin legitimum sit baptisma per adspersionem seu infusionem susceptum, ac demum in nullo mutilari et debilitari posse divina beneficia.* Sed neque Cornelius nunc an baptismalem gratiam consecutus esset Novatianus, ideo dubitat, quia ille non lotus, sed perfusus esset, hoc est quia baptismum per adspersionem, non per immersionem suscepisset; sed eam ob causam, ob quam Neocæsariense concilium Can. 12. hujusmodi hominem presbyterii honore indignum judicat: *quia videlicet hujus fides non est ex libera voluntate, sed ex necessitate, οὐκ ἐκ προαιρέσεως γὰρ ἡ πίστις αὐτοῦ, ἀλλ' ἐξ ἀναγκῆς.* Ubi et in transeursu observare licet vocem *πίστις* pro baptismi vocabulo usurpari. Eo autem æquior fuit Cornelii dubitatio, quod Novatianus a morbo convalescens quæ sibi deerant supplere neglexit. CONSTANT.

P. 25. l. 5. τοῦ τε σφραγισθῆναι ὑπὸ τοῦ ἐπισκόπου] Rufinus hæc verba de signaculo chrismatis interpretatus est. Ego impositionem manuum intelligo, qua episcopi Spiritum

sanctum baptizatis conferebant ; quod sequentia manifeste declarant. Subdit enim Cornelius *τούτου δὲ μὴ τυχῶν, πῶς ἂν τοῦ ἁγίου πνεύματος ἔτυχε* ; Quamquam in manuscriptis codicibus Maz. Med. et Fuk. legitur *τούτων δὲ μὴ τυχῶν*. Interpretationem nostram confirmat Cyprianus ad Jubai-
 anum his verbis. *Quod nunc quoque apud nos geritur, ut qui in ecclesia baptizantur, præpositis ecclesiæ offerantur, et per nostram orationem et manus impositionem Spiritum sanctum consequantur, et signaculo Dominico consummentur.* σφραγίζειν proprie est consignare. Consignare autem et manum imponere idem est, ut docet Epistola Innocentii ad Decentium cap. 3. et 6. Idem confirmat Marcus in vita Porphyrii Gazensis episcopi, cujus locum inferius adducemus. Ambrosius, seu quis alius auctor est eorum librorum, in caput iv. Epistolæ Pauli ad Ephesios. *Denique apud Ægyptum presbyteri consignant, si præsens non fuerit episcopus.* Eadem habet auctor Quæstionum veteris et novi Testamenti inter Augustini opera editus, Quæstione 101. *Nam in Alexandria et per totam Ægyptum, si desit episcopus, consecrat presbyter.* *Scribe consignat presbyter,* ut in supra citato Ambrosii loco. Vetus inscriptio quam refert Baronius ad annum Christi 367. *Picentiæ legitimæ Neophytæ die 5 cal. Sept. consignatæ a Liberio Papa &c.* Porro hæc baptizatorum consignatio, interdum fiebat cum chrismate : quoties scilicet aliquis urgente morbi necessitate baptizatus fuerat a minoribus clericis, nec chrismatus. Tunc enim episcopus qui baptismi solemniam postmodum supplebat, chrismare simul et manus imponere necesse habebat. Qui vero perfectum baptismum acceperant, iis manus tantum imponebatur ab episcopo sine chrimatione, ut docet canon Arausicanus. Quo pertinet vetus Epigramma apud Gruterum p. 1177. de Marea.

*Tuque sacerdotes docuisti chrismate sancto
 Tangere bis nullum iudice posse Deo.*

Porro ut ad Novatiani baptismum redeamus, hinc manasse mihi videtur mos Novatianorum, qui in baptismo sacrum chrisma non adhibebant teste Theodorito in lib. iii. Hæret.

Fab. eo quod scilicet auctor ipsorum Novatianus baptismum sine chrismatione accepisset. VALES. Rufinus hæc ita Latine expressit : *Nec reliqua in eo, quæ baptismum subsequi solent, sollemniter adimpleta sunt, nec signaculo chrismatis consummatus est.* Quæ Rufini verba Valesius annotationibus in hunc locum de signaculo chrismatis, quod in baptismo confertur, interpretatus, ipse Cornelium de signaculo, quod confirmationis sacramento percipimus, loqui [non] censet. Sed quid vetat, quominus etiam Rufini verba de hoc eodem sacramento interpretemur, eaque de signaculo illo dicta intelligamus, de quo Cyprianus Epist. 73. ad Jubaianum scribit : *Quod nunc quoque apud nos geritur, ut qui in ecclesia baptizantur, præpositis ecclesiæ offerantur, et per nostram orationem ac manus impositionem Spiritum sanctum consequantur, et signaculo dominico consummentur.* Nam et ille signaculum ibi prædicat, cujus proprium est consummare suscipientem. Vitio quis verterit, quod Rufinus *chrismatis* vocem, quæ Græco in textu non enuntiatur, addiderit? Sed additamentum illius contra temporis hujus usum nihil peccat, immo illum apte explicat. Ut enim Cyprianus Epist. 70. cum toto Africano concilio docet, *Ungi quoque necesse est eum qui baptizatus sit, ut accepto chrismate, id est unctione, esse unctus Dei et habere in se gratiam Christi possit.* Ibi enim unctionem a baptismi sacramento distinctam prædicari, et quæ proxime antecedunt, et particula quoque, et verba *qui baptizatus sit, non qui baptizatur aut qui baptizandus est,* evincunt. Porro ex eo, quod Novatianus baptismum sine chrismatione accepisset, Valesius manasse putat morem, de quo Theodoretus lib. iii. Hæret. Fab. cap. 5. ita loquitur : *Novatiani successores iis, quos baptizant, sanctissimum chrisma non præbent. Quapropter eos, qui ex hac hæresi corpori ecclesiæ conjunguntur, laudatissimi patres inungi præceperunt.* Sed Nicæni patres Can. 8. tantum præcipiunt, ut Novatiani per manus impositionem suscipiantur. His concinentes Siricius Epist. v. c. 8. et Innocentius Epist. ii. cap. 8. constituunt, *ut venientes a Novatianis vel Montensibus per manus (addit Innocentius tantum) impositionem suscipiantur, nulla inunctionis facta*

mentione. Ibi autem Theodoretus etsi de Novatiano nonnulla tradit ad accuratam rerum fidem non satis exacta, ad Canonem 7. concilii CP. I. haud dubie respicit. CONSTANT. Hæc ille, de Valesii interpretatione verborum Cornelii errans, nisi illud *non* deles. Bene ait Weismannus in *Hist. Eccl. N. Test.* “Nunquam credam Cornelium, cui
 “objiciunt, quod negaverit accepisse Novatianum Spiritum
 “in baptismo suo Sanctum, quia obsignatio sive confirmatio
 “episcopi ei non fuerit simul collata, majorem confirmationi episcopali virtutem tribuisse, quam ipsi baptismo.
 “Ipsum Novatiani baptismum nauseavit, quapropter, cum
 “eundem recitaret, addidit, *Si tamen hunc illum accepisse*
 “*dicendum est*; nauseavit quoque et malæ absque dubio
 “origini adscripsit, quod Novatianus consuetum in ecclesia
 “obsignationis ritum neglexerit atque contemserit. In
 “hoc impetu animi verba illa, hyperbolica utique, effudit,
 “e quibus formalem sententiam et hæresin exculpere licet
 “minime.” Sec. iii. §. 16. 4. p. 254. Episcopum benedictione sua perficere a diacono tantum baptizatos, jubet canon Eliberitanus 77. Dum vero de alia re controversa, utrum consignatio seu confirmatio in ritibus baptismi tanquam pars ejus olim habita sit, disputabant duo viri primarii, Hammondus, in libro *De Confirmatione* postumo negantis partes sustinens, et Dallæus *De Cultibus Latinorum*, qui istud affirmaverat; Hammondus, quia *Christophorsoni Lectt.* habent οὐδὲ τοῦ σφραγισθῆναι pro τοῦ τε σφραγισθῆναι, istud οὐδὲ, vel οὔτε, firmari vult cum ex verborum constructione, tum ex *Nicephorianis* istis, ὃ γε οὐδὲ τῶν λοιπῶν τῆς ἐκκλησίας συμβόλων ἠξίωτο, ὧν χρεῶν τοὺς τοιούτους μεταλαμβάνειν κατὰ τὸν τῆς ἐκκλησίας θεσμὸν, ἀλλ’ οὐδὲ ὑπὸ ἐπισκόπων (sic) τὴν νόσον διαφυγῶν, ἐσφραγίσθη ἐς ὕστερον. Vid. Hammond. *De Confirmat.* cap. iv. sect. 1. Sed, pace tanti viri dixerim, nihil necesse esse mihi videtur, ut in textu recepto quid moveas; propter illa enim ὧν χρὴ μεταλαμβάνειν κατὰ τὸν τῆς ἐκκλησίας κανόνα, sequitur istud, τοῦ τε σφραγισθῆναι. Istaque extat lectio in editione principe, seu *Stephaniana*, aliter atque putabat ipse Dallæus, qui de lectione agens tanquam a Valesio primum invecta ipsam comprobat. Tum vero incertioris

originis sunt pleræque lectionum Christophorsoni vocatæ, quam ut absque aliorum codicum testimonio magni pendantur. Quod autem ad scripturam, τούτων δὲ μὴ τυχῶν pro τούτου δὲ μ. τ. a Valesio memoratam attinet, eandem præstat *MS. Savil.* seu *Bodl.* cui nunc addit Burtonus *utrumque Florentinum*, atque invenit fortasse *Nicephorus*, qui habet, τούτων δὲ τῶν μυστικῶν μὴ τυχῶν, πῶς ἂν &c.

P. 25. l. 12. βοηθήσῃ τοῖς ἀδελφοῖς] Post has voces in codicibus nostris Maz. Med. Fuk. et Saviliano, et apud Syncellum hæc adduntur [omiserat ea omnia præter illa ἐπικουρίας δεομένοις ed. R. Steph. quomodo desunt in *codd. Regio et Parisini*]: ὅσα θέμις, καὶ ὅσα δυνατὸν πρεσβυτέρῳ κινδυνεύουσιν ἀδελφοῖς καὶ ἐπικουρίας δεομένοις βοηθεῖν. Quæ Rufinus legisse videtur in suo codice, vertit enim: *Scribit etiam de ipso, quod persecutionis tempore, cum in cellula quadam lateret, et a diaconis, ut moris est, subvenire in exitu catechumenis rogaretur, &c.* Paulo ante ubi legebatur ἐξεληθῶν τοῦ οἴκου, restituimus οἰκίσκου, auctoribus iisdem codicibus et Georgio Syncello. Rufinus *cellulam* vertit. VALESIVS. In hac Rufini interpretatione, *cum subvenire in exitu catechumenis rogaretur, e cellula in qua latebat timens procedere, presbyterum se esse denegavit*, nimia deprehenditur interpretis licentia: cum verba Cornelii de omnibus auxilio presbyteri indigentibus dicta ad unos catechumenos, quibus et diaconi subvenire poterant, referat. Quocirca neque placet quod Theodoretus lib. iii. Hæret. Fab. eandem narrationem ita exponit: *Qui vero remedium (lapsus) adipisci postulabant, arguebant eum, quod sæpe rogatus ut ad ipsos properaret, et verbis confirmaret qui tyranni machinis pulsabantur, occultans se ipse et latere studens, presbyterum etiam se esse denegarit.* Ex hoc autem loco liquet, quam merito superius a Cornelio postulatum sit, an Novatianus in multis magnisque periculis religionis causa fuerit? CONSTANT. Pro verbis, ὅσα θέμις κ. τ. λ. quibus orationem auxit Valesius, testes addendi sunt *MSS.* omnes adhuc collati præter *Regium* et *Parisinos*, perinde ac Syncellus *Nicephorusque*, et Scaliger, qui ad oram sui exempli hæc verba attulit. Extat οἴκου pro οἰκίσκου in *edit. Steph. codicibusque Regio ac Parisinis.* Paulo supra idem codex, perinde

ac *Syncellus*, πρεσβύτερον ἑαυτὸν εἶναι verso tantum ordine verborum præstat.

P. 25. l. 15. βοηθεῖν] Omittit *ed. Steph.* Exhibent *videm* qui paullo ante. STROTH. Adde *MSS.* reliquos omnes.

Ibid. l. 18. ἑτέρας γὰρ εἶναι φιλοσοφίας ἐραστής] Ait Cyprianus de eodem, *Jactet se licet, et philosophiam vel eloquentiam suam superbis vocibus prædicet. Qui nec fraternam caritatem nec ecclesiasticam unitatem tenuit, etiam quod prius fuerat amisit. Epist. ad Antonianum* p. 73. *ed. Baluzii.* Hæc quoque scribit Pacianus in *Epistola ad Sympronianum; Cypriani epistolas mihi placere miraris? Quidni beati martyris et catholici sacerdotis? Novatianum mihi ingeris? Philosophum sæculi fuisse audis; nec satis miror ab ecclesia Dei vivi degenerasse.* §. 7. p. 261. tomi vii. *Bibliotheca Patrum Gallandianæ.* Adde, depositionis pœnam meruisse Novatianum, *Canone 62.* quem dicunt *Apostolicum*, clericum statuente, εἰ μὲν τὸ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ ἀρνήσῃται, ἀποβάλλεσθαι, εἰ δὲ τὸ ὄνομα τοῦ κληρικοῦ, καθαιρέϊσθαι. Interea cum quæstione de lapsorum reconciliatione, cui maxime adversabatur Novatianus, crimen quo ille accusatus est negligentiae quodammodo connecti suspicor, verbis persuasus Theodoreti, quæ Coustantius supra adduxit.

P. 26. l. 2. Καταλιπὼν] κατέλιπε *Christoph. Lectt. et Interp.* STROTH.

Ibid. l. 3. πίστευσας κατηξιώθη τοῦ πρεσβυτηρίου] Hinc apparet, Novatianum prono gradu presbyterum fuisse ordinatum, omissis diaconatus et subdiaconatus ordinibus: qui mos tum fuit in ecclesia, ut docet exemplum Origenis, Paulini Nolani et aliorum. Nota sunt etiam exempla Ambrosii Mediolanensis, et Nectarii Constantinopolitani, qui ex Neophytis ordinati sunt episcopi. VALESIIUS. Forsitan solum derisui esse oportet archidiaconatum, quo Novatianus donatus est diu post mortem ejus ab Eulogio præsule Alexandrino, sæculi sexti scriptore apud Photium *Cod.* ult. col. 1622. Illud autem officium Cornelii favori, ut fert Eulogii fabula, Novatianus debuerat. Ceterum, ut obiter hoc moneam, recentioris memoriæ temporibus, ineunte sæculo decimo septimo, cum, ut episcopi fierent,

venissent Angliam aliquot e gentis Scoticæ ecclesiasticis ministris, exempla illa Ambrosii atque Nectarii dubium tollebant, utrum isti nondum presbyteri facti ad episcoporum munera consecrari deberent. Vide Heylini *Hist. Presbyterianorum*, lib. xi. c. 4. p. 382. Conf. vero Spotiswoodi *Hist. Eccl. Scotic.* lib. vii. p. 514. et Skinneri *Hist. ejusd. Eccl.* vol. ii. c. 43. p. 252. Postea autem, cum reddito ad avita regna Carolo secundo rediisset cum eo pristinum ecclesiæ regimen, duo saltem ex ministris Scoticis, qui nondum episcopalem ordinationem susceperant, diaconi et presbyteri prius facti deinceps episcopi consecrati fuerunt. Vide *Jacobi Sharpii archiepiscopi S. Andreae Vitam*, anno 1723. editam, p. 55. cum Collieri *Hist. Eccl. Magnæ Britannicæ* vol. ii. p. 887. collatam, et Burnetti *Hist. Temp. sui* vol. i. p. 319. edit. Oxon. Ceterum ἐπιθέντος αὐτῷ χεῖρα pro χεῖρας præstant *MSS. Bodl.* et *Norfolc.* Nunc addit reliquos præter *codd. Regium Parisienses Venetumque Burtonus; codicem quoque Dresdensen.* Heinichenus in *Supplemento Notarum in Eusebium.* Manum et manus imponere, utrumque obvium. Mox ὡς pro ὃς *Syncell.*

P. 26. l. 6. ὑπὸ παντὸς τοῦ κλήρου καὶ λαϊκῶν &c.] Presbyteri olim ab episcopo ordinari non poterant sine consensu cleri et populi. Ac de populi quidem suffragio in electione presbyterorum, testantur patres concilii Nicæni in epistola synodica ad episcopos Ægypti, ubi de clericis qui se a Meletii schismate puros atque integros servaverant, ita præcipiunt, εἰ δὲ τινὰ ποτε συμβαλῆ ἀναπαύσασθαι τῶν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, τηρικαῦτα συναναβαίνειν εἰς τὴν τιμὴν τοῦ τετελευτηκότος τοὺς ἄρτι προσληφθέντας, μόνον εἰ ἄξιοι φαίνονται, καὶ ὁ λαὸς αἰροῖτο συνεπιψηφίζοντος αὐτοῖς καὶ ἐπισφραγίζοντος τοῦ τῆς Ἀλεξανδρείας ἐπισκόπου. Quæ verba Sozomenus de clericis intellexit, cum tamen de episcopis potius accipienda esse videantur. Nam cum patres synodi Nicænae contemplatione pacis statuissent, ut episcopi a Meletio schismatico ordinati in suo gradu remanerent, sed sine ulla functione episcopalis officii: nunc præcipiunt, ut si forte catholicus episcopus ab Alexandrinæ urbis episcopo ordinatus obierit, tum Meletianus qui a synodo sub ea conditione quam dixi

susceptus est, in locum mortui succedat, dummodo plebs eum elegerit, et episcopus Alexandrinus electionem ejus confirmaverit. Sed et ex aliis locis ejusdem epistolæ satis colligitur, necessarium fuisse populi suffragium in ordinatione clericorum. Vetant enim eadem epistola sanctissimi patres, ne episcopis qui Meletio adhaeserant, jus fasque sit proponendi nomina eorum qui ad ecclesiasticos ordines sunt promovendi: sed solis catholice ecclesie episcopis qui ab omni schismate integri semper fuissent, illud competere pronuntiant. Pontifices quippe annuntiabant populo nomina eorum qui ordinandi essent presbyteri vel diaconi, ut si quis forte haberet quod ordinandis objiceret, illud palam testaretur, sicut legitur in sacramentario Gregorii magni. Quam in rem singularis est locus B. Chrysostomi in Homilia 18. in Epistolam 2. ad Corinthios. Audi, inquit, quemadmodum apostolorum tempore, ipsi persæpe eos quibus præerant, consiliorum suorum socios adhibebant. Nam et cum septem diaconos crearent, ad plebem prius retulerunt: et cum Matthiam eligerent, de ea re cum omnibus qui tunc aderant tam viris quam mulieribus Petrus agitavit. Neque enim hoc imperium, in præsentium fastu et arrogancia, nec in subjacentium servili quadam demissione consistit, sed spirituale est: hoc præcipue excellens, quod pro vestræ salutis cura plures labores suscipiat, non autem quod plus honoris requirat. Omnes enim tanquam domum unam, ecclesiam habitare; omnes ut unum corpus affectos esse convenit. Denique adeo necessarium fuit plebis suffragium in electione presbyterorum, ut sæpenumero in ecclesia plebs tumultuosis vociferationibus presbyterum aliquem fieri postularet et cogeret. Quod quidem Barcinone sibi evenisse testatur Paulinus in Epistola sexta ad Severum. Idem de Piniano Albinæ filio refert Augustinus in Epist. 225. ad Albinam. Jam vero cleri quoque consensum ad hoc fuisse necessarium docet vetus auctor Quæstionum veteris et novi Testamenti cap. 101. ubi scribit presbyterum qui ordinandus est, perduci a diacono et offerri episcopo; et sub testimonio diaconi ordinari. *Sed testimonio, inquit, diaconi fit presbyter.* Et

paulo post : *perducuntur enim qui ordinandi sunt, ut dum lateri eorum septi sunt, honore digni videantur. Fateor facti eorum esse, sed quasi officialis. Ab episcopo enim mittitur ut obsequium præbeat ordinando.* Totum vero hunc ritum optime descriptum habemus in Sacramentario Gregorii magni pag. 236. ad quem locum vide quæ notavit Hugo Menardus vir doctissimus. VALESIIUS.

P. 26. l. 7. τὸν ἐπὶ κλήνης] τὸν ἐν κλήνῃ ed. Steph. STROTH, Sic, teste Burtono, MSS. Bodl. Reg. et Parisini, dum τὸ pro τὸν scribitur in Bodl. eodem referente Burtono. Mox ἐπιχυθέντα MS. Norfolk.

Ibid. l. 8. εἰς κλήρον τινὰ γενέσθαι] Κλήρος ordinem seu gradum significat ministerii ecclesiastici. Ita κλήρον πρεσβυτέρου paulo ante Cornelius dixit, et κλήρον ἐπισκοπῆς non semel vocat Eusebius et Irenæus. Itaque hoc loco εἰς κλήρον τινὰ, id est in quocumque clero. Epiphanius in hæresi Meletianorum. οἱ δὲ ἀπὸ κληρικῶν ὑπάρχοντες διαφορὸν κλήρου, πρεσβυτέρου τε καὶ διακονίας καὶ ἄλλων. Tertullianus sortem vocat. Sic enim in libro de virginibus velandis. *Non permittitur mulieri in ecclesia loqui, sed nec docere, nec tinguere, nec offerre, nec ullius virilis muneris, nedum sacerdotalis officii sortem sibi vendicare.* Sic certe loquitur vetus auctor de hæreticis non rebaptizandis. *Quod cum nullum sanæ mentis fidelium tenere, vel maxime nullum omnino in quocumque clero constitutum, ac multo magis episcoporum audere deceat.* Rursus in eodem libro. *Immo magis hoc nomine etiam oneratur, licet fuerit antea fidelissimus, aut in clero aliquo constitutus.* Idem scriptor clerum distinguit in majorem et minorem. Et minorem quidem clerum appellat diaconos et reliquos inferiores ordines, ut cum dicit pag. 129. *Aut si dicis hujusmodi hominem salvum non posse fieri, omnibus episcopis salutem adimimus, quos ita periculis quam certissimis adstringis, ut hominibus omnibus qui sub cura eorum agunt, et hac atque illac dispersis regionibus infirmantur, per semetipsos subvenire deberent; quia ceteri homines minoris cleri vis qui periclitantur, hoc idem præstare non possunt.* Et multo clarius pag. 134. *Et ideo cum salus nostra in baptisate spiritus, quod*

plerumque cum baptismate aquæ conjunctum est, sit constituta, si quidem per nos baptismata tradetur, integrè et solemniter et per omnia quæ scripta sunt adsignetur, atque sine ulla ullius rei separatione tradatur: aut si a minore clero per necessitatem traditum fuerit, eventum expectemus, &c. ubi vides presbyteros ab hominibus minoris cleri aperte distingui. Ait enim minoris cleri homines ingruente tantum necessitate baptismata conferre: quod presbyteris nequaquam convenit. VALESIIUS. [Confer verba scriptoris a Coustantio allati sine notæ hic proxime sequentis in voces Πουήσας γάρ.] A litera Græca Valesius nonnihil recedit in hunc modum: *Nec quemquam ex iis, qui urgente vi morbi in lectulo perinde ac ille perfusi fuissent, in clerum assumi.* Plus enim illud, *quemquam ex iis*, unde exceptio omnis excluditur, quam particula τὸν, sonat: sicut significantius aliquid præ se fert *in aliquem clerum*, quam simpliciter *in clerum*. Disciplinæ hujus severitatem aliquanto post Cornelii ævum temperavit Neocæsariense concilium, hominem in lecto perfusum non ab omni cleri gradu, sed a presbyterio dumtaxat excludens; immo eum etiam ad hunc gradum provehi permittens *propter consequens ejus studium et fidem, hominumque varietatem.* Præsenserat Fabianus, seu quivis alius Novatiani ordinator, hujusmodi exceptionem per ecclesiasticam regulam permitti. Nec temere divinat, qui episcopo huic maxime Novatiani ingenium et eloquentiam, quæ in illius scriptis ac nominatim in epistola apud Cyprianum 31. ab ipso scripta suspicatur, placuisse conjectat. Qui autem Novatiani ordinationi, cum ad presbyterii ordinem proveheretur, intercesserunt, ecclesiasticas objicientes regulas, quibus quempiam in lecto perfusum ad ullum cleri gradum assumi prohibebatur, simili ratione antea intercedere debuerant, si ullus ei gradus collatus fuisset. Quocirca presbyterii dignitatem ipsi per saltum, inferioribus aliis ordinibus prætermissis, collatam esse Valesius atque Tillemontius inde conjiciunt. COUSTANT.

P. 26. l. 13. Πουήσας γάρ τὰς προσφορὰς—καὶ ἐπιδοῦς τοῦτο] Proprium erat presbyteri officium, eucharistiam et calicem fidelibus in manus tradere: idque ἐπιδοῦναι proprie

dicebatur. Chrysostomus Homilia 46. in Matthæum. οὐχ ὁρᾶς ὅτι τῷ ἱερεὶ μόνῳ θέμις τὸ τοῦ αἵματος ἐπιδιδόναι ποτήριον. Id est non vides qualiter soli sacerdoti licet calicem Domini sanguinis præbere. Ex quo ita argumentatur Chrysostomus. Tu ergo sacerdos es, cum panem et calicem præbes pauperi. In quibusdam tamen ecclesiis diaconi eucharistiam populo dividebant. Idque innuere videtur auctor quætionum veteris et novi Testamenti cap. 101. his verbis. *Diacon̄i ergo ordo est accipere a sacerdote, et sic dare plebi.* Hieronymus, seu quis alius, in libro de septem gradibus ecclesiæ: *Sicut in sacerdote consecratio, ita in ministro est Sacramenti dispensatio. Ille oblata sanctificat, ille sanctificata dispensat.* Et ante omnes Justinus Martyr in Apologiâ, ejus locum jam supra citavi. Cedrenus ad annum 18. Constantis: *σκανδαλιζόμενος γὰρ εἰς αὐτὸν, ἔκειρε πρότερον αὐτὸν διὰ Παύλου πατριάρχου διακονου, ὃς καὶ μετέδωκε τῷ βασιλεὶ τῶν ἀχράντων μυστηρίων ἐν ἀγίῳ ποτηρίῳ.* Tandem vero postquam diaconi laicis eucharistiam præbere desierunt, concessum illis est, ut vinum laicis post communionem præberent; idque colligimus ex vita Alcuini, de quo vetus scriptor ita tradit: *Necnon cum post communionem corporis Christi et sanguinis manu propria eis misceret idem Ludovicus, humilitate clarissimus præ omnibus, patri sancto se inclinans, ejus osculatus est manum.* Et in concilio Arelatensi 2. c. 15. cavetur ut diaconus præsentem presbytero corpus Christi fidelibus tradere non præsumat. VALESIIUS. Apud Valerium, *oblatione facta.* Et hîc hærentes Græco retinemus *oblationibus factis*, hoc est, pane et vino consecratis. Novatianum per se, non diaconorum ministerio corpus Christi suis porrexisse plane hinc discimus. An vero dissimili ratione Servatoris nostri sanguinem iis tradiderit, dubitare licet propter subnexa verba, *Jura mihi per corpus et sanguinem Domini nostri.* Negandum tamen non est, usu tum receptum esse, ut fideles diaconorum ministerio sanguinem vel etiam corpus Christi perciperent. Scribit quippe Justinus Apolog. 2. ad Antoninum: *Postquam antistes gratiarum actionem perfecit, et populus omnis apprecatus est, diaconi ex pane, vino et aqua consecratis*

partem dividunt unicuique presentium. In Africa saltem calicem, quo sanguis Christi continebatur, a diaconis porrigi consuevisse docet illud Cypriani lib. de Lapsis: *Ubi vero sollempnibus adimpletis, calicem diaconus offerre presentibus capit.* Eundem morem Romæ usitatum innuit apud Ambrosium lib. i. Offic. c. 4. pia expostulatio S. Laurentii archidiaconi S. Xystum pontificem sic interpellantis: *Cui commisisti Dominici sanguinis consecrationem (hoc est consecrati sanguinis Domini dispensationem,) cui consummandorum consortium sacramentorum, huic sanguinis tui consortium negas?* Ad idem ministerium referri commode potest, quod de diaconis Romanæ ecclesiæ loquens antiquus auctor Quæst. vet. et nov. Test. apud Augustinum Append. tom. iii. c. 101. generaliter dicit: *Diaconi ergo ordo est accipere a sacerdote, et sic dare plebi.* Verum sacerdotibus id, quod diaconis committere consueverunt, per se præstare nusquam est prohibitum... Immo, si Chrysostomum Homil. 46. in Matth. audiamus, *soli sacerdoti licet calicem sanguinis dominici præbere.* Sed cum sanctus ille Doctor non addat *plebi*, ejus sententiam ex verbis Quæst. vet. ac nov. Testam. proxime allatis explicari nil vetat. Ut verbo dicam, corpus et sanguinem Christi populis tradere semper sacerdotibus ex officio, diaconis autem tamquam sacerdotum ministris ex quodam concessu, et necessitate postulante, olim licuit, seu, ut cum auctore Constit. Apost. lib. viii. cap. 28. loquar, *Diaconus non offert: oblatione vero ab episcopo aut presbytero facta, dat populo, non tamquam sacerdos, sed tamquam qui ministrat sacerdotibus.* Hinc Carthaginense iv. Concilium can. 37. hoc præmittit monitum; *Diaconus ita se presbyteri ut episcopi ministrum noverit: ac deinde can. 38. istud adjungit, Ut diaconus, præsentate presbytero, eucharistiam corporis Christi populo, si necessitas cogat, jussus erogat.* Porro, ut laudatus scriptor Quæst. vet. et nov. Testam. loco citato observat, *major ordo intra se habet et minorem. Presbyter enim et diaconi agit officium et exorcistæ et lectoris.* COUSTANT.

P. 26. l. 13. διανέμων—ἐπιδιδούς] διανείμας Syncell. ἐπιδοὺς MS. Bodl. Verba τῆς ὡν ait se deprehendisse Burtonus,

post τὸ μέρος in *MS. Norfolk.* sed quæ sibi velint se nescire. Mox pro τοῦτο ὀμνύειν habet αὐτῷ ὀμ. *Syncell.*

P. 26. l. 16. ἀμφοτέραις ταῖς χερσίν] Omittit ταῖς *ed. Steph.* STROTH. Ita *MS. Reg. et Paris. 2.* teste BURTONO.

Ibid. l. 17. ἀφείς] ἀφιεῖς *ed. Steph.* STROTH. Addit BURTONUS, qui hoc in textum revocavit, codd. *Reg. Parisinos, Norf. Flor. 1.* et secunda manu *Flor. 2.* Proxime pro ἐστ' ἂν *Syncell.* ἕως ἄν. Apud *Niceph.* atque in *MS. Norfolk.* et *Paris. 1.* ordo verborum κατὰ τοῦ σώματος καὶ τοῦ αἵμ. mutatur.

P. 27. l. 4. αὐτῷ] Hunc locum non intellexerunt interpretes. Nam Museulus quidem ita vertit: *Et miser homo non degustavit, nisi primum se illi devovisset.* Christophorsonus vero quasi Musculi insistens vestigiis vertit hoc modo. *Atque infelix non ante degustavit, quam ita se illi devovisset.* Quasi vox αὐτῷ referretur ad Novatianum. Ego ἐαυτῷ malim legere cum Georgio Syncello: apud quem totus hic locus ita scribitur. καὶ ὁ ἄθλιος ἄνθρωπος οὐ πρότερον γεύεται, εἰ μὴ πρότερον ἐαυτῷ καταράσαιοτο. Id est: *Atque ille miser non prius gustare sinitur, quam semetipse diris devoverit.* Quippe omne jusjurandum adjunctam habet imprecationem. Quæ licet in hoc sacramento quo Novatianus homines miseros adigebat, diserte expressa non sit, tacite tamen subintelligitur, ut notavi ad Amm. Marcellinum. Porro in quatuor nostris codicibus Maz. Med. Fuk. et Saviliano legitur etiam καταράσαιοτο, perinde ac apud Syncellum. (καταράσεται *ed. Steph.*) VALESIIUS. ἐαυτῷ *Syncell.* quod probat Valesius, ac profecto nobis magis placet. *Nicephorus* habet ἐκείνῳ, ex quo tamen eum legisse αὐτῷ apparet. STROTH. καταράσαιοτο habere *Gruteri* quoque *Lectt.* idem notavit Strothius, quibus addas *MS. Norfolk.* Interea αὐτῷ, si verba ita interpretaris, rescribas. Astantes altari, non genuflexos, sacram eucharistiam manibus acceptam reverenter ori solitos fuisse admovere in ecclesia quoque occidentali fideles, ostendit ex Tertulliani *de Oratione* libro cap. 9. Nicolaus Antonellus ad S. Jacob. Nisaben. *Sermonem* xii. §. 6. p. 347. At vero τὸ εὐλογεῖν non pertinere ad laicos recipientes, sed ad

Novatianum consecrantem contra Valesium ostendit ad loc. vir cl. Heinichen. qui quidem verbum *κατεράσεται* pro *καταράσσαντο* revocavit. Cum vero omnes Eusebii codices, haud excepto Regio, aliud suadere referat Burtonus, *καταράσσαιτο* videtur retinendum, dum cum Heinichenno *αὐτῷ* unice verum esse, et ad nihil nisi ad præcedens. *Κορνήλιον* referendum existimo. Novatianum autem adigisse videtur, ut censet Coustantius, quotidiana suorum defectio, ut iusjurandum hoc exigeret. Quod quidem interea iusjurandum profane et exactum et datum, schisma hoc luctuosum perpetuum faciebat.

P. 27. l. 4. *ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν—τὸ Ἄμην*] Hoc est quod paulo ante dixit Cornelius *ἀντὶ τοῦ εὐλογεῖν*. Fideles enim cum eucharistiam de manu sacerdotis acciperent, postquam presbyter inter tradendum dixerat *corpus Domini*, respondere solebant *Amen*, ut testatur B. Ambrosius in lib. iv. de Sacramentis cap. 5. *Ergo non otiose cum accipis, tu dicis Amen, jam in spiritu confitens quod accipias corpus Christi. Dicit tibi sacerdos; corpus Christi. Et tu dicis Amen, id est verum.* Hieronymus ad Pammachium adversus errores Joannis Hierosolymitani. *Qua conscientia ad eucharistiam Christi accedam, et respondebo Amen, cum de charitate dubitem porrigentis?* Cyrillus Hierosolymitanus in catechesi ultima. *καὶ κοιλάνας τὴν παλάμην, δέχου τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ, ἐπιλέγων τὸ, ἀμην.* Augustinus in libro xii. contra Faustum c. 10. *Habet enim magnam vocem Christi sanguis in terra, cum eo accepto ab omnibus respondeatur Amen.* Sæpius autem fideles inter missarum solemnities dicebant *Amen*. Nam et cum sacerdos panem et vinum consecraret, respondebant *Amen*, ut pluribus dicitur infra ad caput 9. lib. vii. et post lectionem evangelii et prophetarum, Amen dicere seque ipsos signare consueverant, teste Augustino in Epistola 166. VALESIIUS. Ceterum iis temporibus moris fuisse, ut ad sacram mensam accederent fideles eucharistiæ recipiendæ gratia, indicat S. Dionysius infra in EPISTOLA CANONICA, canone 11. Proxime post *ἐπανήξω* pro *ἀνήξω* *Syncell.* et *Nicephorus* invenerunt, et *ἔφη* pro *λέγει* habet *MS. Norfolk.*

Ibid. ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν—τὸ Ἀμήν] “Supra scripsit Valesius, “Hoc est, quod paulo ante dixit Cornelius ante τοῦ εὐλογεῖν.” Minime vero. Neque enim verba illa præcedentia ἀντὶ τοῦ εὐλογεῖν ad laicos pertinent λαμβάνοντας τὸν ἄρτον καὶ τὸν οἶνον, imo ad Novatianum, qui ἠὐλόγησε, i. e. ut ipse Valesius paulo post dicit; ut alii panem et vinum consecrabat respondentibus laicis ad illam consecrationem Amen. Neque satis recte vertit Valesius supra καὶ ἐπιδοὺς ἀναγκάζει, dum eum tradit, miseros homines benedictionis loco juvare cogit. Quasi vero laici benedictionem facerent! HEINICHEN.

P. 27. l. 11. ὃν καὶ Μωσῆς ὁ μακάριος] De hoc Moyse Romanæ urbis presbytero Cyprianus in epistolis loquitur sæpius. Hic post passionem Fabiani Rom. urbis episcopi Decio 2. et Grato Coss. anno Christi 250. comprehensus est una cum Maximo presbytero et Nicostrato diacono; et coniectus in carcerem, ibi defunctus est, cum mansisset in carcere menses xi. dies xi. ut legitur in veteri libro de Pontificibus Romanis. Quod confirmat etiam Cyprianus in Epistola 15. ad Moysen et Maximum presbyteros et ceteros confessores, ubi inter cetera hæc dicit. *Eant nunc magistratus, et consules sive proconsules, annuæ dignitatis insignibus et duodecim fascibus gloriantur. Ecce dignitas celestis in vobis honoris annui claritate signata est, et jam vertentis anni volubilem circulum victricis gloriæ diuturnitate transgressa est.* VALESIIUS. In Epistolis 16. et 25. Cypriani ad hunc Moysen et socios confessores, necnon in Epistola 26. eorundem confessorum ad Cyprianum, Moysis nomen in capite ceterorum constanter præponitur. Hunc in carcere defunctum Valesius existimat, nititurque his verbis Bucheriani catalogi in Fabiano: *Post mortem ejus (Fabiani) Moyses et Maximus presbyteri et Nicostratus diaconus comprehensi sunt, et in carcerem missi. Eo tempore supervenit Novatus ex Africa, et separavit Novatianum et quosdam confessores, postquam Moyses in carcere defunctus est, qui fuit ibi menses xi. dies xi.* Sed catalogum illic accuratum non esse vel hinc probatur, quod Novatiani schisma sic narrat ut Moysi morte posterius, cùm eâ antè fuisse palàm hîc Cornelius testetur. Si verò Cyprianum consu-

lamus, ad imitationem Cornelii titulos, quibus Moysen exornat, pro diversis temporibus mutat. Nam in Epistola 10. sequenti n. 5. respiciens ad id tempus, quo Moyses celebri Novatiani Epistolæ de Lapsis subscripsit, illum *tunc adhuc confessorem*, pro tempore autem, quo ipse ad Antonianum scribebat, *nunc jam martyrem* appellat. Verum neque inde quidquam certi adversus Valesii sententiam conficitur: cum Cyprianus etiam eos, qui etsi non torti, in carcere tamen vitam finiunt, martyres habendos censeat. Quamvis igitur in id propendeam animo, ut qui ob *egregium et admirabile martyrium* commendatur, cum in diversis tormentorum generibus constanter perferendis mirabilem se exhibuisse credam: propter diuturnitatem tamen durissimi carceris, quo a Christi confessione ad mortem usque deterreri non valuit, egregium et admirabile dici potuit ejus martyrium. Moyses autem cum tantum esset presbyter, Novatianum communionis exsortem fecit, non potestate atque auctoritate judicis, sed ea cautione qua cuique fidei uti licet erga eos, quorum fides perversa vitaque pestilens manifeste apprehenditur. CONSTANT. Usitatiore modo nomen scribitur Μωυσῆς in MS. Norfolk.

P. 27. l. 14. ἀκοινωνητον ἐποίησε] Musculus vertit *excommunicavit*. Christophorus vero *fidelium societate et communione interdixit*, quod idem est. Ego vero hanc interpretationem probare non possum. Neque enim Moyses presbyter jus habuit excommunicandi presbyteros collegas suos: sed quod unum potuit, se a communione illorum separavit; cum scilicet illi videndi ejus causâ venirent in carcerem. Solent porro antiqui scriptores ita loqui de sacerdotibus qui ab aliorum communicatione abstinent, quasi ipsi eos a communione sua separent. Paulinus presbyter in vita B. Ambrosii. *Ipsum vero Maximum a communionis consortio segregavit, admonens ut effusi sanguinis Domini sui ageret penitentiam*. Qui Paulini locus ita intelligendus est ut dixi. Neque enim Ambrosius Maximum Imperatorem a communione totius ecclesie sejunxit, cum nullum jus in eum haberet: sed tantum a Maximi et episcoporum ejus communione abstinuit, ut

ipse testatur in relatione sua ad Valentinianum. Vide quæ supra notavi de privata communione et excommunicatione. Ceterum quod hic scribit Cornelius de Novatiano Moysis præiudicio condemnato, id a Moyse paulo ante obitum mihi factum videtur. Nam initio quidem Moyses confessor cum Novatiano communicabat. Et cum clerus Romanus epistolam illam ad Cyprianum scripsit quæ inter Cypriani epistolas prima ac tricesima numeratur, adhuc Moyses pacem cum Novatiano servabat. Ambo enim illi epistolæ subscripserunt. Quinetiam Novatianus ipse epistolam eam composuerat, sicut testatur Cyprianus in Epistola ad Antonianum. Ex qua ingenium et eloquentiam Novatiani obiter licet cognoscere. Est enim epistola illa, ut fatendum est, elegantissima. Scripta est autem, cum jam Moyses annum in carcere exegisset quod ex Cypriani Epistolis ad Moysem prius datis aperte colligitur.

VALESIIUS.

P. 27. l. 14. *ὄν τοῖς πέντε πρεσβυτέροις*] Quinam fuerint quinque illi presbyteri qui cum Novatiano schisma fecerant, mihi quidem incompertum est. Neque enim puto esse Maximum presbyterum et confessorem, qui cum Urbano, Sidonio ac Nicostrato ac reliquis confessoribus a Novatiano deceptus, ejus partes aliquandiu fovit. Quippe Maximus et reliqui confessores, mortuo demum Moyse Novatiani partibus sese adjunxerunt, ut testatur vetus auctor de Pontificibus Rom. *Eo tempore, inquit, supervenit Novatus ex Africa, et separavit ab ecclesia Novatianum et quosdam confessores, postquam Moyses in carcere defunctus est.* Novatianus quidem ante Moysis obitum qui contigit mense Febuario, Decio 3. et Etrusco Coss. se ab ecclesia sejunxerat: sed confessores nonnisi Moyse mortuo ad Novatiani partes transierunt. Tanta vis atque auctoritas in Moyse erat. Idque certe innuit Cyprianus in Epist. 51. his verbis. *Posteaquam vos de carcere prodeuntes schismaticus et hæreticus error excepit, sic res erat quasi gloria vestra in carcere remansisset.* Atqui constat confessores, nonnisi mortuo Moyse, ex carcere dimissos fuisse. Cur enim ipsi potius dimissi fuissent quam Moyses? Post mortem igitur

Moysis Novatianum secuti sunt. Quare non assentior Baronio, qui ad annum Christi 254. numero 66. ait confessores adhuc in carcere positos, Novatiano adversus Cornelium favisse. Sed neque illud libens Baronio concesserim quod ibidem scribit Moysen scilicet presbyterum Cornelio favisse adversus Novatianum. Mihi enim videtur Moyses paulo ante ordinationem Cornelii e vivis abiisse. Quippe Cornelius anno Christi 251. Decio Augusto 3. et Decio Cæsare Coss. mense Aprili juxta Baronii sententiam, factus est episcopus: Moyses vero mense Februario ejusdem anni e vita discesserat, cum anni spatio in carcere permansisset ut supra observavi. Porro ex quinque illis presbyteris qui cum Novatiano ab ecclesia se segregaverant, unus fuisse videtur Maximus presbyter, Maximo illi confessori cognominis; quem Novatianus legatum postea misit in Africam. VALESIIUS. Qui sint illi quinque presbyteri Romani, qui cum Novatiano sese ab ecclesia segregarunt, sibi incompertum Valesius fatetur. Maximum tamen presbyterum Maximo confessori cognominem, quem Novatianus legatum postea misit in Africam, quique Carthagine episcopus ordinatus est, unum ex illis fuisse opinatur. Tillemontius Hist. Eccl. tom. iii. pag. 442. huic adjici posse putat Hippolytum, qui Prudentio teste, Novatiano primum addictus, ac postmodum schisma ejus detestatus, labem illam celebri martyrio abstersit. Hic cavendum, ne quinque presbyteri, quos Moyses martyr a communione sua segregavit, cum iis confundantur quinque presbyteris factionis Novati, de quibus Cyprianus tum infra Epist. 12. ad Cornelium, tum Epist. 40. ad plebem suam plura edisserit. Hi quippe Afri, illi Romani; hi Felicissimo, illi Novatiano addicti; pacem hi concedebant lapsis nullâ exactâ pœnitentiâ, illi etiam pœnitentibus negabant. COUSTANT. Coustantius supra monuerat, Novatiani schisma Moysis morte prius fuisse Cornelium hoc loco testari; Valesiusque, quin et Pearsonius in *Annal. Cyprian.* ad an. 251. §. 1. Novatiani schisma propter lapsorum receptionem ante Cornelium episcopum factum contigisse statuunt; cui quidem opinioni sese opponit Tillemontius not. III. in *Cornelium, Mem.*

vol. iii. p. 347. ed. Bruxel. Lis tamen nonnulla de iisdem recipiendis prius orta esse videtur, quam factus esset Cornelius episcopus. ut supra dixi pag. 42. Ceterum abest vox *πέντε* a *Cod. Norfolk.*

P. 28. l. 1. ἐπὶ Ῥώμης] Cum habeant hoc loco, quomodo infra, articulum ante Ῥώμης codd. omnes præter *Regium, Venet. et Paris. posteriorem*, eundem recepit Burtonus. Addit τὸν ante κατάλογον, *MS. Norfolk.* Mox καθεὶς pro καθεὶς Heinichenum secutus recepi, qui de scriptura agit ad Euseb. *Hist. x. 4. n. 5.*

Ibid. l. 7. *μνημονεύει*] Ista Eusebii verba nonnulli conferentes cum iis, quibus Hieronymus de *Script. Eccl. c. 66.* Cornelium ad Fabium scripsisse tradit *de synodo Romana, Italica et Africana*, sanctum illum doctorem ibi ad hanc Cornelii epistolam respicere arbitrantur. Sed alias potius commemorare videtur ejusdem papæ ad eundem Fabium litteras, in quibus teste Eusebio pag. 242. *et Romanæ synodi gesta, et omnium per Italiam et Africam aliasque locorum illorum provincias sententiæ declarantur.* Quorsum vero Cornelius ad Fabium scribens, sive episcoporum qui Romano concilio adfuerant, sive eorum qui ejusdem synodi decreta per litteras comprobaverant, nomina et ecclesias tam accurate annotarit, e subjecta Cypriani Epistola xii. n. 8. colligere licet, ubi cum idem præsul ad Cornelium proxime misisse se dixisset *nomina episcoporum, qui sani et integri in ecclesia catholica fratribus præsent, statim adjungit: Quod utique de omnium nostrorum consilio placuit, ut erroris diluendi ac perspiciendæ veritatis compendium fieret, et scires tu et collegæ nostri, quibus scribere, et litteras mutuo a quibus vos accipere oporteret: monetque ceteros, quos in epistola sua tacuit, vel sacrificio aut libello maculatos esse aut hæresi perversos.* Idem igitur præstitit et Cornelius, ut communione qui episcopi essent digni, qui indigni, non lateret. Exinde, eademque de causa, Romanos pontifices operam dedisse conjectat Tillemontius, ut si qui episcoporum collegio recens sociati essent, ceteri ubique terrarum præsules ea de re certiores fierent. Certe lecturissimus Cyprianum a Stephano papa petiisse, ut quem sub-


stitueret in Marciani Arelatensis episcopi locum, sibi quam primum significaret. CONSTANT. Ad deprivationem quod spectat Marciani hujus, monuit Stephanum Cyprianus, ut adversus Marcianum Novatianistam, quocum communicare jam ante recusaverant Afri, literas ad Arelatenses mitteret, *quibus abstento Marciano alius in locum ejus substitueretur*, hoc est, exponente Fello, “ ibique hortaretur Arelatenses, “ ut ad episcopi electionem procederent.” *Ep.* 68, al. 67; vel, quod idem est, docente olim Richerio in Appendice ad vol. I. *Hist. Concil. Generalium*, “ exauctorato Marciano alium ab illo omnium consensu in ejus locum substituerent,” p. 802. Interea auctoritati litterarum Stephani favet, non tantum verborum forma apud Cyprianum posita, sed etiam exemplum illud substitutionis nonnullorum episcoporum a Cornelio modo narratum pag. 23. lin. 9. Certe apparet, curam aliquam Arelatensium ad Romani episcopi officium pertinuisse. Synodum autem illam Italicam, quam ex Eusebii verbis supra p. 48. allatis sibi collegit Hieronymus, p. 13. in *lib. De Viris Ill.* tuetur quidem contra Pearsonium de eadem dubitantem Basnagius ad ann. 252. sect. vi. p. 366. *Annalium*; an vero feliciter, judicent alii. Et postquam hoc scripsi, nonnullos inveni viros doctos cum Pearsonio adhuc sentientes.

Denique cum veritatis tum S. Cornelii causâ verba Cypriani apponi debent una cum ceteris episcopis Africanis hoc olim statuentis, omnia integra reservanda esse, donec legati sui, alii itidem episcopi, pace restituta aut veritate comperta Româ redirent; is enim ad Cornelium postea hæc scribit: *Quod divinitus evenisse et consilium nostrum providenter processisse gaudemus. Sic enim nunc episcopatus tui et veritas pariter et dignitas apertissima luce et manifestissima et firmissima comprobatione fundata est, ut ex rescriptis collegarum nostrorum, qui ad nos literas inde fecerunt, et ex relatione ac testimoniis coepiscoporum Pompeii et Stephani et Caldonii ac Fortunati ordinationis tue et origo necessaria et ratio justa et gloriosa quoque innocentia ab omnibus nosceretur. Epist.* 45. seu 48. p. 59. Vid. et *Epist. ad Antonianum* pag. 68. Insuper, quid de Novatiano atque causa ejus senserit

magnus Dionysius Alex. ostenditur fragmento epistolæ, quam scripsit ad cognominem Romanum episcopum, apud Euseb. lib. vii. cap. 8. Νοουατιανῶ μὲν γὰρ εὐλόγως ἀπεχθανόμεθα, inquit ille, διακόψαντι τὴν ἐκκλησίαν, καὶ τινας τῶν ἀδελφῶν εἰς ἀσεβείας καὶ βλασφημίας ἐλκύσαντι, καὶ περὶ τοῦ Θεοῦ διδασκαλίαν ἀνοσιωτάτην ἐπεισκευκλήσαντι· καὶ τὸν χρηστότατον Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν ὡς ἀνηλεῆ συκοφαντοῦντι. Ita quoque allocutus est ipsum Novatianum idem vir sanctus, Διονύσιος Νοουατῶ (Ναυατιανῶ aliter legitur) τῷ ἀδελφῷ χαίρειν. Εἰ ἄκων ὡς φῆς ἡχθης, δείξεις ἐὰν ἀναχωρήσης ἐκῶν· ἔδει μὲν γὰρ καὶ πᾶν ὀτιοῦν παθεῖν, ὑπὲρ τοῦ μὴ διακόψαι τὴν ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ.—καὶ νῦν δὲ εἰ πείσαιο ἢ βιάσαιο τοὺς ἀδελφοὺς εἰς ὁμόνοιαν ἐλθεῖν, μείζον ἔσται σοι τοῦ σφάλματος τὸ κατόρθωμα. Euseb. vi. 45. Immo vero plurimis scriptis Novatianum a Dionysio convictum fuisse, id nunc discimus ex *Armenia Chronici Eusebiani Interpretatione*, p. 299. edit. Aucher. De Novatiano autem Cornelium criminante Pearsonius in opere supra commemorato, §. vii. hæc scribit; “Interim Novatianus contra ordinationem Cornelii aperte disputavit, eamque ut illegitimam publice traduxit et abrogare conatus est. Quod ut fecerit, multa Cornelio ipsi nefanda objecit, librumque acerbationibus criminosis plenum evulgavit, præcipue illi minime a quopiam communicandum esse docens, quod cum lapsis communionem haberet.” Suscepta est autem, ut obiter id moneam, Cornelii defensio contra criminationes Gotfredi Arnaldi in *Historia Novatianorum* a cl. Mentzio in *Disput.* Lipsiæ edita an. 1718.

P. 29. l. 7. litteras quas attulerant] A Fortunato missas, qui a schismaticis Cypriani loco episcopus Carthaginiensis constitutus fuerat. Ceterum Baluzius editioni suæ *Cypriani*, pag. 167. aliam quandam *Cornelii ad Cyprianum epistolam* una cum duabus *Cyprianicis* adjecit; ait vero, nolle se præstare has tres epistolas genuinas esse, putasse autem debere se illas edere, quia referantur in codicibus quibusdam veteribus S. Cypriani. Epistola autem quæ Cornelio supposita est, sermone vix Latino Cyprianum sugillat propter sententiam ejus de hæreticorum baptismo.


“ Manifestam fraudis et mendacii notam præ se ferens,” ut ait Prudentius Maranus in *Vit. S. Cypriani* editioni Baluzianæ præmissa, “ quippe cum hanc controversiam sub
“ Cornelio natam non fuisse, ac summam semper consen-
“ sionem Cornelium inter et Cyprianum intercessisse con-
“ stet.” p. 125. A Coustantio quoque in Appendice sua ad *Epistolas Rom. Pontif.* quæ adulterina scripta complectitur, eadem reposita est. Nonnulla interea opuscula de illis, quæ ad finem operum *S. Cypriani* collocari solent, scribi potuisse a Cornelio, sunt qui existiment. Vide Tillemont. *Mem.* tom. iii. ad fin. *S. Cornelii*, p. 208. edit. Bruxel.



CONCILIA

SUB S. CYPRIANO

CARTHAGINIENSIA.



CONCILIA
SUB S. CYPRIANO
CARTHAGINIENSIA.

CARTHAGINIENSE CONCILIUM SUB CYPRIANO
5 SECUNDUM,

ANNO POST CHRISTUM 252 HABITUM,

DE PACE LAPSIS DANDA.

*Synodica hæc Epistola ad Cornelium Romanum Episcopum,
inter Cypriani Epistolas est LIV. vel LVII. et p. 77. edit.*

10 *Benedictinæ extat.*

CYPRIANUS, Liberalis, Caldonius, Nicomedes, Cæci-
lius, Junius, Marrutius, Felix, Successus, Faustinus, For-
tunatus, Victor, Saturninus, alius Saturninus, Rogatianus,
Tertullus, Lucianus, Satius, Secundinus, alius Saturninus,
15 Eutyches, Amplus, alius Saturninus, Aurelius, Priscus,
Herculaneus, Victoricus, Quintus, Honoratus, Manthaneus,
Hortensianus, Verianus, Jambus, Donatus, Pomponius,
Polycarpus, Demetrius, alius Donatus, Privatianus, Fortu-
natus, Rogatus, et Munnulus Cornelio fratri salutem.
20 Statueramus quidem jam pridem, frater carissime, partici-
pato invicem nobiscum consilio, ut qui in persecutionis
infestatione supplantati ab adversario et lapsi fuissent, et
sacrificiis se illicitis maculassent, agerent diu pœnitentiam

plenam, et si periculum infirmitatis urgeret, pacem sub
ictu mortis acciperent. Nec enim fas erat aut permittebat
paterna pietas et divina clementia ecclesiam pulsantibus
claudi, et dolentibus ac deprecantibus spei salutaris subsi- 5
dium denegari, ut de sæculo recedentes sine communica-
tione et pace ad Dominum dimitterentur, quando permiserit
ipse qui legem dedit, ^cut ligata in terris etiam in cælis
ligata essent, solvi autem possent illic quæ hic prius in
ecclesia solverentur. Sed enim cum videamus diem rursus
alterius infestationis appropinquare cœpisse, et crebris 10
atque assiduis ostensionibus admoneamur ut ad certamen
quod nobis hostis indicit armati et parati simus, plebem
etiam nobis de divina dignatione commissam exhortationi-
bus nostris præparemus, et omnes omnino milites Christi
qui arma desiderant et prælium flagitant intra castra Domi- 15
nica colligamus, necessitate cogente censuimus eis qui de
ecclesia Domini non recesserunt, sed pœnitentiam agere
et lamentari ac Dominum deprecari a primo lapsus sui die
non destiterunt, pacem dandam esse, et eos ad prælium
quod imminet armari et instrui oportere. Obtemperan- 20
dum est namque ostensionibus atque admonitionibus justis,
ut a pastoribus oves in periculo non deserantur, sed grex
omnis in unum congregetur, et exercitus Domini ad cer-
tamen militiæ cælestis armetur. Merito enim trahebatur
dolentium pœnitentia tempore longiore ut infirmis in exitu 25
subveniretur quandiu quies et tranquillitas aderat, quæ
differre diu plangentium lacrymas et subvenire sero mori-
entibus in infirmitate pateretur. At vero nunc non
infirmis, sed fortibus, pax necessaria est, nec morientibus,
sed viventibus, communicatio a nobis danda est; ut quos 30
excitamus et hortamur ad prælium non inermes et nudos
relinquamus, sed protectione sanguinis et corporis Christi
muniamus; et cum ad hoc fiat eucharistia ut possit acci-

pientibus esse tutela, quos tutos esse contra adversarium
 volumus, munimento Dominicæ saturitatis armemus. Nam
 quomodo docemus aut provocamus eos in confessione
 nominis sanguinem suum fundere, si eis militaturis Christi
 5 sanguinem denegamus? Aut quomodo ad martyrii pocu-
 lum idoneos facimus, si non eos prius ad bibendum in
 ecclesia poculum Domini jure communicationis admitti-
 mus? Interesse debet, frater carissime, inter eos qui vel
 apostataverunt et ad sæculum cui renuntiaverant reversi
 10 gentiliter vivunt, vel ad hæreticos transfugæ facti, contra
 ecclesiam parricidalia quotidie arma suscipiunt, et inter
 eos qui ab ecclesiæ limine non recedentes et implorantes
 jugiter ac dolenter divina et paterna solatia, nunc se ad
 pugnam paratos esse et pro Domini sui nomine ac pro sua
 15 salute stare fortiter et pugnare profitentur. Hoc in tem-
 pore pacem nos non dormientibus sed vigilantibus damus,
 pacem non delitiis sed armis damus, pacem non ad quie-
 tem sed ad aciem damus. Si secundum quod eos audi-
 mus et optamus et credimus, fortiter steterint, et adversa-
 20 rium nobiscum in congressione prostraverint, non poenitet
 pacem concessisse tam fortibus, immo episcopatus nostri
 honor grandis et gloria est pacem dedisse martyribus, ut
 sacerdotes qui sacrificia Dei quotidie celebramus, hostias
 Deo et victimas præparemus. Si autem, quod Dominus
 25 avertat a fratribus nostris, aliquis lapsorum fefellerit, ut
 pacem subdole petat, et impendentis prælii tempore com-
 municationem non præliaturus accipiat, se ipsum fallit
 et decipit, qui aliud corde occultat, et aliud voce pro-
 nuntiat. Nos, in quantum nobis et videre et judicare
 30 conceditur, faciem singulorum videmus, cor scrutari et
 mentem perspicere non possumus. De his judicat ocul-
 torum scrutator et cognitor cito venturus et de arcanis
 cordis atque abditis judicaturus. Obesse autem mali
 bonis non debent, sed magis mali a bonis adjuvari. Nec
 35 ideo martyrium factoris pax neganda est quia sunt qui-

dam negaturi, cum propter hoc pax danda sit omnibus militaturis, ne per ignorantiam nostram ille incipiat præteriri qui habet in prælio coronari. Nec quisquam dicat, qui martyrium tollit, sanguine suo baptizatur, nec pax illi ab episcopo necessaria est habituro gloriæ suæ pacem 5 et accepturo majorem de Domini dignatione mercedem. Primo idoneus esse non potest ad martyrium qui ab ecclesia non armatur ad prælium, et mens deficit quam non recepta eucharistia erigit et accendit. Dominus enim in evangelio suo dicit: ^d *Cum autem vos tradiderint, nolite 10 cogitare quid loquamini. Dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. Non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis.* Quando autem dicat in traditis atque in confessione nominis constitutis spiritum patris loqui, quomodo potest ad confessionem 15 paratus aut idoneus inveniri qui non prius pace accepta receperit spiritum patris, qui corroborans servos suos ipse loquitur et confitetur in nobis? Tum deinde si relictis omnibus rebus suis fugerit, et in latebris atque in solitudine constitutus in latrones forte incurrerit, aut in febribus et in languore decesserit, nonne nobis imputabitur quod tam bonus miles, qui omnia sua dereliquit, et contempta domo et parentibus aut liberis sequi Dominum suum maluit, sine pace et sine communicatione decedit? Nonne nobis vel negligentia segnis vel duritia crudelis 25 adscribetur in die iudicii quod pastores creditas et commissas nobis oves nec curare in pace nec in acie voluerimus armare? Nonne ingeretur nobis a Domino quod per prophetam suum clamat et dicit: ^e *Ecce lac consumitis et lanis vos tegitis, et quod crassum est interficitis, et oves 30 meas non pascitis, quod infirmatum est non confortastis, et quod male habuit non corroborastis, et quod contribulatum est non consolidastis, et quod errabat non revocastis, et quod*

^d Matth. x. 19, 20.^e Ezech. xxxiv. 3—6. 10.

perit non inquisistis, et quod forte fuit confecistis labore, et dispersæ sunt oves meæ, eo quod non sunt pastores, et factæ sunt in comesturam omnibus bestiis agri; et non fuit qui inquireret, neque qui revocaret. Propterea hæc dicit Dominus:

5 *Ecce ego super pastores, et requiram oves meas de manibus eorum, et avertam eos ut non pascant oves meas, et jam non pascent eas, et extraham oves meas de ore eorum, et pascam eas cum iudicio.* Ne igitur ore nostro, quo pacem negamus, quo duritiam magis humanæ crudelitatis quam dulcedinem

10 *divinæ et paternæ pietatis opponimus, oves nobis commissæ a Domino reposcantur, placuit nobis, sancto spiritu suggerente, et Domino per visiones multas et manifestas admonente, quia hostis nobis imminere prænuntiatur et ostenditur, colligere intra castra milites Christi, et exami-*

15 *natis singulorum causis, pacem lapsis dare, immo pugnaturis arma suggerere. Quod credimus vobis quoque paternæ misericordiæ contemplatione placiturum. Quod si de collegis aliquis extiterit qui urgente certamine pacem fratribus et sororibus non putat dandam, reddet ille rati-*

20 *onem in die iudicii Domino vel importunæ censuræ vel inhumanæ duritiæ suæ. Nos quod fidei et caritati et sollicitudini congruebat, quæ erant in conscientia nostra protulimus, diem certaminis appropinquasse, hostem violentum cito contra nos exurgere, pugnam, non talem*

25 *qualis fuit, sed graviorem multo et acriorem venire; hoc nobis divinitus frequenter ostendi, de hoc nos providentia et misericordia Domini sæpius admoneri; de cuius ope et pietate qui in eum confidimus possumus esse securi, quia qui in pace militibus suis futuram prænuntiat pugnam,*

30 *dabit militantibus in congressione victoriam. Optamus te, frater carissime, semper bene valere.*

CARTHAGINIENSE CONCILIUM SUB CYPRIANO
TERTIUM,

ANNO POST CHRISTUM NATUM 253 HABITUM,

DE INFANTIBUS BAPTIZANDIS.

*Synodica hæc Epistola ad Fidum Episcopum inter Cypriani 5
Epistolas est LIX. vel LXIV. et pag. 97. edit. Benedictinæ
extat.*

Cyprianus et cæteri collegæ qui in concilio affuerunt numero LXVI. Fido fratri salutem. Legimus litteras tuas, frater carissime, quibus significasti de Victore quondam 10 presbytero, quod ei, antequam pœnitentiam plenam egisset, et Domino Deo, in quem deliquerat, satisfecisset, temere Therapius collega noster immaturo tempore et præpropera festinatione pacem dederit. Quæ res nos satis movit, recessum esse a decreti nostri auctoritate, ut ante 15 legitimum et plenum tempus satisfactionis, et sine petitu et conscientia plebis, nulla infirmitate urgente ac necessitate cogente, pax ei concederetur. Sed librato apud nos diu consilio, satis fuit objurgare Therapium collegam nostrum quod temere hoc fecerit et instruxisse ne quid tale 20 de cætero faciat. Pacem tamen quomodocunque a sacerdote Dei semel datam non putavimus auferendam, ac per (*for.* propter) hoc Victori communicationem sibi concessam usurpare permisimus. Quantum vero ad causam infantium pertinet, quos dixisti intra secundum vel tertium 25 diem quo nati sint constitutos baptizari non oportere, et considerandam esse ^flegem circumcisionis antiquæ, ut intra octavum diem eum qui natus est baptizandum et sanctificandum non putares, longe aliud in concilio nostro omnibus visum est. In hoc enim quod tu putabas esse 30 faciendum nemo consensit, sed universi potius judicavimus

^f Gen. xvii. 12.

nulli homini nato misericordiam Dei et gratiam denegandam. Nam cum Dominus in evangelio suo dicat, ^g *Filius hominis non venit animas hominum perdere, sed salvare*, quantum in nobis est, si fieri potest, nulla anima perdenda
 5 est. Quid enim ei deest qui semel in utero Dei manibus formatus est? Nobis enim atque oculis nostris secundum dierum sæcularium cursum accipere qui nati sunt incrementum videntur. Cæterum quæcunque a Deo fiunt, Dei factoris majestate et opere perfecta sunt. Esse denique
 10 apud omnes, sive infantes, sive majores natu, unam divini muneris æqualitatem declarat nobis divinæ scripturæ fides. ^h Helisæus super infantem viduæ filium qui mortuus jacebat ita se Deum deprecans superstravit ut capiti caput et faciei facies applicaretur, et superfusi Helisæi membra
 15 singulis parvuli membris et pedes pedibus jungerentur. Quæ res si secundum nativitatis nostræ et corporis inæqualitatem cogitetur, adulto et profecto infans non posset æquari, nec cohærere et sufficere possent parva membra majoribus. Sed illic æqualitas divina et spiritalis exprimitur, quod pares atque æquales sint omnes homines,
 20 quando a Deo semel facti sunt, et possit ætas nostra in incrementis corporis secundum sæculum, non secundum Deum, habere discrimen; nisi si et gratia ipsa, quæ baptismatis datur, pro ætate accipientium vel minor vel major
 25 tribuitur, cum spiritus sanctus non de mensura sed de pietate atque indulgentia paterna, æqualis omnibus præbeatur. ⁱ Nam Deus ut personam non accipit, sic nec ætatem, cum se omnibus ad cælestis gratiæ consecutionem æqualitate librata præbeat patrem. Nam et quod vesti-
 30 gium infantis in primis partus sui diebus constituti mundum non esse dixisti, quod unusquisque nostrum adhuc horreat exosculari, nec hoc putamus ad cælestem gratiam dandam impedimento esse oportere. Scriptum est enim :

^g Luc. ix. 56.

^h 4 Reg. iv. 34.

ⁱ Gal. ii. 6.

^k *Omnia munda sunt mundis.* Nec aliquis nostrum id debet horrere quod Deus dignatus est facere. Nam etsi adhuc infans a partu novus est, non ita est tamen ut quisquam illum in gratia danda atque in pace facienda horrere debeat osculari, quando in osculo infantis unusquisque nostrum pro sua religione ipsas adhuc recentes Dei manus debeat cogitare, quas in homine modo formato et recens nato quodam modo exoseulamur, quando id quod Deus fecit amplectimur. Nam quod in Judaica circumcissione carnali octavus dies observabatur, sacramentum est in umbra atque in imagine ante præmissum, sed veniente Christo veritate completum. Nam qui octavus dies, id est, post sabbatum primus, dies futurus erat quo Dominus resurgeret et nos vivificaret et circumcissionem nobis spiritalem daret, hic dies octavus, id est, post sabbatum primus et Dominicus, præcessit in imagine. Quæ imago cessavit superveniente postmodum veritate et data nobis spiritali circumcissione. Propter quod neminem putamus a gratia consequenda impediendum esse ea lege quæ jam statuta est, nec spiritalem circumcissionem impedi carnali circumcissione debere, sed omnem omnino hominem admittendum esse ad gratiam Christi, quando et Petrus in actis apostolorum loquatur et dicat: ^l *Dominus mihi dixit neminem hominem communem dicendum et immundum.* Cæterum si homines impedire aliquid ad consecutionem gratiæ posset, magis adultos et provectoros et majores natu possent impedire peccata graviora. Porro autem si etiam gravissimis delictoribus et in Deum multum ante peccantibus, cum postea crediderint, remissa peccatorum datur, et a baptismo atque a gratia nemo prohibetur, quanto magis prohiberi non debet infans, qui recens natus nihil peccavit, nisi quod secundum Adam carnaliter natus contagium mortis antiquæ prima nativitate contraxit, qui ad

^k Tit. i. 15.

^l Act. x. 28.

remissam peccatorum accipiendam hoc ipso facilius accedit quod illi remittuntur, non propria, sed aliena peccata. Et ideo, frater carissime, hæc fuit in concilio nostra sententia, a baptismo atque a gratia Dei, qui omnibus
 5 misericors et benignus et pius est, neminem per nos debere prohiberi. Quod cum circa universos observandum sit atque retinendum, tum magis circa infantes ipsos et recens natos observandum putamus, qui hoc ipso de ope nostra ac de divina misericordia plus merentur quod in
 10 primo statim nativitatis suæ ortu plorantes ac fientes nihil aliud faciunt quam deprecantur. Optamus te, frater carissime, semper bene valere.

CARTHAGINIENSE CONCILIUM SUB CYPRIANO
 QUARTUM,

15 ANNO POST CARISTUM NATUM 254 HABITUM,

DE BASILIDE ET MARTIALE HISPANIÆ EPISCOPIS
 LIBELLATICIS.

Synodica hæc Epistola ad Clerum et Plebes ad Legionem, et Asturicæ, et Emeritæ, consistentes, est inter Cypriani
 20 *Epistolas LXVIII. vel LXVII. et pag. 117. edit. Benedictinæ extat.*

Cyprianus, Cæcilius, Primus, Polycarpus, Nicomedes, Lucilianus, Successus, Sedatus, Fortunatus, Januarius, Secundinus, Pomponius, Honoratus, Victor, Aurelius,
 25 Satius, Petrus, alius Januarius, Saturninus, alius Aurelius, Venantius, Quietus, Rogatianus, Tenax, Felix, Faustus, Quintus, alius Saturninus, Lucius, Vincentius, Libosus, Geminius, Marcellus, Jambus, Adelphius, Victorius, et Paulus Felici presbytero et plebibus consistentibus ad
 30 Legionem et Asturicæ, item Lælio diacono et plebi Eme-

ritæ consistentibus fratribus in Domino salutem. Cum in unum convenissemus, legimus litteras vestras, fratres dilectissimi, quas ad nos per Felicem et Sabinum coëpiscopos nostros pro fidei vestræ integritate et pro Dei timore fecistis, significantes Basilidem et Martialem libellis idolatriæ commaculatos et nefandorum facinorum conscientia vinctos episcopatum gerere et sacerdotium Dei administrare non oportere; et desiderastis rescribi ad hæc vobis, et justam pariter ac necessariam sollicitudinem vestram vel solatio vel auxilio nostræ sententiæ sublevari. 10 Sed enim desiderio huic vestro non tam nostra consilia quam divina præcepta respondent, quibus jampridem mandatur voce cælesti, et Dei lege præscribitur quos et quales oporteat deservire altari et sacrificia divina celebrare. In Exodo namque ad Moysen Deus loquitur et 15 monet dicens: ^m*Sacerdotes qui accedunt ad Dominum Deum sanctificentur, ne forte derelinquat illos Dominus.* Et iterum: ⁿ*Et cum accedunt ministrare ad altare sancti, non adducent in se delictum, ne moriantur.* Item in Levitico præcipit Dominus et dicit: ^o*Homo in quo fuerit macula et 20 vitium non accedet offerre dona Deo.* Quæ cum prædicta et manifestata sint nobis, præceptis divinis necesse est obsequia nostra deserviant; nec personam in ejusmodi rebus accipere aut aliquid cuiquam largiri potest humana indulgentia ubi intercedit et legem tribuit divina præscriptio. 25 Neque enim immemores esse debemus quid ad Judæos per Esaïam prophetam locutus sit Dominus increpans et indignans quod, contemptis divinis præceptis, humanas doctrinas sequerentur. ^p*Populus iste, inquit, labiis suis honorificat me, cor vero eorum longe separatum est a me.* 30 *Sine causa autem colunt me, mandata et doctrinas hominum docentes.* Quod item Dominus in evangelio repetit et dicit: ^q*Rejicitis mandatum Dei ut traditionem vestram statuatis.*

^m Exod. xix. 22.

ⁿ Exod. xxviii. 43.

^o Levit. xxi. 17.

^p Esaï. xxix. 13.

^q Marc. vii. 13.

Quæ ante oculos habentes et sollicite ac religiose considerantes, in ordinationibus sacerdotum non nisi immaculatos et integros antistites eligere debemus, qui sancto et digne sacrificia Deo offerentes audiri in precibus possint quas faciunt pro plebis Dominicæ incolumitate, cum scriptum sit: ^r*Deus peccatorem non audit; sed si quis Deum coluerit et voluntatem ejus fecerit, illum audit.* Propter quod plena diligentia et exploratione sincera oportet eos ad sacerdotium Dei deligi quos a Deo constet audiri.

10 Nec sibi plebs blandiatur quasi immunis esse a contagio delicti possit cum sacerdote peccatore communicans et ad injustum atque illicitum præpositi sui episcopatum consensum suum commodans, quando per Osee prophetam comminetur et dicat censura divina, ^s*Sacrificia eorum tan-*

15 *quam panis luctus, omnes qui manducant ea contaminabuntur,* docens scilicet et ostendens omnes omnino ad peccatum constringi qui fuerint prophani et injusti sacerdotis sacrificio contaminati. ^tQuod item in Numeris manifestari invenimus, quando Chore et Dathan et Abiron contra

20 Aaron sacerdotem sacrificandi sibi licentiam vindicaverunt. Illic quoque per Moysen præcepit Dominus ut ab eis populus separetur, ne facinorosis conjunctus eodem facinore et ipse perstringatur. *Separamini, inquit, a tabernaculis horum hominum durissimorum, et nolite tangere*

25 *ea quæ ad eos pertinent, ne simul peccatis in peccato eorum.* Propter quod plebs obsequens præceptis Dominicis et Deum metuens a peccatore præposito separare se debet, nec se ad sacrilegi sacerdotis sacrificia miscere, quando ipsa maxime habeat potestatem vel eligendi dignos sacerdotes

30 vel indignos recusandi. Quod et ipsum videmus de divina auctoritate descendere, ut sacerdos plebe præsentem sub omnium oculis deligatur, et dignus atque idoneus publico iudicio ac testimonio comprobetur, sicut in Numeris Do-

^r Joan. ix. 31.^s Osee ix. 4.^t Num. xvi. 26.

minus Moysi præcepit dicens: ^t*Apprehende Aaron fratrem tuum et Eleazarum filium ejus, et impones eos in montem coram omni synagoga, et exue Aaron stolam ejus, et indue Eleazarum filium ejus, et Aaron appositus moriatur illic.* Coram omni synagoga jubet Deus constitui sacerdotem, id 5 est, instruit et ostendit ordinationes sacerdotales non nisi sub populi assistentis conscientia fieri oportere, ut plebe præsentem vel detegantur malorum crimina vel bonorum merita prædicentur, et sit ordinatio justa et legitima quæ omnium suffragio et judicio fuerit examinata. Quod postea 10 secundum divina magisteria observatur in actis apostolorum, quando de ordinando in locum Judæ apostolo Petrus ad plebem loquitur. ^u*Surrexit, inquit, Petrus in medio discentium, fuit autem turba in uno.* Nec hoc in episcoporum tantum et sacerdotum, sed et in diaconorum 15 ordinationibus observasse apostolos animadvertimus, de quo et ipso in actis eorum scriptum est: ^x*Et convocaverunt, inquit, illi duodecim totam plebem discipulorum, et dixerunt eis.* Quod utique idcirco tam diligenter et caute convocata plebe tota gerebatur, ne quis ad altaris ministerium vel ad 20 sacerdotalem locum indignus obreperet. Ordinari enim nonnunquam indignos non secundum Dei voluntatem, sed secundum humanam præsumptionem, et hæc Deo displicere quæ non veniant ex legitima et justa ordinatione, Deus ipse manifestat per Osee prophetam dicens: ^y*Sibi- 25 metipsis constituerunt regem, et non per me.* Propter quod diligenter de traditione divina et apostolica observatione servandum est et tenendum quod apud nos quoque et fere per provincias universas tenetur, ut ad ordinationes rite celebrandas ad eam plebem cui præpositus ordinatur, 30 episcopi ejusdem provinciæ proximi quique conveniant, et episcopus deligatur plebe præsentem, quæ singulorum vitam plenissime novit et uniuersusque actum de ejus con-

^t Num. xx. 25, 26.

^x Act. vi. 2.

^u Act. i. 15.

^y Osee viii. 4.

versatione perspexit. Quod et apud vos factum videmus
 in Sabini collegæ nostri ordinatione, ut de universæ fra-
 ternitatis suffragio et de episcoporum qui in præsentia
 convenerant, quique de eo ad vos litteras fecerant, iudicio
 5 episcopatus ei deferretur et manus ei in locum Basilidis
 imponeretur. Nec rescindere ordinationem jure perfec-
 tam potest quod Basilides post crimina sua detecta et
 conscientiam etiam propria confessione nudatam Romam
 pergens Stephanum collegam nostrum longe positum et
 10 gestæ rei ac veritatis ignarum fefellit, ut exambiret reponi
 se injuste in episcopatum de quo fuerat jure depositus.
 Hoc eo pertinet ut Basilidis non tam abolita sint quam
 cumulata delicta, ut ad superiora peccata ejus etiam falla-
 ciæ et circumventionis crimen accesserit. Neque enim
 15 tam culpandus est ille cui negligenter obreptum est quam
 hic execrandus qui fraudulentè obrepsit. Obrepere
 autem si hominibus Basilides potuit, Deo non potest, cum
 scriptum sit: ²*Deus non deridetur*. Sed nec Martiali
 potest profuisse fallacia quo minus ipse quoque delictis
 20 gravibus involutus episcopatum tenere non debeat, quando
 et apostolus moneat et dicat: ³*Episcopum oportet esse sine
 crimine, quasi Dei dispensatorem*. Quapropter cum, sicut
 scripsistis, fratres dilectissimi, et ut Felix et Sabinus col-
 legæ nostri asseverant, utque alius Felix de Cæsaraugusta
 25 fidei cultor ac defensor veritatis litteris suis significat, Ba-
 silides et Martialis nefando idololatriæ libello contaminati
 sint, Basilides adhuc insuper, præter libelli maculam, cum
 in infirmitate decumberet, in Deum blasphemaverit et se
 blasphemasse confessus sit, et episcopatum pro conscien-
 30 tiæ suæ vulnere sponte deponens ad agendam pœnitentiam
 conversus sit, Deum deprecans, et satis gratulans si sibi
 vel laïco communicare contingeret, Martialis quoque præ-
 ter gentilium turpia et lutulenta convivia in collegio diu

² Gal. vi. 7.³ Tit. i. 7.

frequentata et filios in eodem collegio exterarum gentium more apud prophana sepulchra depositos et alienigenis consepultos, actis etiam publice habitis apud procuratorem ducenarium obtemperasse se idololatriæ et Christum negasse contestatus sit, cumque alia multa sint et gravia 5 delicta quibus Basilides et Martialis implicati tenentur, frustra tales episcopatum sibi usurpare conantur, cum manifestum sit ejusmodi homines nec ecclesiæ Christi posse præesse nec Deo sacrificia offerre debere; maxime cum jampridem nobiscum et cum omnibus omnino episcopis 10 in toto mundo constitutis etiam Cornelius collega noster sacerdos pacificus ac justus, et martyrio quoque dignatione Domini honoratus, decreverit ejusmodi homines ad pœnitentiam quidem agendam posse admitti, ab ordinatione autem cleri atque sacerdotali honore prohiberi. Nec 15 vos moveat, fratres dilectissimi, si apud quosdam in novissimis temporibus aut lubrica fides nutat, aut Dei timor irreligiosus (*for.* in irreligiosis, Vid. notam) vacillat, aut pacifica concordia non perseverat. Prænuntiata sunt hæc futura in sæculi fine, et Domini voce atque apostolorum 20 contestatione prædictum est deficiente jam mundo, atque appropinquante antichristo, bona quæque deficere, mala vero et adversa proficere. Non sic tamen, quamvis novissimis temporibus, in ecclesia Dei aut evangelicus vigor cecidit, aut Christianæ virtutis aut fidei robur elanguit, ut 25 non supersit portio sacerdotum quæ minime ad has rerum ruinas et fidei naufragia succumbat, sed fortis et stabilis honorem divinæ majestatis et sacerdotalem dignitatem plena timoris observatione tueatur. Meminimus et teneamus, succumbentibus licet et cedentibus cæteris, ^aMatha- 30 thiam, legem Dei vindicasse fortiter, ^b Heliam, Judæis deficientibus atque a religione divina recedentibus, stetisse et certasse sublimer, ^c Daniele nec solitudine regionis

^a 1 Macc. ii. 19, 20.^b 3 Reg. xix. 10.^c Dan. vi. 10, 21, 22.

alienæ nec persecutionis assiduæ infestatione deterritum
 frequenter ac fortiter gloriosa dedisse martyria, ^dtres item
 pueros nec annis nec minis fractos contra ignes Babylonios
 fideliter obstitisse et victorem regem in ipsa sua captivitate
 5 vicisse. Viderit vel prævaricatorum numerus vel prodito-
 rum qui nunc in ecclesia contra ecclesiam surgere et fidem
 pariter ac veritatem labefactare cœperunt. Permanet
 apud plurimos sincera mens et religio integra, et non nisi
 Domino et Deo suo anima devota; nec christianam fidem
 10 aliena perfidia deprimit ad ruinam, sed magis excitat et
 exaltat ad gloriam, secundum quod beatus apostolus Paulus
 hortatur et dicit: ^e*Quid enim si exciderunt a fide quidam
 eorum, numquid infidelitas illorum fidem Dei evacuavit?
 Absit. Est enim Deus verax, omnis autem homo mendax.*
 15 Si autem omnis homo mendax est et solus Deus verax,
 quid aliud servi, et maxime sacerdotes Dei, facere debemus
 nisi ut humanos errores et mendacia relinquamus, et præ-
 cepta Dominica custodientes in Dei veritate maneamus?
 Quare etsi aliqui de collegis nostris extiterint, fratres
 20 dilectissimi, qui deificam disciplinam negligendam putant
 et cum Basilide et Martiale temere communicant, contur-
 bare fidem nostram res ista non debet, cum Spiritus
 sanctus in psalmis talibus comminetur dicens: ^f*Tu autem
 odisti disciplinam, et abjecisti sermones meos retro. Si videbas
 25 furem, concurrebas ei, et cum adulteris portionem tuam
 ponebas.* Consortes et participes ostendit eos alienorum
 delictorum fieri qui fuerint delinquentibus copulati. Sed et
 hoc idem Paulus apostolus scribit et dicit: ^g*Susurratores,
 detractores, abhorrentes Deo, injuriosi, superbi, jactantes sui,
 30 adinventores malorum, qui cum justitiam Dei cognovissent,
 non intellexerunt, quoniam qui talia agunt morte sunt digni,
 non tantum qui faciunt ea, sed et qui consentiunt eis qui hæc
 agunt. Quoniam qui talia, inquit, agunt, morte sunt digni,*

d Dan. iii. 18.

e Rom. iii. 3, 4.

f Psal. xlix. 17, 18.

g Rom. i. 30, 31, 32.

manifestat et comprobat morte dignos esse et ad pœnam venire, non tantum illos qui mala faciunt, sed etiam eos qui talia agentibus consentiunt, qui dum malis et peccatoribus et pœnitentiam non agentibus illicita communicatione miscentur, nocentium contactibus polluuntur, et dum 5 junguntur in culpa, sic nec in pœna separantur. Propter quod integritatis et fidei vestræ religiosam sollicitudinem, fratres dilectissimi, et laudamus pariter et probamus; et quantum possumus adhortamur litteris nostris, ne vos cum prophanis et maculatis sacerdotibus communicatione 10 sacrilega misceatis, sed integram et sinceram fidei vestræ firmitatem religioso timore servetis. Opto vos, fratres carissimi, semper bene valere.

CARTHAGINIENSE CONCILIUM SUB CYPRIANO
QUINTUM,

15

DE BAPTISMO PRIMUM,

ANNO POST CHRISTUM NATUM 255 HABITUM.

*Synodica hæc Epistola ad Januarium et ceteros Numidicæ
Episcopos, inter Cypriani Epistolas est LXX. et pag. 124.
edit. Benedictinæ extat.*

20

Cyprianus, Liberalis, Caldonius, Junius, Primus, Cæcilius, Polycarpus, Nicomedes, Felix, Marrutius, Successus, Lucianus, Honoratus, Fortunatus, Victor, Donatus, Lucius, Hereulanus, Pomponius, Demetrius, Quintus, Saturninus, Marcus, alius Saturninus, alius Donatus, Rogatianus, Sedatus, Tertullus, Hortensianus, item alius Saturninus, Sattius Januario, Saturnino, Maximo, Victori, alio Victori, Cassio, Proculo, Modiano, Cittino, Gargilio, Eutyrciano, alio Gargilio, alio Saturnino, Nemesiano, Nampulo, Antoniano, Rogatiano, Honorato fratribus 30

salutem. Cum simul in concilio essemus, fratres carissimi, legimus litteras vestras quas ad nos fecistis de iis qui apud hæreticos et schismaticos baptizati videntur, an ad ecclesiam catholicam, quæ una et vera est, venientes baptizari 5 debeant. De qua re quamquam et ipsi illic veritatem et firmitatem catholicæ regulæ teneatis, tamen quoniam consulendos nos pro communi dilectione existimastis, sententiam nostram non novam promimus, sed jampridem ab antecessoribus nostris statutam et a nobis observatam.

10 Vobiscum pari consensione conjungimus (*for.* conjungimur,) censesentes scilicet et pro certo tenentes neminem foris baptizari extra ecclesiam posse, cum sit baptisma unum in sancta ecclesia constitutum, et scriptum sit Domino dicente: ^h*Me dereliquerunt fontem aquæ vivæ, et effode-*

15 *runt sibi lacus detritos qui non possunt aquam portare; et iterum divina scriptura moneat et dicat: ⁱAb aqua aliena abstine te, et a fonte aquæ alienæ ne biberis.* Oportet ergo mundari et sanctificari aquam prius a sacerdote, ut possit baptismo suo peccata hominis qui baptizatur abluere; quia

20 per Ezechielem prophetam Dominus dicit: ^j*Et aspergam super vos aquam mundam, et mundabimini ab omnibus immunditiis vestris, et ab omnibus simulacris vestris emundabo vos, et dabo vobis cor novum, et spiritum novum dabo in vobis.* Quomodo autem mundare et sanctificare aquam

25 potest qui ipse immundus est et apud quem spiritus sanctus non est, cum Dominus dicat in Numeris: ^k*Et omnia quæcunque tetigerit immundus immunda erunt?* Aut quomodo baptizans dare alteri remissam peccatorum potest qui ipse sua peccata deponere extra ecclesiam non potest?

30 Sed et ipsa interrogatio quæ fit in baptismo testis est veritatis. Nam cum dicimus, *Credis in vitam aternam et remissionem peccatorum per sanctam ecclesiam?* intelligimus remissionem peccatorum non nisi in ecclesia dari,

^h Hier. ii. 13.

^j Ezech. xxxvi. 25, 26.

ⁱ Prov. ix. 18. sec. LXX.

^k Num. xix. 22.

apud hæreticos autem, ubi ecclesia non sit, non posse peccata dimitti. Itaque qui hæreticos baptizare posse asserunt, aut interrogationem mutant, aut vindicent veritatem, nisi si eis et ecclesiam tribuunt quos baptisma habere contendunt. Ungi quoque necesse est eum qui 5 baptizatus sit, ut accepto chrismate, id est, unctione, esse unctus Dei et habere in se gratiam Christi possit. Porro autem eucharistia, et unde baptizati unguuntur oleum in altari sanctificatur. Sanctificare autem non potuit olei creaturam qui nec altare habuit nec ecclesiam. Unde nec 10 unctio spiritalis apud hæreticos potest esse, quando constet oleum sanctificari et eucharistiam fieri apud illos omnino non posse. Scire autem et meminisse debemus scriptum esse: ¹ *Oleum peccatoris non ungat caput meum.* quod ante in Psalmis præmonuit Spiritus sanctus, ne quis 15 exorbitans et a via veritatis exerrans apud hæreticos et Christi adversarios ungeretur. Sed et pro baptizato quam precem facere potest sacerdos sacrilegus et peccator, cum scriptum sit: ^m *Deus peccatorem non audit; sed qui Deum coluerit, et voluntatem ejus fecerit, illum audit?* Quis au- 20 tem potest dare quod ipse non habeat, aut quomodo potest spiritalia agere qui ipse amiserit spiritum sanctum? Et ideirco baptizandus est et innovandus qui ad ecclesiam rudis venit, ut intus per sanctos sanctificetur, quia scriptum est: ⁿ *Sancti estote, quia et ego sanctus sum, dicit* 25 *Dominus:* ut qui in errorem seductus est et foris tinctus in baptismo vero et ecclesiastico etiam hoc ipsum doponat, quod homo ad Deum veniens, dum sacerdotem quærit, in sacrilegum fraude erroris incurrit. Cæterum probare est hæreticorum et schismaticorum baptisma, consentire in id 30 quod illi baptizaverint. Neque enim potest pars illic inanis esse et pars prævalere. Si baptizare potuit, potuit et spiritum sanctum dare. Si autem spiritum sanctum dare

1 Psal. cxl. 6.

m Joan. ix. 31.

n Levit. xix. 2. et. xx. 26.

non potest, quia foris constitutus cum sancto spiritu non est, nec baptizare venientem potest, quando et baptismum unum sit, et Spiritus sanctus unus, et una ecclesia a Christo Domino super Petrum origine unitatis et ratione fundata.

5 Ita fit ut cum omnia apud illos inania et falsa sint, nihil eorum quæ illi gesserint probari a nobis debeat. Quid enim potest ratum et firmum esse apud Deum quod illi faciunt, quos Dominus hostes et adversarios suos dicit in evangelio suo ponens: *°Qui non est mecum adversum me est;*

10 *et qui non mecum colligit, spargit?* Et beatus quoque apostolus Joannes mandata Domini et præcepta custodiens in epistola sua posuerit (*for. posuit*) dicens: *¶Audistis quia antichristus venit. Nunc autem antichristi multi facti sunt. Unde cognoscimus quia novissima hora est. Ex nobis exie-*

15 *runt, sed non fuerunt ex nobis. Si enim fuissent ex nobis, mansissent utique nobiscum.* Unde nos quoque colligere et considerare debemus an qui adversarii sunt Domini, et appellati sunt antichristi, possint dare gratiam Christi. Quare qui cum Domino sumus, et unitatem Domini tene-

20 *mus et secundum ejus dignationem sacerdotium ejus in ecclesia administramus, quæcunque adversarii ejus et antichristi faciunt repudiare et rejicere et pro prophanis habere debemus, et eis qui de errore et pravitate venientes agnoscent unius ecclesiæ veram fidem, dare illis per omnia*

25 *divinæ gratiæ sacramenta et unitatis et fidei veritatem. Optamus vos, fratres carissimi, semper bene valere.*

° Luc. xi. 23.

¶ 1 Joan. ii. 18, 19.

CARTHAGINIENSE CONCILIUM SUB CYPRIANO
SEXTUM.

EX AFRICA PROVINCIA ET NUMIDIA,

QUOD DE BAPTISMO SECUNDUM EST,

ANNOQUE POST CHRISTUM NATUM 256 HABITUM.

5

Synodica hæc epistola ad Stephanum Urbis Romæ Episcopum, apud Cyprianum est LXXII. et pag. 128. edit. Benedictinæ extat.

Cyprianus et cæteri Stephano fratri salutem. Ad quædam disponenda et consilii communis examinatione limanda 10
necesse habuimus, frater carissime, convenientibus in unum pluribus sacerdotibus cogere et celebrare concilium; in quo multa quidem prolata atque transacta sunt. Sed de eo vel maxime tibi scribendum et cum tua gravitate ac sapientia conferendum fuit quod magis pertineat et ad 15
sacerdotalem auctoritatem et ad ecclesiæ catholicæ unitatem pariter ac dignitatem de divinæ dispositionis ordinatione venientem, eos qui sint foris extra ecclesiam tincti et apud hæreticos et schismaticos prophanæ aquæ labe maculati, quando ad nos atque ad ecclesiam, quæ una 20
est, venerint, baptizari oportere, eo quod parum sit eis manum imponere ad accipiendum spiritum sanctum, nisi accipiant et ecclesiæ baptismum. Tunc enim demum plene sanctificari et esse filii Dei possunt, si sacramento utroque nascantur, cum scriptum sit: ¹*Nisi quis renatus* 25
fuerit ex aqua et spiritu, non potest introire in regnum Dei. Invenimus enim etiam in ractis apostolorum hoc esse ab apostolis custoditum et salutaris fidei veritate servatum, ut cum in domo Cornelii centurionis super ethnicos qui illie aderant fidei calore ferventes et in Dominum toto 30

¹ Joan. iii. 5.

r Act. x. 48.

corde credentes descendisset Spiritus sanctus, quo adimpleti variis linguis Deum benedicerent, nihilominus tamen beatum apostolum Petrum divini præcepti atque evangelii memorem præcepisse ut baptizarentur iidem illi qui jam
 5 fuerant sancto spiritu pleni, ut nihil prætermissum videretur quo minus per omnia divini præcepti atque evangelii legem apostolica magisteria servarent. Baptismum autem non esse quo hæretici utuntur, nec quemquam apud eos qui Christo adversantur per gratiam Christi posse proficere
 10 diligenter nuper expressum est in epistola quæ ad Quintum collegam nostrum in Mauritania constitutum super ea re scripta est, item in litteris quas collegæ nostri ad coëpiscopos in Numidia præsidentes ante fecerunt; cujus utriusque epistolæ exempla subdimus hic. Addimus plane
 15 et adjungimus, frater carissime, consensu et auctoritate communi, ut etiam si qui presbyteri aut diaconi, qui vel in ecclesia catholica prius ordinati fuerint, et postmodum perfidi ac rebelles contra ecclesiam steterint, vel apud hæreticos a pseudoëpiscopis et antichristis contra Christi
 20 dispositionem prophana ordinatione promoti sint, et contra altare unum atque divinum sacrificia foris falsa ac sacrilega offerre conati sint, eos quoque hac conditione suscipi cum revertuntur ut communicent laïci, et satis habeant quod admittuntur ad pacem qui hostes pacis extiterint, nec
 25 debere eos revertentes ea apud nos ordinationis et honoris arma retinere quibus contra nos rebellaverint. Oportet enim sacerdotes et ministros qui altari et sacrificiis deserviunt integros atque immaculatos esse, cum Dominus Deus in Levitico loquatur et dicat: ^s*Homo in quo fuerit macula*
 30 *et vitium non accedet offerre dona Deo*; item in Exodo hæc eadem præcipiat et dicat: ^t*Et sacerdotes qui accedunt ad Dominum Deum sanctificentur, ne forte derelinquat illos Dominus.* Et iterum: ^u*Et cum accedunt ministrare ad*

^s Levit. xxi. 21.^t Exod. xix. 22.^u Exod. xxviii. 43.

altare sancti, non adducent in se delictum, ne moriantur.
Quod autem majus potest esse delictum, aut quæ macula deformior quam adversus Christum stetisse, quam ecclesiam ejus, quam ille sanguine suo paravit et condidit, dissipasse, quam evangelicæ pacis ac dilectionis oblitum contra unani- 5 mem et concordem Dei populum hostilis discordiæ furore pugnas- se? Qui, etsi ipsi postmodum ad ecclesiam redeunt, restituere tamen eos et secum revocare non possunt qui ab eis seducti et foris morte præventi extra ecclesiam sine communicatione et pace perierunt; quorum animæ in die 10 judicii de ipsorum manibus expetentur qui perditionis auctores et duces extiterunt. Et ideo satis est talibus revertentibus veniam dari. Non tamen debet in domo fidei perfidia promoveri. Nam quid bonis et innocentibus atque ab ecclesia non recedentibus reservamus, si eos qui 15 a nobis recesserint et contra ecclesiam steterint honoramus? Hæc ad conscientiam tuam, frater carissime, et pro honore communi et pro simplici dilectione pertulimus, credentes etiam tibi pro religionis tuæ et fidei veritate placere quæ et religiosa pariter et vera sunt. Cæterum 20 scimus quosdam quod semel imbiberint nolle deponere nec propositum suum facile mutare, sed salvo inter collegas pacis et concordie vinculo quædam propria quæ apud se semel sint usurpata retinere. Qua in re nec nos vim cuiquam facimus aut legem damus, quando habeat in 25 ecclesiæ administratione voluntatis suæ arbitrium liberum unusquisque præpositus, rationem actus sui Domino redditurus. Optamus te, frater carissime, semper bene valere.

CARTHAGINIENSE CONCILIUM SUB CYPRIANO
SEPTIMUM,

EX TRIBUS AFRICÆ PROVINCIIS,

QUOD DE BAPTISMO TERTIUM EST,

5 ANNOQUE POST CHRISTUM NATUM 256 HABITUM.

*Sententiæ Episcoporum LXXXVII. de Hæreticis
Baptizandis.*

Cum in unum Carthagini convenissent Kalendis Sep-
tembris episcopi plurimi ex provincia Africa, Numidia,
10 Mauritania, cum presbyteris et diaconibus, præsentem
etiam plebis maxima parte, et lectæ essent litteræ Jubaiani ad Cyprianum factæ, item Cypriani ad Jubaianum
rescriptæ, de hæreticis baptizandis, quidque postmodum
Cypriano Jubaianus idem rescripserit, Cyprianus dixit:
15 Audistis, collegæ dilectissimi, quid mihi Jubaianus coëpiscopus noster scripserit consulens mediocritatem nos-
tram de illicito et prophano hæreticorum baptismo, et
quid ego ei rescripserim, censens scilicet, quod semel
atque iterum et sæpe censuimus, hæreticos ad ecclesiam
20 venientes ecclesiæ baptismo baptizari et sanctificari oportere. Item lectæ sunt vobis et aliæ Jubaiani litteræ,
quibus pro sua sincera et religiosa devotione ad epistolam
nostram rescribens, non tantum consensit, sed etiam in-
structum se esse confessus gratias egit. Superest ut de
25 hac ipsa re singuli quid sentiamus proferamus, neminem
judicantes, aut a jure communicationis aliquem, si diver-
sum senserit, amoventes. Neque enim quisquam nos-
trum episcopum se episcoporum constituit, aut tyrannico
terrore ad obsequendi necessitatem collegas suos adigit,
30 quando habeat omnis episcopus pro licentia libertatis et
potestatis suæ arbitrium proprium, tamque judicari ab

alio non possit quam nec ipse potest alterum judicare. Sed expectemus universi iudicium Domini nostri Jesu Christi, qui unus et solus habet potestatem et præponendi nos in ecclesiæ suæ gubernatione, et de actu nostro iudicandi.

5

I. Cæcilius a Bilita dixit. Ego unum baptisma in ecclesia solum scio, et extra ecclesiam nullum. Hic erit unum ubi spes vera est et fides certa. Sic enim scriptum est: ^x *Una fides, una spes, unum baptisma*, non apud hæreticos, ubi spes nulla est et fides falsa, ubi omnia per mendacium geruntur, ubi exorcizat dæmoniacus, sacramentum interrogat, cujus os et verba cancer emittunt, fidem dat infidelis, veniam delictorum tribuit sceleratus, et in nomine Christi tingit antichristus, benedicit a Deo maledictus, vitam pollicetur mortuus, pacem dat impacificus, 15 Deum invocat blasphemus, sacerdotium administrat prophanus, ponit altare sacrilegus. Ad hæc omnia accedit et illud malum, ut antistites diaboli audeant eucharistiam facere. Aut qui illis assistunt dicant hæc omnia falsa esse de hæreticis. Ecce ad qualia cogitur ecclesia consentire, et sine baptismo ac venia delictorum communicare compellitur! Quam rem, fratres, fugere ac vitare debemus et a tanto scelere nos separare, et unum baptisma tenere, quod soli ecclesiæ a Domino concessum est.

II. Primus a Migiripa dixit. Censeo omnem hominem 25 ab hæresi venientem baptizandum. Frustra enim illic putat se esse baptizatum, cum non sit baptisma nisi in ecclesia unum et verum: quia et Deus unus, et fides una, et ecclesia una est, in qua stat unum baptisma et sanctitas et cætera. Nam quæ foris exercentur nullum habent 30 salutis effectum.

III. Polycarpus ab Adrumeto dixit. Qui hæreticorum baptisma probant nostrum evacuant.

^x Ephes. iv. 5.

IV. Novatus a Thamugade dixit. Licet sciamus omnes scripturas sibi testimonium reddere de salutari baptismo, debemus tamen fidem nostram exprimere, hæreticos et schismaticos ad ecclesiam venientes, qui pseudobaptizati
5 videntur, debere eos in fonte perenni baptizari, et ideo secundum testimonium scripturarum et secundum decretum collegarum nostrorum sanctissimæ memoriæ virorum omnes schismaticos et hæreticos qui ad ecclesiam conversi sunt baptizari, sed et eos qui ordinati videbantur, inter
10 laicos recipi.

V. Nemesianus a Thubunis dixit. Baptisma quod dant hæretici et schismatici non esse verum ubique in scripturis sanctis declaratum est: quoniam ipsi præpositi eorum falsi Christi sunt et falsi prophetæ, dicente Domino per
15 Salomonem: *¶ Qui fidens est in falsis, hic pascit ventos, idem autem ipse sequitur aves volantes. Deserit enim vias vineæ suæ, a semitis vero agelli sui erravit. Ingressitur autem per avia loca atque arida et terram destinatam in sitim, contrahit autem manibus infructuosa.* Et iterum:
20 *Ab aqua aliena abstine te, et de fonte extraneo ne biberis, ut longum vivas tempus, adjiciantur etiam tibi anni vitæ.* Et in evangelio divina sua voce Dominus noster Jesus Christus locutus est dicens: *² Nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu non potest introire in regnum Dei.* Hic est
25 spiritus qui ab initio ferebatur super aquas. Neque enim spiritus sine aqua operari potest, neque aqua sine spiritu. Male ergo sibi quidam interpretantur ut dicant quod per manus impositionem spiritum sanctum accipiant et sic recipiantur, cum manifestum sit utroque sacramento debere
30 eos renasci in ecclesia catholica. Tunc quippe poterunt filii Dei esse, dicente apostolo: *³ Curantes servare unitatem spiritus in conjunctione pacis, unum corpus, et unus spiritus, sicut vocati estis in una spe vocationis vestræ, unus*

¶ Prov. ix. 12, 18. sec. LXX.

² Joan. iii. 5.

³ Ephes. iv. 3, 4.

Dominus, una fides, unum baptisma, unus Deus. Hæc omnia ecclesia catholica loquitur. Et iterum in evangelio dicit Dominus: ^b *Quod natum est de carne caro est, et quod natum est de spiritu spiritus est; quia Deus spiritus est, et de Deo natus est.* Ergo omnes hæretici et schismatici ⁵ omnia quæcunque faciunt carnalia sunt, dicente apostolo: ^c *Manifesta enim sunt opera carnis, quæ sunt, fornicationes, immunditiæ, incestum, idololatriæ servitus, veneficia, inimicitia, certamina, zelus, ira, divisiones, hæreses, et his similia; de quibus prædixi vobis, sicut prædico, quoniam quicumque ¹⁰ hæc faciunt regnum Dei non hereditabunt.* Condemnat itaque apostolus cum omnibus malis et eos qui divisionem faciunt, hoc est schismaticos et hæreticos. Nisi ergo acceperint baptisma salutare in ecclesia catholica, quæ una est, salvi esse non possunt, sed cum carnalibus in iudicio ¹⁵ Domini Christi damnabuntur.

VI. Januarius a Lambese dixit. Secundum scripturarum sanctarum auctoritatem decerno hæreticos omnes baptizandos, et sic in ecclesiam sanctam admittendos.

VII. Lucius a Castro Galbæ dixit. Cum Dominus in ²⁰ evangelio suo dixerit, ^d *Vos estis sal terræ, si autem sal infatuatum fuerit, in quo salietur? ex eo ad nihilum valebit nisi ut projiciatur foras et conculcetur ab hominibus,* et iterum post resurrectionem suam mittens apostolos suos mandaverit dicens, ^e *Data est mihi omnis potestas in cælo ²⁵ et in terra. Ite, et docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti.* Cum ergo manifestum sit hæreticos, id est hostes Christi, non integram sacramenti confessionem habere, item schismaticos non posse condire sapientia spiritali, cum ipsi ab ecclesia, ³⁰ quæ una est, recedendo infatuati et contrarii facti sint, fiat sicut scriptum est, ^f *Domus contrariorum legis debent emundationem;* et consequens est eos qui a contrariis

^b Joan. iii. 6.^c Gal. v. 19, 20, 21.^d Matth. v. 13.^e Matth. xxviii. 18, 19.^f Prov. xiv. 9.

baptizati inquinati sunt, primo purgari et tunc demum baptizari.

VIII. Crescens a Cirta dixit. In tanto cœtu sanctissimorum consacerdotum lectis litteris Cypriani dilectissimi
 5 nostri ad Jubaianum, itemque ad Stephanum, quæ tantum in se sanctorum testimoniorum descendantium ex scripturis deificis continent ut merito omnes per Dei gratiam adunati consentire debeamus, censeo ego omnes hæreticos et schismaticos, qui ad catholicam ecclesiam voluerint venire,
 10 non ante ingredi nisi exorcizati et baptizati prius fuerint, exceptis his sane qui in ecclesia catholica fuerint ante baptizati, ita tamen ut per manus impositionem in pœnitentiam ecclesiæ reconcilientur.

IX. Nicomedes a Segermis dixit. Mea sententia hæc
 15 est, ut hæretici ad ecclesiam venientes baptizentur, eo quod nullam foris apud peccatores remissionem peccatorum consequantur.

X. Munnulus a Girba dixit. Ecclesiæ catholicæ matris nostræ veritas semper apud nos, fratres, et mansit et
 20 manet, et vel maxime in baptismatis trinitate, Domino nostro dicente: *†Ite et baptizate gentes in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti.* Cum ergo manifeste sciamus hæreticos non habere nec Patrem nec Filium nec Spiritum sanctum, debent venientes ad ecclesiam matrem nostram
 25 vere renasci et baptizari, ut cancer quod habebant et damnationis ira et erroris offectura per sanctum et cæleste lavacrum sanctificetur.

XI. Secundinus a Ceditas dixit. Cum Dominus noster Christus dicat, *‡Qui non est mecum adversus me est,* et
 30 *h* Joannes apostolus eos qui ab ecclesia exeunt antichristos dicat, indubitanter hostes Christi, quique antichristi nominati sunt, gratiam baptismi salutaris ministrare non possunt. Et ideo censeo eos qui de insidiis hæreticorum

† Matth. xviii. 19.

‡ Matth. xii. 30.

h 1 Joan. ii. 18, 19.

confugiunt ad ecclesiam baptizandos esse a nobis, ⁱ qui amici appellati sumus Dei de ejus dignatione.

XII. Felix a Bagai dixit. ^j Sicut cœcus cœcum ducens simul in foveam cadunt, ita hæreticus hæreticum baptizans simul in mortem cadunt. Et ideo hæreticus baptizandus ⁵ est et vivificandus, ne nos vivi mortuis communicemus.

XIII. Polianus a Mileo dixit. Justum est hæreticum baptizari in ecclesia sancta.

XIV. Theogenes ab Hippone regio dixit. Secundum sacramentum Dei gratiæ cœlestis, quod accepimus, unum ¹⁰ baptisma quod est in ecclesia sancta credimus.

XV. Dativus a Badis dixit. Nos quantum in nobis est hæreticis non communicamus, nisi baptizati in ecclesia fuerint, et remissionem peccatorum acceperint.

XVI. Successus ab Abbir Germanicana dixit. Hære- ¹⁵ ticus aut nihil licet aut totum licet. Si possunt baptizare, possunt dare et spiritum sanctum. Si autem spiritum sanctum dare non possunt, quia non habent spiritum sanctum, nec baptizare spiritaliter possunt. Propterea cen- ²⁰ semus hæreticos baptizandos esse.

XVII. Fortunatus a Tuchabori dixit. Jesus Christus Dominus et Deus noster Dei patris et creatoris filius ^k super petram ædificavit ecclesiam suam, non super hære- sim, et potestatem baptizandi episcopis dedit, non hære- ticis. Quare qui extra ecclesiam sunt, et contra Christum ²⁵ stantes oves ejus et gregem spargunt, baptizare foris non possunt.

XVIII. Sedatus a Tuburbo dixit. In quantum aqua sacerdotis prece in ecclesia sanctificata abluit delicta, in tantum hæretico sermone velut cancro infecta cumulat ³⁰ peccata. Quare omnibus pacificis quidem viribus nitendum est ne quis hæretico errore infectus et tinctus singulare et verum ecclesiæ baptismum detrectet accipere; quo quis- quis non fuerit baptizatus regno cœlorum fiet alienus.

ⁱ Joan. xv. 15.

^j Matth. xv. 14.

^k Matth. xvi. 18.

XIX. Privatianus a Sufetula dixit. Qui hæreticos potestatem baptizandi habere dicit, dicat prius quis hæresim condiderit. Si enim hæresis a Deo est, habere et indulgentiam divinam potest. Si vero a Deo non est, 5 quomodo gratiam Dei aut habere aut conferre alicui potest?

XX. Privatus a Sufibus dixit. Qui hæreticorum baptismum probat, quid aliud quam hæreticis communicat?

XXI. Hortensianus a Laribus dixit. Quot sint baptis-
10 tismi viderint aut præsumptores aut fautores hæreticorum. Nos unum baptisma, quod non nisi in ecclesia novimus, ecclesiæ vindicamus. Aut quomodo possunt in nomine Christi aliquem baptizare quos ipse Christus dicit adversarios suos esse?

15 XXII. Cassius a Macomadibus dixit. Cum baptis-
mata duo esse non possint, qui hæreticis baptisma concedit sibi tollit. Censeo itaque febiles et tabidos hæreticos baptizandos esse cum ad ecclesiam venire cœperint, et
20 sacra et divina lavatione lotos, et lumine vitæ illuminatos, non hostes, sed pacificos, non alienos, sed fidei Domini domesticos, non adulteros, sed Dei filios, non erroris sed salutis, effectos, in ecclesiam recipi, absque his qui de ecclesia fideles supplantati ad hæresis tenebras transierant, sed eos per manus impositionem restituendos.

25 XXIII. Alius Januarius a Vico Cæsaris dixit. Si non obtemperat error veritati, multo magis veritas non consentit errori. Et ideo nos ecclesiæ adistimus, in qua præsidemus, ut baptismum ejus ipsi soli vindicantes, eos quos ecclesia non baptizavit baptizemus.

30 XXIV. Alius Secundinus a Carpis dixit. Hæretici christiani sunt, an non? Si christiani sunt, cur in ecclesia Dei non sunt? Si christiani non sunt, fiant? Aut quo pertinebit sermo Domini dicentis: ¹ *Qui non est mecum,*

¹ Matt. xii. 30.

adversus me est, et qui non mecum colligit spargit. Unde constat super filios alienos et soboles antichristi spiritum sanctum per manus impositionem tantummodo non posse descendere, cum manifestum sit hæreticos baptisma non habere. 5

XXV. Victoricus a Thabraca dixit. Si licet hæreticis baptizare et remissam peccatorum dare, quid illos infamamus et hæreticos appellamus?

XXVI. Alius Felix ab Uthina dixit. Nemini dubium est, sanctissimi consacerdotes, non tantum posse humanam 10 præsumptionem quantum Domini nostri Jesu Christi adorandam et venerabilem majestatem. Memores ergo periculi, hoc quoque non tantum observare debemus, verum etiam ab omnibus nobis confirmari oportet ut omnes hæretici qui ad sinum matris ecclesiæ accurrunt baptizen- 15 tur, ut mens hæretica, quæ diuturna tabe polluta est, sanctificatione lavacri purgata in melius reformetur.

XXVII. Quietus a Baruch dixit. Qui fide vivimus, obsequi iis quæ instruendis nobis ante prædicta sunt cre- 20 dula observatione debemus. Nam scriptum est apud Salomonem: ^m *Qui baptizatur a mortuo, quid proficit lavatio ejus?* Quod utique de his qui ab hæreticis tinguntur et de tingentibus loquitur. Si enim qui apud illos baptizantur per remissionem peccatorum vitam æternam consequuntur, cur ad ecclesiam veniunt? Si vero a mortuo salutis nihil 25 accipitur, ac propterea agnito errore pristino ad veritatem cum poenitentia revertuntur, uno vitali baptisinate, quod in ecclesia catholica est, sanctificari debebunt.

XXVIII. Castus a Sicca dixit. Qui contempta veritate præsumit consuetudinem sequi, aut circa fratres invidus 30 est et malignus, quibus veritas revelatur, aut circa (*for.* aut certe circa) Deum ingratus est, cujus inspiratione ecclesia ejus instruitur.

^m Ecclus. xxxiv. 25.

XXIX. Euchratius a Thenis dixit. Fidem nostram et baptismatis gratiam et legis ecclesiasticæ regulam Deus et Dominus noster Jesus Christus suo ore apostolos docens perimplevit dicens: ⁿ *Ite, et docete omnes gentes, baptizantes* 5 *eos in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti.* Falsum ergo hæreticorum baptismata et iniquum a nobis pellendum est et omni detestatione refutandum, de quorum ore virus, non vita, nec gratia cælestis, sed blasphemia Trinitatis exprimitur. Et ideo venientes ad ecclesiam hæreticos 10 integro et catholico baptismo baptizari debere manifestum est, ut a blasphemia suæ præsumptionis purificati possint Spiritus sancti gratia reformari.

XXX. Libosus a Vaga dixit. In evangelio Dominus, ^o *Ego sum, inquit, veritas.* Non dixit, Ego sum consuetudo. 15 Itaque veritate manifestata cedat consuetudo veritati, ut etsi in præteritum quis in ecclesia hæreticos non baptizabat nunc baptizare incipiat.

XXXI. Lucius a Thebeste dixit. Hæreticos blasphemos atque iniquos verbis vanis decerpentes sancta et adorabilia 20 scripturarum verba execrandos censeo, et ideo exorcizandos et baptizandos esse.

XXXII. Eugenius ab Ammedera dixit. Et ego hoc idem censeo, hæreticos baptizandos esse.

XXXIII. Item alius Felix a Bamaccura dixit. Et ego 25 ipse secutus divinarum scripturarum auctoritatem baptizandos hæreticos esse censeo, sed et eos qui apud schismaticos baptizatos se esse contendunt. Si enim secundum cautum Christi privatus fons noster est, intelligant cuncti ecclesiæ nostræ adversarii quia alienus esse non potest, nec 30 duobus populis salutarem aquam tribuere potest ille qui unius gregis pastor est. Et ideo manifestum est nec hæreticos nec schismaticos aliquid cæleste posse suscipere, qui a peccatoribus hominibus et ab ecclesia extraneis audeant

ⁿ Matt. xxviii, 19.^o Joan. xiv. 6.

accipere. Quando danti (*for.* danti dandi) locus non est, utique nec accipienti prodest.

XXXIV. Item alius Januarius Muzulensis dixit. Miror quod cum omnes confiteantur unum esse baptismum, non omnes intelligant ejusdem baptismatis unitatem. Ecclesia 5 enim et hæresis duæ et diversæ res sunt. Si hæretici habent baptismum, nos non habemus. Si autem nos habemus, hæretici habere non possunt. Dubium autem non est ecclesiam solam baptismum Christi possidere, quæ sola possideat et gratiam Christi et veritatem. 10

XXXV. Adelphius a Thasvalte dixit. Sine causa quidam falso et invidioso verbo impugnant veritatem ut rebaptizare nos dicant, quando ecclesia hæreticos non rebaptizet, sed baptizet.

XXXVI. Demetrius a Leptiminus dixit. Unum bap- 15 tisma nos custodimus, quia ecclesiæ catholicæ soli rem suam vindicamus. Qui autem dicunt quia hæretici vere et legitime baptizant, ipsi sunt qui non unum sed multa baptismata faciunt. Nam cum hæreses multæ sint, pro earum numero et baptismata computabuntur. 20

XXXVII. Vincentius a Thibari dixit. Hæreticos scimus esse pejores quam ethnicos. Si ergo conversi ad Dominum venire voluerint, habemus utique regulam veritatis, quam Dominus præcepto divino mandavit apostolis dicens: *p* *Ite, in nomine meo manum imponite, dæmonia ex-* 25 *pellite.* Et alio loco: *q* *Ite, et docete gentes, baptizantes eos in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti.* Ergo primo per manus impositionem in exorcismo, secundo per baptismi regenerationem, tunc possunt ad Christi pollicitationem venire. Alias autem fieri censeo non debere. 30

XXXVIII. Marcus a Maetari dixit. Mirandum non est si hæretici hostes atque impugnatores veritatis rem sibi vindicant potestatis et dignationis alienæ. Illud mirandum

est quod quidam nostri prævaricatores veritatis hæreticis suffragantur et christianis adversantur. Propterea decernimus hæreticos baptizandos esse.

XXXIX. Sattius a Sicilibba dixit. Si hæreticis in
5 baptismo suo peccata donantur, sine causa ad ecclesiam veniunt. Nam cum in die iudicii peccata sint quæ puniuntur, nihil est quod timere possint hæretici de iudicio Christi, si sunt remissionem peccatorum consecuti.

XL. Victor a Gor dixit. Cum peccata non nisi in
10 ecclesiæ baptismo remittantur, qui hæreticum ad communicationem sine baptismo admittit, utrumque contra rationem facit, nec hæreticos purgat, et christianos inquinat.

XLI. Aurelius ab Utica dixit. ^r Cum dicat apostolus non communicandum peccatis alienis, quid aliud quam
15 peccatis alienis communicat qui hæreticis sine ecclesiæ baptismo communicat? Et ideo censeo baptizandos esse hæreticos ut accipiant remissam peccatorum, et sic illis communicetur.

XLII. Jambus a Germanicana dixit. Qui hæreticorum
20 baptisma probant, nostrum improbant; ut extra ecclesiam, non dicam lotos, sed sordidatos, negent in ecclesia baptizari oportere.

XLIII. Lucianus a Rucuma dixit. Scriptum est: ^s *Et vidit Deus lucem quia bona est, et divisit inter lucem et tene-*
25 *bras.* Si potest luci et tenebris convenire, potest nobis et hæreticis aliquid esse commune. Propterea censeo hæreticos baptizandos esse.

XLIV. Pelagianus a Luperciana dixit. Scriptum est:
^t *Aut enim Dominus Deus est, aut Baal Deus est.* Ita et
30 nunc, aut ecclesia ecclesia est, aut hæresis ecclesia est. Porro si hæresis ecclesia non est, quomodo esse apud hæreticos baptisma ecclesiæ potest?

XLV. Jader a Midila dixit. Scimus non esse nisi unum baptisma in ecclesia catholica. Et ideo non debemus ad-

^r Tim. v. 22.

^s Gen. i. 4.

^t 3 Reg. xviii. 21.

mittere hæreticum nisi baptizatus apud nos fuerit, ne se putet extra ecclesiam catholicam baptizatum esse.

XLVI. Item alius Felix a Marazana dixit. Una fides, unum baptismum, sed ecclesiæ catholicæ, cui soli licet baptizare. 5

XLVII. Paulus ab Obba dixit. Me non movet si aliquis ecclesiæ fidem et veritatem non vindicat, quando apostolus dicat: *u Quid enim si exciderunt a fide quidam illorum? Numquid infidelitas eorum fidem Dei evacuavit? Absit. Est enim Deus verax, omnis autem homo mendax.* Si autem 10 Deus verax est, quomodo esse apud hæreticos baptismi veritas potest, apud quos Deus non est?

XLVIII. Pomponius a Dionysiana dixit. Manifestum est hæreticos non posse baptizare et remissionem peccatorum dare, qui potestatem non habent ut aut solvere aut 15 ligare aliquid in terris possint.

XLIX. Venantius a Tinisa dixit. Si maritus peregre proficiscens amico suo commendasset uxorem suam custodiendam, commendatam sibi ille quanta posset diligentia conservaret, ne ab aliquo castitas ejus et sanctitas adulte- 20 raretur. Christus Dominus et Deus noster ad patrem proficiscens sponsam suam nobis commendavit. Utrumne eam incorruptam et inviolatam custodiemus, an integritatem ejus et castitatem mœchis et corruptoribus prodemus? Qui enim baptisma ecclesiæ commune cum hæreticis facit, spon- 25 sam Christi adulteris prodit.

L. Ahymnus ab Ausvaga dixit. Nos unum baptisma accepimus, et ipsum exercemus. Qui autem dicit quia et hæreticis licet baptizare, ipse duo baptismata facit.

LI. Saturninus a Victoriana dixit. Si licet hæreticis 30 baptizare, excusati sunt et defensi illicita (for. licita MARSHAL.) facientes. Nee video quare eos aut Christus adversarios suos aut apostolus antichristos appellaverit.

LII. Saturninus a Thucca dixit. Gentiles quamvis

^u Rom. iii. 3.

idola colant, tamen summum Deum patrem creatorem cognoscunt et confitentur. In hunc Marcion blasphematur, et quidam non erubescunt Marcionis baptismum probare. Quomodo tales sacerdotes sacerdotium Dei aut servant aut 5 vindicant qui hostes Dei non baptizant, et sic illis communicant?

LIII. Marcellus a Zama dixit. Cum peccata non nisi in ecclesiæ baptismo remittantur, qui hæreticum non baptizat peccatori communicat.

10 LIV. Irenæus ab Ululis dixit. Si ideo ecclesia hæreticum non baptizat quod dicatur jam baptizatus esse, hæresis major est.

LV. Donatus a Cibaliana dixit. Ego unam ecclesiam et unum baptisma ejus novi. Si est qui dicat esse apud hæ- 15 reticos baptismi gratiam, ante est ut ostendat et probet esse illic ecclesiam.

LVI. Zosimus a Tharassa dixit. Revelatione facta veritatis, cedat error veritati; ^x quia et Petrus, quia prius circumcidebat, cessit Paulo veritatem prædicanti.

20 LVII. Julianus a Telepte dixit. Scriptum est: *y* *Nemo potest aliquid accipere, nisi datum fuerit illi de celo.* Si hæresis de cælo est, potest et baptisma dare.

LVIII. Faustus a Timida regia dixit. Non sibi blandiantur qui hæreticis patrocinantur. Qui pro hæreticis 25 ecclesiastico baptismati intercedit, illos christianos et nos hæreticos facit.

LIX. Geminius a Furnis dixit. Quidam de collegis hæreticos præponere sibi possunt, nobis non possunt. Et ideo quod semel decrevimus tenemus, ut ab hæreticis veni- 30 entes baptizemus.

LX. Rogatianus a Nova dixit. Ecclesiam Christus instituit, hæresim diabolus. Quomodo potest habere baptismum Christi synagoga Satanæ?

^x Gal. cap. ii.

^y Joan. iii. 27.

LXI. Therapius a Bulla dixit. Qui hæreticis ecclesiæ baptisma concedit et prodit, quid aliud quam sponsæ Christi Judas existit ?

LXII. Item alius Lucius a Membresa dixit. Scriptum est: ^z *Deus peccatorem non audit*. Hæreticus, qui peccator 5 est, quomodo audiri in baptismo potest ?

LXIII. Item alius Felix a Buslacenis dixit. In hæreticis sine ecclesiæ baptismo admittendis nemo consuetudinem rationi et veritati præponat, quia consuetudinem ratio et veritas semper excludit. 10

LXIV. Alius Saturninus ab Avitinis dixit. Si potest antichristus dare alicui gratiam Christi, possunt et hæretici baptizare, qui appellati sunt antichristi.

LXV. Quintus ab Aggya dixit. Ille potest dare aliquid qui aliquid habuerit. Hæretici autem quid possunt dare, 15 quos constat nihil habere ?

LXVI. Alius Julianus a Marcelliana dixit. ^a Si potest homo duobus dominis servire, Deo et mammonæ, potest et baptisma duobus servire, christiano et hæretico.

LXVII. Tenax ab Horreis Cæliæ dixit. Baptisma 20 unum est, sed ecclesiæ. Ubi ecclesia non est, baptisma illic esse non potest.

LXVIII. Alius Victor ab Assuras dixit. ^b Scriptum est quia Deus unus est, et Christus unus, et ecclesia una, et baptisma unum. Quomodo ergo illic baptizari aliquis 25 potest ubi Deus et Christus et ecclesia non est ?

LXIX. Donatulus a Capse dixit. Et ego semper hoc sensi, ut hæretici, qui nihil foris consequi possunt, quando ad ecclesiam convertuntur baptizentur.

LXX. Verulus a Rusicade dixit. Homo hæreticus 30 dare non potest quod non habet ; multo magis schismaticus, qui quod habuit amisit.

LXXI. Pudencianus a Cuiculi dixit. Novitas episco-

^z Joan. ix. 31.

^a Matt. vi. 24.

^b Ephes. iv. 5, 6.

patus effecit, fratres dilectissimi, ut sustinerem quid majores judicarent. Nam hæreses nihil habere nec posse manifestum est. Atque ita si qui ex eis venerint baptizari æquissime statutum est.

5 LXXII. Petrus ab Hippone Diarrhytorum dixit. Cum baptisma unum sit in catholica ecclesia, manifestum est non posse extra ecclesiam baptizari. Et ideo in hæresi tinctos sive in schismate venientes ad ecclesiam censeo baptizari oportere.

10 LXXIII. Item alius Lucius ab Ausafa dixit. Secundum motum animi mei et spiritus sancti, cum sit unus Deus pater Domini nostri Jesu Christi, et unus Christus, et una spes, et unus spiritus, et una ecclesia, unum debet esse et baptisma. Et ideo dico, si quid ab hæreticis motum
15 aut factum fuerit, rescindi debere, et eos qui inde veniunt in ecclesia baptizandos esse.

LXXIV. Item alius Felix a Gurgitibus dixit. Ego censeo ut secundum sanctarum scripturarum præcepta, baptizatus ab hæreticis illicite extra ecclesiam, cum ad
20 ecclesiam confugere voluerit, gratiam baptismi ubi licite datur consequatur.

LXXV. Pusillus a Lamasba dixit. Ego credo baptismum salutare non esse nisi in ecclesia catholica. Quicquid absque catholica fuerit simulatio est.

25 LXXVI. Salvianus a Gazaufala dixit. Hæreticos nihil habere constat; et ideo ad nos veniunt ut possint accipere quod non habent.

LXXVII. Honoratus a Thucca dixit. Cum Christus veritas sit, magis veritatem quam consuetudinem sequi
30 debemus, ut hæreticos, qui ideo ad nos veniunt quia foris nihil accipere potuerunt, ecclesiæ baptismum sanctificemus.

LXXVIII. Victor ab Octavo dixit. Quod et ipsi scitis, non olim sum episcopus constitutus, et ideo expectabam præcessorum consilium. Hoc itaque existimo, ut
35 quicumque ex hæresi venerint sine dubio baptizentur.

LXXIX. Clarus a Mascula dixit. Manifesta est sententia Domini nostri Jesu Christi apostolos suos mittentis et ipsis solis potestatem a patre sibi datam permittentis, quibus nos successimus eadem potestate ecclesiam Domini gubernantes et credentium fidem baptizantes. Et ideo 5 hæretici, qui nec potestatem foris nec ecclesiam Christi habent, neminem baptizare baptismo ejus possunt.

LXXX. Secundianus a Thambeis dixit. Non debemus hæreticos nostra præsumptione decipere ut in ecclesia Domini nostri Jesu Christi non baptizati, ac per hoc re- 10 missionem peccatorum non consecuti, cum judicii dies venerit nobis imputent quod per nos non sint baptizati et indulgentiam divinæ gratiæ consecuti. Propter quod, cum sit una ecclesia et unum baptisma, quando ad nos convertuntur, simul cum ecclesia et ecclesiæ baptismum conse- 15 quantur.

LXXXI. Item alius Aurelius a Chullabi dixit. Joannes apostolus in epistola sua posuit dicens: *c Si quis ad vos venit, et doctrinam Christi non habet, nolite eum admittere in domum vestram, et ave illi ne dixeritis. Qui enim dixerit 20 illi ave communicat factis ejus malis.* Quomodo admitti tales temere in domum Dei possunt qui in domum nostram privatam admitti prohibentur? Aut quomodo cum eis sine ecclesiæ baptismo communicare possumus quibus si ave tantum dixerimus, factis eorum malis communicamus? 25

LXXXII. Litteus a Gemellis dixit. *d Cæcus si cæcum ducat, ambo in foveam cadunt.* Cum ergo hæreticos constet non posse illuminare quemquam, utpote cæcos, baptisma eorum non valet.

LXXXIII. Natalis ab Oëa dixit. Tam ego præsens 30 quam Pompeius Sabratensis, quam etiam Dioga Leptimagnensis, qui mihi mandaverunt, corpore quidem absentes, spiritu præsentis, censemur quod et collegæ nostri,

c 2 Joan. i. 10, 11.

d Matth. xv. 14.

quod hæretici communicationem habere nobiscum non possunt, nisi ecclesiastico baptismo baptizati fuerint.

LXXXIV. Julius a Neapoli dixit. Ab eo quod semel censuimus non recedo, ut hæreticos venientes ad ecclesiam
5 baptizemus.

LXXXV. Cyprianus a Carthagine dixit. Meam sententiam plenissime exprimit epistola quæ ad Jubaianum collegam nostrum scripta est, hæreticos secundum evangelicam et apostolicam contestationem adversarios Christi et
10 antichristos appellatos, quando ad ecclesiam venerint, unico ecclesiæ baptismo baptizandos esse, ut possint fieri de adversariis amici et de antichristis christiani. *Extat hoc Concilium p. 329. edit. Benedictinæ S. Cypriani.*

ANNOTATIONES

IN CONCILIA CARTHAGINIENSIA.

CONCIL. CARTHAG. SUB CYPRIANO II.

P. 93. l. 4. Carthaginense Concilium &c.] Carthaginense quod Primum vocant Concilium sub initia hujus sæculi, dum episcopus Carthagine sedebat Agrippinus, ab Africae et Numidiæ episcopis de rebaptizandis hæreticis ante fuerat celebratum. De primo autem sub Cypriano Concilio extat mentio mox infra initio epistolæ hujus, quæ pertinet ad Concilium Secundum Carthaginense sub Cypriano nuncupatum. In qua Synodo secunda edenda, tum in quinque illis conventibus, qui sequuntur, editionem *Operum S. Cypriani* Benedictinam, seu Baluzianam, nisi ubi de variata lectione lectorem monui, semper secutus sum, quippe cum eadem a Baluzio post visam ab eo, ut ex notis ejus constat, J. Harduini Conciliorum editionem, adornata fuerit. Mortuus est autem Baluzius, ut supra ostendi ad CORNELII Fragmenta pag. 30. octo fere annos ante editum anno 1726 a Benedictinis monachis Cyprianum ejus, atque interea prodierat Coustantii opus, qui anno 1721

Epistolas Pontificum Romanorum edidit, in quibus duas ex epistolis his Synodicis primam et quintam reposuit. Quod ad aliud quoddam Concilium attinet præter septem Cypriana, ad hoc scilicet octavum duas epistolas Cypriani, 65 et 66, sive 3 et 1, pertinere censet post alios Emanuel à Schelstrate, *Eccles. African. Dissert.* iii. cap. 1. p. 121. Refragati autem fuerant huic sententiæ cum Pearsonius in *Annalibus Cypr.* tum Fellus ad *Cyprianum* ipsum, quippe monent clarissimi præsules, verba, *Collegæ qui præsentés aderant*, sacram synodum apud Cyprianum semper signare non solere; ac porro solenne fere esse Cypriano in epistolis Synodicis nomina episcoporum apponere, quæ quidem ibi non comparent. Unde ea de causa potiore jure inter Synodicas epistolas recensenda foret epistola 62, aliter, 4, ad *Pomponium* de virginibus *συνεισάκτοις*, cujus fronti nomina episcoporum, qui aderant, inscripta sunt. Sed in ea epistola haberi rite coactum concilium haud facile dixeris.

P. 93. l. 11. Cyprianus, Liberalis, &c.] Omnes fere libri veteres et omnes veteres editiones præferunt nomina omnium episcoporum. Quare valde miror Pamelium illa omisisse in sua et Rigaltium maluisse ea referre in suis observationibus tanquam rem novam, professus se ea addere ex codice Corbeiensi. Melius Angli, qui ea posuerunt in contextu. Porro inter se in illis scribendis variant vetera exemplaria et veteres editiones. Inutile esset referre varias lectiones. Itaque nos credidimus ea sufficere quæ in codice Thuano, quo Rigaltius quoque usus est, inveniuntur. Cæterum illud quoque admonemus, in uno codice regio desiderari nomina episcoporum et in titulo istius epistolæ scriptum esse simpliciter: *Cyprianus Cornelio fratri salutem*. At in codice sancti Arnulphi legitur: *Cyprianus cum fratribus numero xli. Cornelio fratri salutem*. STEPH. BALUZIUS. Præfixa nomina sunt in quinque Epistolarum Cypriani codicibus scriptis, quibus uti mihi licuit. Horum duo penes sunt Collegium Novum in Oxonio; duos alios facta venditione librorum Meermanni et Drurii meis addidi; tertium, in quo insunt tantum tria priora Cypriani Concilia, nuperrime emi.

P. 93. l. 20. Statueramus quidem jam pridem &c.] Primi istius Concilii sub Cypriano, quod anno superiore, hoc est, anno 251, adversus Felicissimum schismaticum, et in causa lapsorum fuerat habitum, notitiam colligendam ait Harduinus in Indice tomi I. *Conciliorum* ex *Epistola* Cypriani 40. ad plebem, 42. ad Cornelium, 52. ad Antonianum, et 54. et 55. ad Cornelium. Numeri epistolarum sunt Pameliani. Porro memorat eandem synodum his verbis Auctor *Synodici*: Σύνοδος θεία καὶ ἱερὰ τοπικὴ, ἐν Καρταγένῃ τῇ Νεαπόλει τῆς Ἀφρικῆς καλουμένη, συναθροισθεῖσα ὑπὸ τοῦ Κυπριάνου γενομένου αὐτῆς ἐπισκόπου, καὶ ἑτέρων ὀγδοήκοντα τεσσάρων ἐπισκόπων, ἀποκηρύξασα Νάατον, ὡς τὴν μετάνοιαν τοῖς πταίουσι κλείοντα. p. 10. ed. Argentorat.

Ibid. Statueramus quidem] Mense Maio, cum jam episcopi post paschæ solennia, quibus apud se cum fratribus demorati sunt, Carthaginem se contulissent, habitum est Concilium Carthaginense II. et quidem Idibus Maiis, ut clare patet ex Epist. Cypriani quinquagesima nona, in qua et hujus meminit, et alterius etiam quod anno priore celebratum est. In hac autem synodo relaxatio quædam facta est decreti quod in superiori constitutum est; quod lapsi scilicet agerent diu pœnitentiam plenam, et si periculum infirmitatis urgeret, pacem sub ictu mortis acciperent. Loco igitur illius decreti aliud in hunc modum condiderunt. *Eis qui de ecclesia Domini non recesserunt, sed pœnitentiam agere et lamentari, ac Dominum deprecari a primo lapsus sui die non destiterunt, pacem dandam esse.* Quod synodus tunc censuit, non tantum ut ἐπιείκειαν Lapsis vere pœnitentibus præstarent, sed necessitate cogente; quia crebris atque assiduis ostensionibus admonebantur, diem alterius persecutionis jam appropinquare cœpisse; unde lapsos vere pœnitentes ad prælium, quod tum imminabat, armari et instrui oportere putabant. Facto hoc decreto, Synodica Epistola missa est ad S. Cornelium Romæ episcopum, quæ est LVII. in qua et decretum ipsum ponitur, et rationibus multis asseritur atque defenditur. Scripsit etiam Cyprianus de omnium collegarum consilio, misitque Cornelio nomina episcoporum qui integri et sani

in ecclesia catholica tunc fratribus præfuerunt, ut ipse et collegæ scirent quibus scribere, et literas mutuo a quibus eos accipere oporteret. PEARSON. in *Annal. Cyprian.* ad an. 252. sect. vii.

P. 93. l. 23. agerent diu pœnitentiam plenam] Non recipiendi ante tempus quod præscribebatur expletum, nisi sub ictu mortis. Sic FELLUS quidem; Anglicus vero S. Cypriani interpres, cl. Marshallus, de transitu per omnes pœnitentiæ stationes *pœnitentiam plenam* exponit. Sed dubium videtur, an istæ stationes tunc temporis ubique in ecclesia bene notæ ac distinctæ fuerint. Porro quid sit Cypriano aliisque auctoribus *plena pœnitentia* disputans Albaspinæus *De Vet. Eccles. Ritibus*, lib. ii. c. 30. ex hoc ipso loco recte fortasse colligit, non eam esse, quæ tempore definito, sed quæ indiciis, id est, lacrymis, fletibus, jejuniis, animi dolorem patefaciat. Et in Epist. 28, al. 33, Cyprianum video ita scribentem, *ut vera pœnitentia et gemitu et dolore pleno Dominum deprecetur*. Aliquod tamen tempus pœnitentiæ olim præfinitum fuisse, verba epistolæ, quam proxime post attuli, satis ostendunt; — *ut ante legitimum et plenum tempus satisfactionis—pax ei concederetur*. p. 98. Sed de alia re quadam haud pariter consentientem me habet doctus ille Albaspinæus. Statuit enim lib. ii. cap. 12. et alibi, pœnitentiam istam ad vitæ etiam exitum fuisse productam, et non nisi ipso mortis obeundæ tempore absolutos fuisse lapsos, cum ante Cypriani atque Cornelii decretum in perpetuum excommunicationis vinculo lapsi constricti fuissent; ita ut ne ipsa quidem in morte expedirentur, aut absolute fruerentur. At vero, an adeo severa fuerit ante istæc tempora universæ ecclesiæ praxis seu consuetudo, quidquid durius nonnulli tum statuerint, merito dubites; neque pœnitentiam lapsorum ad vitæ extremum usque diem etiam a Cypriano fuisse productam, argumenta Albaspinæi ad probandum valent; contra vero id satis confutari hac ipsa epistola, atque præclara illa ad Antonianum, videtur. Etiam gravissimorum peccatorum reos absolvi potuisse ex epistola ejus LXII. ad Pomponium constat, ubi hæc sunt: *Si de iis (virginibus) aliqua*

corrupta fuerit deprehensa, agat pœnitentiam plenam, quia quæ hoc crimen admisit, non mariti, sed Christi adultera est, et ideo cœstimato justo tempore postea exomologesi facta ad ecclesiam redeat. Etenim diu ante Cyprianum, ut supra ex verbis LUGDUNENSIVM ET VIENNENSIVM vol. I. p. 367. ostendi, dissidia super communicatione lapsorum orta sunt, aliis severius, aliis lenius, in hac re agentibus. Immo, monente Pearsonio *Vindic. Ignat.* part. ii. cap. 8. (quem, postquam hæc et reliqua omnia huc pertinentia scripseram, contra Albaspinæum de hac ipsa re vidi disputantem,) constat, Dionysium Corinthiorum episcopum omnes per pœnitentiam vel gravissimo crimine oneratos suscipiendos esse docuisse. Nam in *Epistola ad Amastrianos*, teste Euseb. lib. iv. cap. 23. vel pag. vol. mei I. p. 183. πολλὰ περὶ γάμου καὶ ἀγγελίας τοῖς αὐτοῖς παραινεῖ· καὶ τοὺς ἐξ οἴας δ' οὖν ἀποπτώσεως, εἴτε πλημμελείας, εἴτε μὴν αἰρετικῆς πλάνης ἐπιστρέφοντας, δεξιούσθαι προστάττει. Porro, quis fuerit ecclesiæ usus et consuetudo in lapsis tractandis, Cypriani epistola 11. al. 15. exposuit, quam quidem, antequam ipse et collegæ ejus quidquam de hac re statuissent, scriptam esse novimus. *Audire, inquit, quosdam de presbyteris nec evangelii memores, nec quid ad nos martyres scripserint, cogitantes, nec episcopo honorem sacerdotii sui et cathedræ reservantes, jam cum lapsis communicare cœpisse, et offerre pro illis, et eucharistiam dare, quando oporteat ad hæc per ordinem perveniri. Nam cum in minoribus delictis quæ non in Deum committuntur, pœnitentia agatur justo tempore et exomologesis fiat, inspecta vita ejus qui agit pœnitentiam, nec ad communicationem venire quis possit, nisi prius illi ab episcopo et clero manus fuerit imposita, quanto magis in his gravissimis et extremis delictis caute omnia et moderate secundum disciplinam Domini observari oportet?* Confer et *Epist.* 10. al. 16. ubi hæc sunt;—*illi contra evangelii legem—ante actam pœnitentiam, ante exomologesin gravissimi atque extremi delicti (solemnem et publicam, exponente Fello) factam, ante manum ab episcopo et clero in pœnitentiam impositam, offerre pro illis et eucharistiam dare, id est, sanctum Domini corpus profanare audent.* Hæc profecto non solum demonstrant,

in morte subventum esse lapsis ante Cypriani tempora, id quod negat Albaspinæus, verum etiam probare videntur, moris fuisse eos absolvere pœnitentia completa. Palam autem est, ipso eodem iudice viro docto, nihil durius a Cypriano postea cum lapsis actum fuisse, quam mos antea tulisset.

P. 94. l. 6. permiserit ipse qui legem dedit] *promiserit ipse et legem dederit*, plurimi MSSi a Fello et Coustantio memorati, quod etiam in textum recepit Coustantius. *Permiserit et dederit codices duo illi Novi Collegii, Meer-manniusque meus*, sed facit cum lectione altera *Drurianus*, dum præstat *ille* pro *ipse* tertius meus MStus. Ceterum notat cl. Marshallus, Anglicus interpres, exponendam esse ex Cypriani saltem opinione de censuris ecclesiasticis ipsarumque relaxatione cœlestem confirmationem. At vero non multo post hoc tempus mos fuit, fideles coram episcopo, vel presbytero, peccata sua confiteri, ut remitterentur; sed prius acta pœnitentia, ac semper, prout docent veteres, salvo Dei iudicio. Etenim constat ex Socratis *Historia*, l. V. c. 19. quacum conferendus est Sozomenus l. VII. c. 16. constitutum esse post Decii persecutionem in orientalibus ecclesiis presbyterum, qui pœnitentiarius appellatus est.

Ibid. l. 9. diem rursus alterius infestationis] Lapsis in persecutione Deciana, reditum in ecclesiam importune urgentibus; Ep. XIX. respondit Cyprianus: *tempus ipsum plus quam peterent largiri; quodque, qui differri non potest, potest coronari*: quæ multum videntur distare ab iis quæ hic dicuntur de pace lapsis necessaria; frustra *doceri et provocari in confessione nominis sanguinem fundere, si eis militaturis Christi sanguinem denegemus*. Sed optime cohærent utrobique dicta. Primo aliter se habuit lapsorum status durante persecutione Deciana, et ipsa cessante. Nam qui in iudicium vocatus mendacio se defendebat, erat fortasse obstrictus eo ipso in loco, coram iisdem iudicibus, et circumstante populo crimen retractare, et publice verum profiteri: quod finita cognitione præstare minus tenebatur. Et ideo lapsus ad duras istas condiciones non erat eti-

annum adigendus, ad quas dum prælium adhuc gerebatur cogi debebat. Secundo, in difficillimo lapsorum casu nihil erat ex privatis auspiciis innovandum; et ideo fas non fuit ex arbitrio singularis episcopi lapsos admittere; sed postquam ex concilii decreto pax iis erat concessa, nihil prohibebat temporis moram, interveniente utique concilii auctoritate, ob causam etiam idoneam, expectatam scilicet persecutionem, aliquantum contrahi. Tertio, lapsi jam per idoneum temporis decursum in pœnitentia positi, sui specimina fecerunt, quod prius non fecissent. Porro notandum, quod lapsorum commoda cedere debebant utilitati ecclesiæ; et utcunque optandum fuerit illis dominica saturitate perfrui, et ita ad passionem armari; hæc in considerationem non veniebant donec disciplinæ ecclesiasticæ, per pœnas in delinquentes irrogatas, fuisset satisfactum. Imo lapsorum commodis tam crudo et importuno tempore non conducere ut *mortiferos idolorum cibos adhuc pene ructantes, exhalantibus etiam scelus suum faucibus, et funesta contagia redolentibus, Domini corpus invaderent*. Verba sunt Cypriani lib. de Lapsis. Sed expectandum, et ut 1 Cor. xi. 28. jubet Apostolus, *homo se probet, et sic de pane edat et de calice bibat*. FELLUS.

P. 94. l. 10. crebris atque assiduis ostensionibus] Sub finem Epistolæ: *Hoc nobis divinitus frequenter ostenditur*. Idem commemorat Epistola ad Thibaritanos, quos etiam de persecutione gravissima admonet. RIGALT. a Fello allatus.

Ibid. l. 14. præparemus] Vulgo *paremus*. Sed *edit. principis* Cypriani, necnon *Conciliarum*, lectionem, suffragantibus nonnullis scriptis, revocavi.

Ibid. l. 25. infirmis] Erasmus addidit, *si qui essent*. Quod in nullo eorum veterum exemplarium quibus utor reperi, neque in aliis editionibus. BALUZIUS. Neque affertur istud in lectionibus variis apud *edit. Oxon.*; neque extat in quinque, quibus utor, MSSStis.

Ibid. l. 32. protectione sanguinis et corporis Christi] In sequentibus dicit, *Eucharistia recepta fideles erigi et accendi*. Jure id quidem. Nam a convivio Dominico, memores Dominici sanguinis, sumpto sacramento, quem-

admodum suprema illa nocte præceperat Dominus, ut conjurati prodibant olacres, mortemque fortiter oppetebant quam Dominus pro ipsorum salute obierat. RIGALTIVS a Fello allatus.

P. 95. l. 19. et optamus et credimus] Hæc quidem habentur in septem codicibus antiquis. Sed desunt in aliis octo. Erasmus primus posuit. Nam desiderantur in antiquis editionibus. BALUZIUS. Primus *Morellius*, teste Pamelio, verba hæc addidit. Neque enim *Erasmus* neque etiam *Manutius* ea exhibuerat. Extant autem in cod. posteriori *Novi Collegii*, et in *Meermanniano*, qui duodecimo sæculo adscribitur. Solæ voces, *et optamus*, in cod. altero meo olim *Druriano* positæ sunt. *Editio Romana* anni 1471, seu princeps, habet, nec male, *audivimus* pro *audimus*.

Ibid. l. 23. sacrificia Dei] *sacrificium Deo* MS. noster. HARDUIN. ad *Concilia*, sacrificia Dei; ita certe habet codex Corbeiensis. Et tamen Rigaltius adnotat in illo scriptum esse *Deo*. BALUZIUS. Designatur ab Harduino MS. Bibliothecæ Jesuitarum Collegii Ludovici M. Parisiis. Extatque eadem lectio *sacrificium Deo* in codice olim Meermanni nunc meo.

Ibid. quotidie celebramus] In libro de Oratione Dominica pag. 209. *Eucharistiam quotidie ad cibum salutis accipimus*. Tertullianus lib. ii. ad Uxorem, *Nesciet maritus quid secreto ante omnem cibum gustes; et si scicerit panem, non illum credit esse qui dicitur*. Vide cap. *Quotidie* apud Gratianum dist. 2. de Consecratione. BALUZIUS.

P. 96. l. 4. qui martyrium tollit] Sic Luc. ix. 23. ἀπάτω τὸν σταυρὸν αὐτοῦ. Rigaltius ait, Qui dignatione divina martyrium obtinet; martyrium tollit, ut infra, *arma tollentes*. FELLUS.

Ibid. sanguine suo baptizatur] Rigaltius ait, *Tota paradisi clavis, sanguis tuus est*, inquit Tertul. vid. Epist. LVIII. (al. LVI.) FELLUS. Epist. 73. pag. 136. *utpote qui baptizentur gloriosissimo et maximo sanguinis baptismo*. Et mox addit sanguine suo baptizatos et passione sanctificatos consummari et divinæ pollicitationis gratiam consequi.

Vide Tertullianum in libro de Baptismo et in libro de Pudicitia. Passio sanctarum Perpetuæ et Felicitatis, *a sanguine ab obstetrice ad retiarium latura post partum baptismo secundo*. Vide dissertationem 13. Henrici Dodwelli, quæ est de secundo martyrii baptismo. BALUZIUS.

P. 96. l. 23. aut liberis] Vulgo *ac liberis*. Mutavisse particulam *me scias* ex omnibus præter unum de iis codicibus, quibus uti mihi licuit; firmante quoque S. Matthæo xix. 29.

Ibid. l. 32. *quod contribulatum est non consolidastis*] Librarii vocem hanc in vulgari tribulationis sive ærumnæ notatione intelligebant; et ideo consolationem melius respondere crediderunt; contra sacri textus mentem. LXX. legunt *κατεδήσατε*. Colligastis *Tertull.* FELLUS. *Fellinam edit.* secutus sum, in qua sic restitutum est ex *scriptis*, opinor, *codicibus* pro *non consolati estis*, quod habent *impressi* et, quibus usus sum, MSSti. Harduinus notavit, *MS.* Societatis suæ exhibere *non consolati estis*, sed memoravit Baluzius in *codice Sorbonico* scriptum esse *non consolidati estis*: et in codice meo olim *Druriano* non nemo verbum *consolidatis* pro *consolati est* reponendum monuit. Vulgata Interp. habet, *quod confractum est, non reduxistis*. *Contritum* præstant *codd. Novi Coll.* 1. et *meus Meer-
mannianus*.

P. 97. l. 7. *pascam eas cum iudicio*] *βοσκήσω αὐτὰ μετὰ κρίματος*. Hæc desumpta sunt ex versu 16. Ipse Deus singulis ovibus, pascua sua designabit. FELLUS.

Ibid. l. 9. duritiam magis humanæ crudelitatis] Ipse Epist. LX. *Magis philosophicæ secularis pravitate durus, quam philosophicæ Dominicæ lenitate pacificus*. Pacianus Epist. II. dixit, *Inobsecrabilem asperitatem, cui opponit gratuita Domini bona, et cœlestis clementiæ titulos*. RIGALTIVS a Fello allatus.

Ibid. l. 10. paternæ pietatis opponimus] Erasmus edidit, *paternæ pietatis dulcedinem apponimus*. Verum vocem *dulcedinem* ego nusquam reperi in libris antiquis. BALUZIUS. Cum vero constet ex *Var. Lectt. in edit. Oxon.* positum habere *Codicem Coll. Nov. 2. quam dulcedini diviniæ*, immo nunc testibus oculis meis *dulcedinem*, quæ vox et in duobus

ex meis codicibus extat, vocem *dulcedinem* ante *divinæ et paternæ pietatis opponimus* addendam esse censeo.

P. 97. l. 13. nobis imminere] Pronomen *nobis* ex *edd.* ante Baluzianam, seu Benedictinam, revocavi; similiterque particulam *et* ante *examinatis*; consentientibus, quibus nunc utor, MSStis.

Ibid. l. 16. vobis quoque] Cornelio Romanisque suis.

Ibid. l. 17. Quod si de collegis aliquis] Quanquam in synodo convenerit lapsis ob ingruentem persecutionem pacem maturius dandam esse, tamen cum penes episcopum erat judicare de lapsi pœnitentia, res hæc in ejus arbitrio usque permansit. Aut fortassis respicit episcopos eos, ad quos provinciæ Africæ synodi decreta non pertinebant. FELLUS.

Ibid. l. 25. graviorem multo] Certe Cypriano erat gravior; qui post exilii tædia, tandem hac persecutione capite plectebatur. Sed Prophetæ, visorum suorum non semper fidi interpretes. Donum prophetias interpretandi, prorsus erat distinctum a prophetiæ charismate. Vid. 1 Cor. i. 10. FELLUS. Cornelio quidem gravior fuit hæc Galli vexatio, ut Fellum corrigens Anglicus ait interpres, non Cypriano, qui Imp. Valeriano nonnullis post annis martyrium passurus erat.

Ibid. l. 26. ostendi—admoneri] In aliquot MSS. post *nobis* additur *scimus* operâ librarii, qui verbum sequens *ostendi* ad superius *protulimus* referendum esse non animadvertit. In vulgatis autem mox obtinet *ostenditur*, pro *ostendi*, et subinde *admonent* pro *admoneri*. Optimæ notæ codex Colb. cui et Corb. aliique favent, sinceram lectionem asservavit. COUSTANT. Quem quidem virum eruditum hoc loco secutus sum. *Edit. Benedictina* habet *ostenditur* et *admonemus*. *Edit. Oxon.* *ostenditur* et *admonent*. Sed diu ante Coustantium in *Manutiana edit.* duo isti infinitivi extiterant *ostendi* et *admoneri*. Et nunc mihi compertum est, comparere eos in *codice MSto Coll. Novi priori*, sed in *posteriori ostendit* et *admoneri*, in codice vetustissimo meo *Meermanniano ostenditur* et *admoneri*, dum in duobus alteris meis, sicut in *editt.* ante Manutium *ostenditur* et *admonemur* posita sunt.

CONCIL. CARTHAG. III.

P. 98. l. 5. *Synodica hæc Epistola*] Hujus epistolæ mentio extat apud sanctum Augustinum in libro de Gestis Pelagii cap. 11. et in libro quarto contra duas Epistolas Pelagianorum cap. 8. et in sermone 294. novæ editionis. Meminit ejusdem etiam Hieronymus in Calce Dialogorum adversus Pelagianos. Vide librum Georgii Cassandri adversus Anabaptistas. BALUZIUS.

Ibid. l. 9. numero LXVI.] Vide quod ante annotatum est ad Concil. II. p. 138.

Ibid. Fido] Pamelius ait non potuisse se reperire quo in loco Fido fuerit episcopus, verisimile tamen esse fuisse vicinum Therapii, qui in synodo sancti Cypriani cognominatur a Bulla. (vid. supra *Concil.* VII. p. 128.) Morellius putavit fuisse tantum presbyterum. BALUZIUS. Ait Pearsonius in *Annal.* “Dum illi in concilio erant, allatæ sunt a “Fido episcopo, ut videtur, scriptæ literæ,” ad an. 253. sext. IX.

Ibid. l. 10. Victore quondam presbytero] Rigaltius ait, *Iste Victor quondam in ecclesia presbyter, male servata fide, ecclesiam amiserat, et pacem. Itaque etsi pacem quomodocunque, hoc est præpropere Therapii festinatione recepisset, minime tamen locum in ecclesia hoc est presbyteri honorem receperat. Bene igitur, atque ex disciplina veteri, scripsit Cyprianus, de Victore quondam presbytero, qui nunc inter laicos communicabat ecclesiæ. Idem ergo Victor de laico presbyter; de presbytero lapsus: de lapso pœnitens: de pœnitente laicus.* Supra observavimus, non semper in ecclesia obtinuisse, ut in clericos delinquentes, solum per depositionem ad communionem laicam animadverteretur. Constat Victorem ecclesia pulsum ad pœnitentiam eamque diutinam admissum. Licet vero synodo post reditum Cypriani secunda, lapsis ob persecutionem ingruentem indultum; tamen non ea mens patrum erat ut pace restituta et nulla necessitate cogente, episcopus omnia pro arbitrio laxaret. Pacem nunc ecclesiæ redditam frequens synodus indicat. Fortunatianus lapsus quondam episcopus dicitur,

statim Ep. LXV. (al. LXIV.) FELLUS. Quamquam Pamelius agnoscat editiones Manutii et Morellii istie habere *quondam*, magis tamen ei placuit lectio veterum editionum, in quibus scriptum est *quodam*, eam videlicet ob causam, ut ille ait, quod satis constet ex sequentibus adhuc vixisse Victorem presbyterum cum Cyprianus hanc epistolam scriberet. Quod est certissimum. Verum vox *quondam* non accipienda est in hoc loco tanquam intelligi deberet de homine defuncto, sed de eo qui pœnitentiam accepisset post lapsum, dejectus erat de gradu presbyteri, sicut infra Epist. lxiv. pag. 110. legitur *Fortunatianum quondam apud vos episcopum*. Lectionem porro quam nos revocamus exhibent libri veteres et vetustissima hujus epistolæ versio Syriaca quam servat bibliotheca serenissimi Ducis Florentiæ, uti ego accepi a viro istius linguæ et bonarum litterarum peritissimo Eusebio Renaudotio. Sic in epistola Felicis Papæ III. ad Acacium, *quondam episcopos, nunc vero honore et communione privatos*. Possunt reperiri plurima exempla similia. BALUZIUS. Jam receperat Fellus lectionem *quondam* codicibus suis nixus, quibus nunc adjungo quatuor ex quinque illis, quibus usus sum. Interea haud licuisse clerico qui pœnitentiam egisset, recipere locum suum in ecclesia, satis ostendit Basilidis exemplum in litteris Synodicis proxime post has sequentibus commemoratum. Idemque inculcant cum Rigaltius alibi in *Notis ad Cyprianum*, tum Albaspinæus *Observatt. de Veteribus Eccles. Rit.* lib. ii. cap. 34. Binghamusque *Antiquit. Eccles. Christ.* lib. ii. cap. 2. §§. 2. et 4.

P. 98. l. 13. temere Therapius collega noster] Baluzius quidem duorum librorum veterum fide nixus, a quibus aberat vox *temere*, eandem ut a sciolo quodam ex sequentibus pag. hujus lin. 20. adjectam neglexit; quæ vero ipso fatente viro cl. in pluribus veteribus exemplaribus lectio inventa est, hanc ego minime eliminandam putavi, præsertim cum bene conveniret loco suo vocabulum. Nunc ego hanc editorum librorum lectionem in *codice* reperi *Novi Collegii priori* et in *duobus meis*. Sed in *codice Novi Coll.*

2. vox *temere* ante *matutino* posita est, neque ea omnino extat in codice olim *Meermannii*.

P. 98. l. 13. Therapius] Episcopus Bullensis in provincia proconsulari. Duplex autem fuit, ut alibi diximus, Bulla in ea provincia, una dicta simpliciter Bulla, cujus iste Therapius erat episcopus, alia Bulla regia. Concilio Carthaginensi sub Genetlio interfuit Epigonius episcopus Bullensium regionum, collationi vero Carthaginensi inter Catholicos et Donatistas Dominicus episcopus Bullensium regionum catholicus et Felix Donatista, qui in gestis vocatur simpliciter episcopus Bullensis. BALUZIUS.

Ibid. l. 15. decreti nostri] Cons. prioris Epistolæ init.

Ibid. l. 16. sine petitu et conscientia plebis] *Hoc* sæpissime dicit, *communicato etiam cum plebe consilio*. RIGALTIIUS a Fello allatus.

Ibid. l. 17. nulla infirmitate urgente ac necessitate cogente] Significari hoc loco Anglicus monet interpres duo pœnitentiæ laxamenta, quæ in duabus synodis concessa fuerant; quorum alterum permittebat absolutionem, quam clinicam vocat, de vita periclitantibus, alterum ignoscebat pœnitentibus, ingruente persecutione et minitante iniquitate temporum.

Ibid. l. 22. ac per hoc] An scribendum *ac* propter *hoc*, cum ex compendio vocis error facile oriri posset?

Ibid. l. 24. Quantum vero &c.] Citat hunc locum sanctus Augustinus lib. iv. contra duas epistolas Pelagianorum cap. 8. BALUZIUS.

Ibid. l. 26. baptizari non oportere] De baptismo infantium vide Josephum Vicecomitem lib. ii. cap. 1. de Antiquis Baptismi Ritibus et Scripta Anglicana Bucerii p. 655. 667. 781. Vide etiam tractatum Florentii Conrii de Statu Parvulorum sine baptismo decedentium. BALUZIUS.

Ibid. l. 29. sanctificandum] Ita omnes editiones ante Pamelianam et plerique libri veteres. Pamelius scripsit *sacrificandum*. Ita etiam Rigaltius, quamvis Goulartius, repudiata lectione Pamellii, scripsisset *sanctificandum*. Hanc lectionem maluerunt Angli. Recte quidem. Est enim

optima. Vide Epistolam 70. ad Magnum pag. 152. 155. BALUZIUS. *Sanctificandum* præstant codices quibus utor in his Conciliis edendis.

P. 98. l. 29. in concilio nostro omnibus visum est] Augustinus lib. iv. de Bapt. contra Donatistas cap. 23, 24. Infantium baptismum traditioni apostolicæ adscribit, hanc regulam proponens, *Quod universa tenet ecclesia, nec conciliis institutum, sed semper retentum est, non nisi auctoritate apostolica traditum rectissime creditur.* Licet in Concilio hoc Carthaginensi 66. episcoporum, *omnibus visum sit; nulli hominum nato misericordiam Dei, et gratiam denegandam;* hæc non ad pædobaptismum statuendum adducta qui olim obtinuit; sed ad Afrorum hæc in re judaizantium errorem refellendum vibrata, qui ad diem octavum, circumcisioni olim præstitutum, ritum illum differendum censebant. FELLUS. Notat Baluzius, vocem deesse *omnibus*, quam valde superfluum appellat, in septem codicibus antiquis, extare tamen ait apud *Augustinum*. Sed de inutilitate ejus mihi non constat.

P. 99. l. 4. nulla anima perdenda est] Citat hunc locum sanctus Augustinus in epistola ad Hieronymum de Origine Animarum. BALUZIUS.

Ibid. l. 6. secundum dierum sæcularium cursum] Sic infra: *Secundum seculum, non secundum Deum.* Nam apud Deum non est tempus. Dies igitur dicit seculares uti ab hominibus in seculo numerantur. RIGALTIIUS.

Ibid. l. 12. viduæ filium] Ita veteres editiones et omnes fere libri veteres. Pamelius edidit *viduæ Sunamitis filium* ex unico codice Anglicano, fassus vocem *Sunamitis* desiderari in cæteris antiquis codicibus. Angli scripserunt *Sunamitidis*. Ego sustuli hanc vocem, quam non dubito esse ex glossemate. Adinoneo tamen me illam reperisse in quinque libris veteribus. BALUZIUS. Nunc facere cum Baluzio video *codicem Novi Coll. posteriorem duosque meos*, cum Pamelio vero vetustissimum meum olim *Meermannii*. Habet *cod. prior Novi Coll. Sunamitis filium*, voce *viduæ* omissa.

Ibid. l. 16. inæqualitatem] Reliquæ editt. quas vidi

omnes præter Benedictinam vel *æqualitatem* vel *qualitatem* habent, sed fortasse lectionem receptam in codicibus suis invenit Baluzius. In nostris libris extat *qualitatem*. Ceterum ænigmata istæc ab imprudentia illa prope absunt, quæ fidem historiarum sacrarum subvertere ausa sit, ut mystici adstruantur sensus libris divinis.

P. 99. l. 23. discrimen] Tres libri veteres habent *differentiam vel discrimen*, alius *discrimen*. Ex similibus fontibus, ut sæpe monuimus, orta sunt tot vocabula synonyma apud Cyprianum. BALUZIUS. Ita et codex meus olim Meermannii *differentiam vel discrimen habet*.

Ibid. l. 29. præbeat patrem] Ita omnes fere libri veteres et omnes editiones. Atque ea lectio est optima. Nam certum est Deum se omnibus hominibus æqualiter præstare patrem. Est enim pater noster, in primis vero eorum qui credunt in eum, eorum qui per eum sanctificati et gratiæ spiritualis nativitate reparati filii ejus esse cœperunt, ut ait sanctus martyr in libro de Oratione Dominica p. 206. Et tamen Pamelius magis probat conjecturam Costerii existimantis legendum esse *parem*; eamque conjecturam Pamelius, ut ipse ait, in sua editione posuisset nisi contradicentes habuisset omnes libros manuscriptos et omnes editiones. Ego tamen vocem *parem* reperi in duobus codicibus antiquis. BALUZIUS. Ita unius codicis hanc esse scripturam refert editio Oxon., sed *patrem* præstant libri, quibus utor, MSSSti.

Ibid. l. 31. adhuc horreat exosculari] Rigaltius ait, Fidus, ad quem est hæc Epistola Cypriani, horrebat osculari recens natos infantes, cum suis impedimentis profusos utique et oblitos, indeque in octavum a partu diem differri baptismum volebat. Horrorem discutit Cyprianus iisdem argumentis quibus Tertullianus Marcionis hæresin confutavit exhorrentis Fidei Christianæ articulum quo Christum filium Dei de Mariæ virginis utero vere hominem natum adserimus. *Christus dilexit hominem illum in immunditatis, in utero coagulatum, illum per pudenda prolatum, illum per ludibria nutritum. Propter eum descendit, propter eum prædicavit. Tu hæc erubescenda illi facis quæ*

redemit? Tu exhorrescis in infante recentes adhuc Dei manus? Natura veneranda est, non erubescenda. Hæc Rigalt. Totus hic apparatus ex Ethnica superstitione originem sumpsit. Macrobius lib. I. cap. 16. *Est, inquit, Nundinum Romanorum Dea, a nono die nascentium nuncupata qui lustricus dicitur. Est autem dies lustricus quo infantes lustrantur et nomen accipiunt, sed is maribus nonus, octavus est feminis.* Dato infantes non ad osculum admittendos ante diem octavum, sequebatur utique non baptizandos; quilibet enim Christianus, fraternitatis jure ad pacis osculum admissus. FELLUS. In ritu baptismi dare osculum minister, et fortasse qui adessent, consuevit.

P. 100. l. 10. sacramentum est] Pariter hujus typi meminit D. Augustinus contra Faustum Manich. lib. xvi. c. 29. *Tertio die resurgens quem dominicum dicimus, qui post sabbatum numeratur octavus, etiam circumcisionem octavi diei ad se prophetandum pertinere declarat.* Et paulo post. *Quia ista resurrectio quæ credita est nos justificat, illa octavæ diei circumcisione figurata est.* FELLUS. In superioribus ex editione Baluziana mox nato post recens excidit.

Ibid. l. 12. veritate completum] Quidam libri veteres et editio Morellii habent *in veritate*. Quod potest esse melius. BALUZIUS. Adde editionem principem, ceterasque usque ad *Manutianam, codicemque scriptum Novi Coll. 2.* retinente et præpositionem *in*, ut Baluzius notavit, Morellii editione. At a reliquis abest.

Ibid. Namque octavus dies] Vide infra Annotationes ad S. VICTORINUM.

Ibid. l. 15. post sabbatum primus et dominicus] Magnum ante hos ducentos annos bellum cum maxima utrinque acerbitate gestum et pugnatum est inter Paulum de Middelburgo, qui postea fuit episcopus Forosempronien-sis, Petrum de Rivo sacræ paginæ professorem in academia Lovaniensi, et Thomam Bazin, episcopum Lexoviensem et dein archiepiscopum Cæsariensem, an die octava sabbati, id est die dominica, Christus resurrexisset. Tractatus Petri de Rivo editus fuit anno 1492. in urbe Lovaniensi, et Pauli adversus Petrum in libro sexto de Recta

Paschæ Celebratione. At tractatus Thomæ nondum editus habetur in bibliotheca regia. BALUZIUS. Videsis infra quæ de tempore Dominicæ resurrectionis alii aliter statuerint in DIONYSII ALEX. *Epist. ad Basilidem* hic edita.

P. 100. l. 18. Propter quod &c.] Refert hunc locum sanctus Augustinus sermone 294. p. 1193. novæ editionis. BALUZIUS. Ibi S. Augustinus, vel alius quis, adducto loco hæc quidem præfatus est; *Sanctus Cyprianus est, quem in manus sumpsi, antiquus episcopus sedis hujus; quid senserit de baptismo parvulorum, imo quid semper ecclesiam sensisse monstraverit, paululum accipite.*

Ibid. l. 27. Porro autem &c.] Totum hunc locum descripsit sanctus Hieronymus in fine libri tertii adversus Pelagianos. Sed apud Hieronymum legitur *remissio pro remissa*; et pro eo quod apud Cyprianum recte scriptum est *de ope nostra ac divina misericordia*, in Hieronymo habet *de ope nostra ad divinam misericordiam*. BALUZIUS.

Ibid. l. 28. gravissimis delictoribus] Negatoribus, sacrificatis, libellatis. Delictores dicit eos qui fidem Christo datam deseruerunt, dereliquerunt. Observavimus supra ad Epist. LV. (al. LII.) RIGALTIIUS a Fello allatus. At vero magis suadet illud, *cum postea crediderint*, exponenda verba istæ de hominibus Christianam fidem amplexis, atque idcirco baptismum petentibus, per quem quidem baptismi ritum in nomine Divino celebratum peccata omnia remitti ac deleri credebat antiquitas.

Ibid. l. 32. nisi quod secundum Adam] Vix alibi reperitur, apud antiquos scriptores, locus ad confirmandum dogma de originali peccato, magis appositus, et expressus. De veterum hac in causa placitis consulatur auctor Historiæ Pelagianæ, lib. ii. qui tamen immerito sugillat Clementem Alexandrinum, quasi doctrinam de originali peccato non satis intellexisset, siquidem quæ Stromat. lib. iii. ab ipso disputata sunt, adversus Enekratitas intentabantur, qui ferebant *τὴν γένεσιν ἀπλῶς ἐπικατάρατον*, ut ait Epiph. Porro asserebant Adamum damnatum. Iren. lib. I. c. 30. FELLUS. Hieronymus lib. iii. *adv. Pelag.* p. 545. et pluribus locis Augustinus, auctoritatem harum

litterarum Pelagianis, ut notavit Cellier *Histoire Générale*, &c. vol. iii. p. 590. objecerunt. Extant autem præterea insignia quædam de peccato originis in Cypriani libro *De Habitu Virginum* p. 180; atque adjiciendi sunt auctoribus illis veteribus, quos dogmatis hujus adduxit vindices eruditissimus Vossius in *Hist. Pelagiana* lib. ii. p. 1. thes. 5. Theophilus Antiochenus, Tertullianus, (cujus tamen testimonium quoddam in *Thesibus Theol. et Histor.* Disput. ii. ab eodem affertur Vossio,) Hippolytus, Firmilianus, Methodius, Dionysiusque Alexandrinus, vetustissimi scriptores; nec dubito, quin horum dietis addi mereantur Clementis Romani illa in *Epistola ad Corinthios*, cap. 31. Ceterum in *Epist.* 66. p. 593. tom. ii. ed. Benedictinæ Augustinus hæc scribit; *Beatus quidem Cyprianus non aliquod decretum condens novum, sed ecclesiæ fidem firmissimam servans ad corrigendum eos, qui putabant ante octavarum diem nativitatis non esse parvulum baptizandum, non carnem, sed animam dixit esse non perdendam, et mox natum rite baptizari posse, cum suis quibusdam coepiscopis censuit.*

P. 101. l. 10. nativitatis suæ ortu plorantes] Scriptores Ethnici infantium modo natorum fletum, miseriarum sequentis vitæ omen putabant: Cyprianus pietati ascribit, et ceu precum inarticulatam formulam commendat. FEL-LUS. Et alius quidam ex patribus Ante Nicænis, cujus tamen nomen mea excidit memoria, recens natorum vagitus ad deplorationem peccati originis detorquet.

CONCIL. CARTHAG. IV.

Ibid. l. 18. *Epistola*] Certum est hanc epistolam esse responsionem ad epistolam quam episcopi Hispani scripserant ad Afros in causa Basilidis et Martialis. Nulla illie mentio epistolæ ab illis scriptæ ad Romanos. Et tamen Baronius, qui vult omnia ecclesiarum negotia vetustis illis temporibus relata fuisse ad Papam, verisimili et vehementi se duei conjectura ait ut existimet Felicem et Sabinum

episcopos Hispanos, qui missi fuerant in Africam, ut sic Cypriani quoque suffragio sua ipsorum electione probata, inde tum ipsius tum aliorum ipsius collegarum litteris pariter communiti Romam ad refellenda Basilidis mendacia adnavigarent, sedisque apostolicæ auctoritate compescerent contumaces qui Hispaniæ episcopos contempsissent. At quia levis conjectura, ut Cicero ait, non penditur, ista inter leves numerabitur. BALUZIUS. Conferas Rigaltium mox infra annotantem.

P. 101. l. 22. Nicomedes &c.] In nonnullis libris scriptis et in *editt. Pamelii et Rigaltii* omissa sunt nomina episcoporum, quæ post *Polycarpum* hic sequuntur. Aliis autem MSSis nullum omnino præter Cypriani nomen adest, in plerisque tamen codicibus cum scriptis tum antiquius impressis omnia hæc nomina signantur.

Ibid. l. 30. Legionem] Urbs est Hispaniæ Tarraconensis in finibus Asturum a Nerva Imperatore condita, qui et Asturicam instauravit; unde ex vicinia non minus quam querela recte hic junguntur civitates istæ ut et Emerita, urbs adiacens ab Augusto condita. Quibus additur Cæsar-augusta (vid. p. 105.) iisdem auspiciis structa, quibus pessimi exempli attentatum Martialis et Basilidis grave periculum induxerat. FELLUS. Quæ urbes hodieque *Leon, Astorga, Merida, Zaragosa*, parum mutato nomine appellantur.

P. 102. l. 5. libellis idololatriæ commaculatis] De libellaticis, sive illis, qui libellum seu iudicis testimonium sibi comparabant, in quo scriptum erat, ipsos legibus satisfecisse, id est, Diis sacrificasse, tametsi nihil ejusmodi fecissent, vide cl. Moshemium more suo, hoc est et docte et fuse, in Opere *De Rebus Christianorum ante Constant. M.* disputantem. Sæc. III. §. ix. p. 482—489.

Ibid. l. 8. desiderastis rescribi ad hæc vobis] Non inconvenienter, neque absurde aliquis opinabitur, clerum Hispanum super istis episcopis idololatriis etiam ad Stephanum literas dedisse, ut ad Cyprianum. Sed cur ad Cyprianum, si potestas infinita penes Romanum? Immo Romano, ut longe posito, ac per negligentiam decepto, sive per ambitum aut gratiam subornato, Basilides et Martialis

injuste repositi in episcopatum, de quo juste depositi fuerant, cum usurpare locum pristinum conarentur, obstiterunt clerici Legionenses et Asturicenses una cum plebe, datisque ad Cyprianum litteris appellavere Carthaginensem adversus Romanum. RIGALTUS a Fello allatus.

P. 102. l. 28. contemptis divinis præceptis &c.] Hic Esaiæ locus fons et origo est omnium quas antehac observavimus dictionum hujusmodi Cyprianicarum, quibus hominum commenta, divinis mandatis opposita, damnantur: Dixerat autem Esaias: *μάτην δὲ σέβονται με διδάσκοντες ἐντάλματα ἀνθρώπων καὶ διδασκαλίας.* Christus apud Matth. Phariseos increpans dixit: *Quare et vos transgredimini mandatum Dei, per traditionem vestram.* Quod Cyprianus interpretatur, *Rejicitis mandatum Dei, ut traditionem vestram statuatis.* Pro *transgredimini, sive rejicitis, aut irritum fecistis*, Græca habent *παραβαίνετε* et *ἠκυρώσατε*. Cyprianus dixit, *contemnitis*. Itaque opponit humanæ indulgentiæ, divinam præscriptionem; humanis doctrinis, divina præcepta; traditionibus humanis, mandata divina. Ac semel statuit quod semper custodiri velit, humanam indulgentiam nihil concedere cuiquam posse, ubi Deus intercedit, hoc est, vetat. Videantur Observationes ad Epist. III. ubi de ecclesia humana. RIGALT. a Fello allatus.

Ibid. l. 31. *Sine causa*] Sic reddidit Cyprianus quæ Septuaginta dixerunt, *μάτην σέβονται με.* *Sine causa, vane, perperam.* RIGALTUS a Fello allatus.

P. 103. l. 4. audiri in precibus] Adnotat Erasmus videri Cyprianum sensitisse sacrificio sacerdotis impii nihil effici, immo magis inquinari populum. Joannes Gerson in sermone de cœna Domini: *Dic consequenter cur Cyprianus et alii doctores plurimi, quorum dicta recitantur in decretis, posuerunt nihil fieri in sacramentis nihilque conferri a schismaticis.* Vide I. q. 1. in decreto Gratiani. Apud Etherium et Beatum in libro primo adversus Elipandum Toletanum scriptum est sacrificium altaris offerri non posse per quemlibet sacerdotem, sed per sacerdotem sanctum et justum. Albertus Stadensis describens historiam quorundam hæreticorum qui anno 1248. cœperunt pullulare in ecclesia Dei, ait illos dixisse sacerdotes in peccatis mortalibus con-

stitutos non posse conficere eucharistiam. In articulis Wicleffi damnatis in concilio Constantiensi legitur: *Si episcopus vel sacerdos est in peccato mortali, non ordinat, non conficit, non consecrat, non baptizat.* Joanni de Varenis pastori sancti Læti in diocesi Remensi objectum est eadem tempestate quod *publice prædicavit quod presbyteri concubinarij non conficiebant corpus Christi*, ut videre est in tomo primo operum Gersonii p. 915. postremæ editionis. Apud Odoricum Raynaldum an. 1420. §. 17. extat bulla Martini Papæ V. adversus Nicolaum Serurarium prædicantem quod orationes et preces missales presbyterorum publice concubinariorum erant nullius valoris et presbyteros publice concubinarios esse pejores Juda. Vide Gregorium VII. lib. iv. Epist. 10. 11. 20. et notas nostras ad Agobardum p. 66. Contra apud Gratianum 1. q. 1. cap. *Intra catholicam* refertur locus ex Augustino, in quo scriptum est intra catholicam ecclesiam in mysterio corporis et sanguinis Domini nihil a bono magis, nihil a malo minus perfici sacerdote. Vide Hugonem archiepiscopum Rothomagensem lib. v. Dialogorum cap. 11. et Epistolam ejus Apologeticam ad Matthæum Albanensem, Vide etiam M. Antonium Marsilium in tractatu de Aqua benedicta p. 266. BALUZIUS. De solis sacerdotibus Cyprianus cum collegis suis loqui videtur, qui peccatis illis contaminentur, propter quæ lege ecclesiastica sacerdotiij fungi officiis desinerent. Adde, quod jam *depositus de munere jure fuerat* Basilides.

P. 103. l. 6. *peccatorem*] Codices aliquot memorat editio Oxon., in quibus scriptum est, ut in uno de meis, *peccatores*, quemadmodum legitur in *Evangelio*, sed etiam in hoc *ἀμαρτωλον* codices nonnulli præstant.

Ibid. l. 19. *Nec sibi plebs blandiatur*] Hunc locum alicubi mutatum et interpolatum retulit Algerus scholasticus Leodiensis in libro de Misericordia et Justitia cap. 81. et post *sacrificio contaminati* nonnulla addidit quæ neque in vulgatis editionibus extant neque in codicibus manuscriptis. Ea sic habent. *Nonne enim quia Jonas cum inobedientia esset in navi, navis periclitabatur conteri, quia Achaz cum anathemate laminae aureæ erat in Israel, exer-*

citus percussus et fugatus est ab urbe Hai. Si ergo ita punitum est in culpæ ignaros, quid fiet in conscios et consentientes? BALUZIUS.

Ibid. l. 24. *horum hominum durissimorum*] Horum hominum injustorum durissimorum. Ita coegit me auctoritas sedecim veterum exemplarium et vetustissimarum editionum ut mutarem lectionem jam inde ab Erasmo receptam. (Quæ est, consentientibus duobus e meis codicibus scriptis, *hominum istorum durissimorum*, sed *horum* pro *istorum* præstante Meermanniano.) Omnia enim vetera exemplaria habent *horum hominum injustorum durissimorum*. Sane in Fuxensi legitur tantum *hominum durissimorum*, per incuriam videlicet librarii, qui aliquid omisit. In capite xvi. Numerorum, ex quo locus iste descriptus est, legitur: *Recedite a tabernaculis hominum impiorum*. In Epistola tamen 76. (al. 77.) pag. 155. ubi idem locus refertur legitur *hominum istorum durissimorum*. BALUZIUS. Exhibent in hoc quoque loco, de quo agimus, eandem prorsus lectionem, *hominum istorum durissimorum*, editiones penes me *Manutiana*, *Morellii*, *Pamelii*, et *Rigaltii*, *Fellinaque*. Editiones vero primæ Romana ac Veneta habent *hominum injustorum durissimorum*, dum aliæ duæ ejusdem fere ætatis circa annum 1471. typis impressæ, *hominum istorum durissimorum* præstant. Sed et Hieronymus *adv. Luciferianos* p. 128, *ed. Froben.* affert ex S. Scriptura, *istorum hominum durissimorum*. Itaque lectionem consimilem, *horum hominum durissimorum*, quam Harduinus in *Conciliorum* editione aliique præstant, reposui, nam vocem *injustorum* seu *impiorum*, quæ quidem in *cod. Novi Coll.* 2. extat, eo negligendam putavi, quod lectio duplex tantum sit, dum $\sigma\kappa\lambda\eta\rho\omega\nu$ vocabulum $\tau\omega\nu\ \omicron'$. alii alio modo vertunt. Multæ porro apud *Cyprianum* hujusmodi sunt lectiones. Quod autem censent, cum in notis suis Rigaltius tum Anglicus interpres, per vocem *durissimorum* significari hoc loco a Cypriano Novatianos, qui lapsis pœnitentiam negarent, id mihi minus certum videtur.

P. 103. l. 24. *tangere ea quæ ad eos pertinent*] Veteres editiones et undecim libri veteres habent, *nolite tangere ab omnibus quæ sunt eis*. Quod mutatum videtur a posteri-

oribus librariis studio revocandæ lectionis quæ extat in editione vulgata sacræ scripturæ. BALUZIUS. Libri veteres quos memorat Baluzius, quibuscum consentiunt codices *Novi Coll.* meusque olim *Meermannianus*, τοὺς ὄ. ad literam exprimunt, ita enim Græca se habent, Καὶ μὴ ἄπτεσθε ἀπὸ πάντων ὅσα ἐστὶν αὐτοῖς.

Ibid. l. 26. plebs obsequens] Sermo de vexatione Donatistarum editus in appendice Optati a viro doctissimo Ludovico Ellies Du-Pin pag. 299. §. 3. *Ante plebem nimis sibi semper obsecutam.* BALUZIUS.

Ibid. l. 27. a peccatore præposito] Magna istic auctoritas datur plebi, ut de vita et moribus episcopi sui judicet, et si constiterit illum errare in fide, ab ejus communione abstineat. *Nam cum ideo episcopus*, ut ait sanctus Hieronymus in Dialogo adversus Luciferianos, *in ecclesia constituitur ut populum coerceat ab errore, quantus error erit in populo cum errat ille qui docet.* Item in Epistola ad Pamachium contra Joannem Hierosolymitanum: *Sanctiores enim sunt aures populi quam sacerdotis animus.* Vide notas nostras ad Agobardum pag. 61. et viri doctissimi nobisque amicissimi Domni Bernardi de Montefalcone præfationem ad opuscula sancti Athanasii §. 6. Vide etiam itinerarium Adriani Papæ VI. editum in libro tertio Miscellaneorum nostrorum pag. 451. Exemplum plebis recedere volentis ab episcopo suo refert sanctus Augustinus in epistola ad Nancilionem, quamvis non ageretur de fide, sed de nova translatione unius vocabuli in capite quarto libri Jonæ. Nos homines Romanæ communionis putamus recedendum esse a Papa si sit hæreticus. BALUZIUS. Notavit inter alia Anglicus Cypriani interpres, laicis vindicari hanc potestatem in decimo quinto Canone Concilii, quod vocat ille Septimum Œcumenicum, (quod quidem unum est ex synodis Photianis, cujus extant Canones pag. 331. et seq. *Synodici Beveregiani*.) separandi sese ab episcopo suo, si modo circa dogmata jam definita manifestus hæreticus extiterit, etiamsi nulla in eum lata esset synodica sententia. At vero hunc canonem ad clerum præsuli hæretico subditum præcipue pertinere dicerem. Nunc

autem lectorem ad notam relegare licet in *Anglica Patrum Bibliotheca*, v. III. p. i. p. 210. S. Cyprian.

P. 103. l. 28. ipsa maxime habeat potestatem &c.] Non proprio motu impulsæ, sed admonita per justam ac necessariam sollicitudinem aliorum præpositorum, per aliarum ecclesiarum episcopos, quorum consilia divinis præceptis respondent. RIGALTIVS a Fello allatus.

P. 104. l. 4. *et Aaron appositus*] LXX. προστεθεὶς ἀποθανέτω ἐκεῖ. Vulgata, *colligetur et morietur ibi*, h. e. *colligetur ad patres suos*. Ita *codex Fuxensis* a Baluzio memoratus habet, *et Aaron appositus ad patres suos moriatur*. Anglica Bibliorum versio, *ad populum suum*.

Ibid. l. 6. ordinationes sacerdotales non nisi &c.] Hoc exemplo Christianorum Alexander Severus dispositiones suas publicabat, ubi aliquos volebat vel rectores provinciis dare, vel præpositos facere, vel procuratores, id est rationales, ordinare: nomina eorum proponebat, dicebatque grave esse quum id Christiani et Judæi facerent in ordinandis sacerdotibus, non fieri in provinciarum rectoribus, &c. quæ apud Lampridium. RIGALTIVS a Fello allatus.

Ibid. l. 12. apostolo] Antea legebatur *episcopo*. Veram lectionem nobis subministrarunt tria vetera exemplaria. BALUZIUS. Sed prius restituta a Fello fuerat vox *apostolo* ex quatuor codicibus, quorum unus erat *Novi Coll. prior*. Similiter *unus* de meis, sed *tres alteri*, quibus utor, *MSSSti episcopo* habent.

Ibid. l. 13. *in medio discentium*] Ait, Act. i. ἐν μέσῳ τῶν μαθητῶν, Vulg. *discipulorum*, RIGALTIVS a Fello allatus. Tres libri veteres, *discipulorum*, eodem sensu. Paulo post quoque scriptum est *discipulorum*. Apud Tertullianum in libro de Pœnitentia, *Ad unius quidem discentis gladium*. Vide notas Pamælii. BALUZIUS. In codice meo olim *Meermannii* extat *discipulorum*.

Ibid. l. 14. *fuit autem turba in uno*] ἐπὶ τὸ αὐτό. Ipse Cyprianus principio hujus Epist. *Cum in unum convenissemus*. Psal. cxxi. ἦς ἡ μετοχὴ αὐτῆς ἐπὶ τὸ αὐτό. RIGALTIVS a Fello allatus. (Vulgata habet, *erat autem hominum turba simul fere centum viginti*. Baluziumque audi, qui reposuit,

fuit autem turba hominum fere centum viginti.) Antea ibi scriptum erat *turba in uno vel in unum*. Nos emendavimus et supplevimus ex fide quatuor veterum exemplarium. Recte sane. Nam in Actibus Apostolorum, unde acceptus est hic locus, legitur *fere centum viginti*. BALUZIUS. Sic vir cl. Quum vero hæc lectio ex *Vulgata interp.* Cypriano post advecta esse mihi videretur, prout ipse quoque Baluzius de alio loco Cypriani a librariis mutato pag. 79. judicaverat, veterem lectionem quam firmant codices nostri omnes, nil autem *Meermanniano* post vocem *turba* habente, revocandam esse censui. Confer et notam proxime sequentem.

P. 104. l. 18. *totam plebem*] Act. vi. 2. προσκαλεσάμενοι δὲ οἱ δώδεκα τὸ πλῆθος τῶν μαθητῶν. et 6. ἐνώπιον παντὸς τοῦ πλῆθους. Pacianus Epistola III. *cujus partes in unum*. RIGALTIVS a Fello allatus. Duo libri veteres, *totam multitudinem*. BALUZIUS. *Vulgata* hoc loco habet, *convocantes autem duodecim multitudinem discipulorum*.

Ibid. l. 26. *et non per me*] Καὶ οὐ δι' ἐμοῦ ἦρξαν. Os. viii. RIGALTIVS a Fello allatus. Mox in verbis, *et uniuscujusque actum de ejus conversatione perspexit*, pro *ex præpositio de* a Cypriano posita est.

P. 105. l. 6. rescindere ordinationem] Hac in re Stephanus fuit minus excusandus quod contra canones propriæ ecclesiæ tempore Cornelii stabilitos deliquerit; ubi sancitum, *lapsos ad pœnitentiam agendam posse admitti, ab ordinatione autem cleri atque sacerdotali honore prohiberi*. Quod etiam *ab omnibus episcopis in toto mundo constitutis* decretum. FELLUS.

Ibid. l. 8. Romam pergens] Quo solebant contumaces, ut procul ab suis quibus erant noti, facilius fallerent, fucum et imposturam facerent. RIGALTIVS a Fello allatus.

Ibid. l. 10. exambiret reponi] Ut ad communionem Romanæ ecclesiæ admissus, ad suos redux; se illuc pro episcopo agnitum jactaret, nullosque jam sine schismatis nota posse ejus communionem refugere, siquidem unitas ecclesiæ id posebat, ut alicujus ecclesiæ membrum ab omnibus agnosceretur. FELLUS. Basilidis factum obreptionem, non appellationem, vocat Cyprianus, quod monet

Richerius in *Hist. Concil. Generalium*, lib. I. c. vi. §. 9. Et quidquid colligendum est, ex eo quod ad Romanum episcopum se recepisset Basilides, communionem ecclesiasticam a majoris sedis episcopo adipisci sperans, constat ab Hispanis rogatam esse post episcopum illum a Basilide circumventum ecclesiam Africanam, ut ab ipsa ad se rescriberetur de depositione duorum episcoporum, atque ordinatione et substitutione Sabini; tum vero Africanam ecclesiam, actis horum Hispanorum comprobatis, eos, ne cum Basilide aut altero reo Martiale, spretis evangelii atque ecclesiae legibus, communicarent, magnopere hortatum fuisse. Sic rem contraxi. Conf. Dupin. *De Antiqua Eccles. Disciplina Dissert.* II. cap. ii. §. 1. p. 152. et Cellier. *Histoire Générale &c.* tom. iii. Art. Saint Cyprien. p. 125.

P. 105. l. 11. jure depositus] Antea legebatur *juste*. Quae sane lectio optima est. Verum cum *jure* scriptum sit in codice Veronensi, in quindecim vetustis exemplaribus nostris, et in septem Anglicanis, et Morellius ita quoque posuerit, non credidi rejicere me debere lectionem quae tot auctoritatibus nititur. Videtur autem differentiam inter haec duo vocabula posuisse auctor panegyrici Flaviensium Constantino dicti. Ait enim: *Fecisti ut quod poteramus jure petere juste obstinuisse videamur*. BALUZIUS. Præstant *jure nostri quinque codices*.

Ibid. l. 20. delictis gravibus involutus] Principio Epistolæ dixit: *Nefandorum facinorum conscientia vinctos*. Mox dicet, *Gravibus delictis implicatos*. Et alibi, *Conscientiam multis delictorum laqueis vinctam*. RIGALTIVS a Fello allatus. Ita quatuordecim libri veteres et editiones Erasmi et Morellii. At antiquiores editiones et sex libri veteres habent *gravique involutus crimine*. BALUZIUS. Cum lectione post recepta *codices nostri* faciunt.

Ibid. l. 23. et ut Felix] Non sane improbanda est interpretis Anglici conjectura, existimantis in locum Martialis successorem datum fuisse hunc Felicem, qui missus cum Sabino Basilidis successore et episcopus hic dicitur. Idemque placere nunc video cl. Kochio in *Comment. De Legationibus Ecclesiasticis*, §. 15.

P. 105. l. 24. Felix de Cæsaraugusta] Hinc Baronius collegit illum fuisse episcopum Cæsaraugustanum; ejusque sententiam amplexi sunt scriptores rerum Arragonensium. Sed illam graviter exagitat Franciscus Bivarius in commentariis suis ad chronicon Dextri, et contendit hunc Felicem non fuisse episcopum, sed presbyterum Vallatæ Urbicuæ in Vaccæis, argumento sumpto ex eo chronico. Sane certum est Felicem non vocari episcopum a Cypriano. Sed ex modo scribendi Cyprianico facile et proclive est existimare illum ea dignitate decoratum fuisse. Nam episcoporum qui concilium cum Cypriano celebrarunt apud Carthaginem dignitates non recenset notarius qui acta conscripsit, sed tantum nomina eorum et urbium quibus illi præsidebant, hoc modo (pag. 92.) *Cæcilius à Billa, Primus à Misgirpa, Polycarpus ab Adrumeto.* et sic de cæteris. Itaque licet Cyprianus scripserit tantum *Felix de Cæsaraugusta*, silentium ejus non probat Felicem non fuisse episcopum. Una res difficultatem mihi videtur habere, quomodo episcopus Cæsaraugustanus potuerit scribere ad Cyprianum de causa Basilidis et Martialis, cum vicinus eorum non esset, quippe longo intervallo ab eis sejunctus, neque probabile sit Sabinum et Felicem, qui brevi compendio poterant trajicere in Africam, profectos esse ad ultimos Hispaniarum fines ut per montes Pyrenæos irent ad Cyprianum. Si verum esset quod in sermone de sancto Laurentio dixit sanctus Vincentius Ferrarii sanctum Xystum Papam vadentem ad celebrandum concilium Toletanum transisse per Cæsaraugustam, istud confirmare fortassis posset iter Sabini et Felicis per Cæsaraugustam. Sed istud non aliunde constat quam ex sermone sancti Vincentii. Jam quod de Vallatæ Urbicuæ istic ex Dextro refert Bivarius, id vero vanum est, uti et illud quod ait apud Cyprianum pro *Cæsaraugusta* legi debere *Vallatæ Urbicuæ*, quam locat non longe ab Asturica. Nimia miseria est audacem esse hominem nimis. BALUZIUS.

Ibid. l. 31. si sibi vel laico &c.] Videsis notam ad init. superioris Epist. Synodicæ.

Ibid. l. 33. lutulenta convivia] Ubi de Idolothytis vesci

oportebat, nec sine libatione ad profana numina bibere licuit. FELLUS. Canone Ancyrani Concilii Septimo puniebantur Christiani, qui ejusmodi convivia publica collatis symbolis obirent.

P. 105. l. 33. in collegio] Ita omnes libri veteres et editiones omnes Pameliana antiquiores. Pamelius ergo mutavit ex unico codice Anglicano et posuit *et collegia*. (Ita quidem *Novi Coll. cod. prior*, sed reliquis, quibus usus sum, renitentibus.) Quod miror retentum fuisse in posterioribus editionibus. BALUZIUS. Præter pontificum, Fratrum arvalium, Potitorum, Augurum, collegia, et alia id genus; quæ Ethnicam idololatriam proxime spectabant; plurima fuerunt quæ ad reipub. administrationem, ad negotiationes, et artificia pertinere, quæ quidem omnia sub tutela alicujus profani numinis collocabantur; et proinde fieri non potuit, ut quis illis interesset, quin cultus istius fieret particeps. FELLUS.

P. 106. l. 2. apud prophana sepulchra] Rigaltius ait, In iis vero sepulchris erant plurima quæ ad ritus ethnicos pertinebant, quibus communicare et contaminari videbantur, qui mortuos suos illic deponebant: et hoc solo participes idololatriæ fuisse dicebantur. Sed et minime conveniebat Christianæ charitati unitatiq; Ecclesiasticæ, fratrum defunctorum corpora sepulchris inferre hostium nominis Christiani; quasi ipsi defuncti, tum maxime cum morentur, extra ecclesiam fuissent. Jure igitur Christiana fraternitas Ethnicorum collegia despuebat, ut pestifera; eorumque sepulera ut conditoria mortuorum. Etenim fideles habuere sua *κοιμητήρια*, dormientium videlicet, in spem resurrectionis ac beatitatis æternæ. Hujusce autem spei pignus illis fuit Christus, qui depositus in sepulchro revixit surrexitque. Ac mulieribus Dominum in sepulchro quærentibus obviam factus angelus dixit, *οὐκ ἔστιν ὧδε, non est hic*. Qui sane titulus tanto magnificus et gloriosus, quanto dispar vulgatis illis tumulorum inscriptionibus, *Hic Situs Est, Hic Jacet*. Hæc Rigaltius. Porro, quemadmodum a pluribus observatum, quod omnis fere gentium religio, mortuorum fuit cultus, ita vix aliqua ex parte magis

Ethnica superstitio se exerebat, quam in cura pro mortuis; hinc sacrificiis, iisque non raro humanis, Dii inferi sollicitandi, et placandi Manes; hinc tonsi crines, quæsitæ calvities, et incisa corpora mortuorum causa, de quibus agitur Deut. xiv. 1. FELLUS. Verba illa *exterarum gentium more*, et *alienigenis*, de gentilibus sic vulgo nominatis, extra ecclesiam positis, alienisque a sacris Christianis, interpretanda videntur.

P. 106. l. 3. apud procuratorem ducenarium] Extra curas exercitus et negotia belli, circa Principem Romanum fuit militia duplex. Litterata, quæ seriniis operam dabat: actiosa, quæ rebus agendis erat occupatissima. Hi magistriani dicebantur, et ex eorum schola Ducenarii et Centenarii, sive Sexagenarii, qui fiscales pecunias exigebant, a numero pecuniarum quas in stipendium accipiebant, nuncupati, Dio lib. liii. ubi de procur. Cæs. καὶ τοῖς γε ἐπιτροποῖς καὶ αὐτὸ τὸ ὄνομα ἀπὸ τοῦ ἀριθμοῦ τῶν διδομένων αὐτοῖς χρημάτων. Capitolinus in Pertinace: *Ad ducenatū sestertiorum stipendium translatus in Daciam*. Vetus inscriptio: *Procurator Augusti provinciæ Bæticiæ ad ducena accipienda*. Apuleius, Milesia vii. *Procurator Principis ducenaria perfunctus*. Natio valde infesta Christianis. Etenim per occasionem officii sui omnia minima maxima quæ in provinciis agerentur renunciabant. Itaque ab iis sæpe vexati Confessores Christiani nominis, nisi pactione turpi vexationem redimerent, sicut ab isto Martiali factum innuit Cyprianus. Titulus est lib. x. Cod. de exactionibus tributorum, ubi Constantinus Imp. vetat Ducenarios aliquem ex debitoribus convenire priusquam a tabulario civitatis nominatim breves accipiant debitorum, et l. seq. *Nemo carcerem, inquit, plumbatarumque verbera, aut pondera, aliæque ab insolentia iudicum reperta supplicia in debitorum solutionibus expavescat*. Et apud Eusebium legitur Epistola Synodi Antiochenæ ad Dionysium Romæ, et Maximum Alexandriae episcopos, qua patres Antiocheni tantam in Paulo Samosateno fuisse superbiam notant, ut Ducenarius aliquis haberi debuerit magis quam episcopus, adeo prave et insolenter circa omnem fraternitatem satagebat.

Verba Synodi, Historiæ Ecclesiasticæ lib. vii. cap. 30. sic habent, καὶ οὕτως ὑψηλοφρονεῖ καὶ ὑπερήρται κοσμικὰ ἀξιώματα ὑποδύμενος, καὶ δουκηνάριος μᾶλλον ἢ ἐπίσκοπος θέλων καλεῖσθαι, καὶ σοβῶν κατὰ τὰς ἀγορὰς, καὶ ἐπιστολὰς ἀναγινώσκων καὶ ὑπαγορεύων, ἅμα βαδίζων δημοσίᾳ, καὶ δορυφορούμενος &c. Hocce igitur hominum genus valde molestum, adeoque odiosum passim et invisum plerisque, ut etiam Circitorum et Curiosorum, sed præsertim Christianis, qui sæpissime talium officiorum crudelitate comprehensi ad potestates rapiabantur. Eulogius archiepiscopus Alexandrinus libro de Disciplina Ecclesiastica adversus Novatum, mentionem facit commentarii cujusdam Novatiani, cujus hanc fuisse hypothesin refert, ὅτι βασιλεύοντος Ῥωμαίων Δεκίου καὶ Οὐαλεριανοῦ, Περέννιος Δουκηνάριος πρόσταγμα λαβὼν παρ' αὐτῶν, πάντας τοὺς ἀνὰ τὴν Ῥώμην καὶ τὰς πέριξ ἐπαρχίας χριστιανοὺς βαρυνάταις βασάνοις καὶ πικραῖς τιμωρίαις εἰδωλολατρεῖν ἐβιάζετο, καὶ πολλοὶ μὲν καὶ ἄλλοι ἐνιδίδουν τῇ βίᾳ &c. (apud Photium in *Bibliotheca*, cod. 182.) Videantur quæ de Beneficiariis et Curiosis ad Tertullianum observavimus, et quæ ad ultimam Cypriani Epistolam, de Frumentariis: sed imprimis quæ ad Capitolini Pertinacem, Salmasius. RIGALTIIUS a Fello allatus. Plura de ducenariis erudite dicta reperies in observationibus Rigaltii. Vide etiam notam marginalem Beati Rhenani ad epistolam synodi Antiochenæ apud Rufinum lib. vii. cap. 26. et Josephum Scaligerum ad Manilium. Joannes Calvinus in lexico juridico, in verbo *Ducenarii*, citat epistolam quartam libri primi sancti Cypriani, quæ est hæc nostra, in qua ait extare hæc verba, *neque ut ille superbierit, sublatusque fuerit mundanis dignitatibus, ducenarius potius quam episcopus vocari volens*. At ego ista neque in editionibus inveni neque in libris veteribus. BALUZIUS. Hæc verba a Rigaltio superius adducta sunt ex *Epistola Antiochenorum*, cujus epistolæ partes a me infra collocantur.

P. 106. l. 12. et martyrio quoque dignatione Domini honoratus] Finge, sicca morte, non cruenta, affectum fuisse Cornelium, postquam Dominum confessus esset, prout

censet Pearsonius in *Annal. Cypr.* ad an. 252. §. 13. vetustissimi *Catalogi* auctore allato, cujus verba sunt in *Cornelio*: *Post hoc Centumcellis expulsus, ibi cum gloria dormitionem accepit*; attamen vir magnus minus recte statuere videtur, Cornelio mortem cruentam adscripsisse posteriores magis quam Hieronymum, etsi in libro *De Viris Ill.* dicentem, *ob Christum martyrio coronatum fuisse Cornelium*; quoniam in *Vita Pauli Eremitæ* ab eodem Hieronymo conscripta hoc positum est p. 240. ed. Froben. *Cornelius Romæ, Cyprianus Carthagine, felici cruore damnati sunt.* Porro, quanquam, in *Epist.* sua 67 vel 68. Cyprianus Lucium Cornelii successorem, qui similiter in exilium actus non in *Martyrum Catalogo*, sed in *Depositione*, seu sepultura, *Episcoporum* invenitur, *beatum martyrem*, commemorato simul Cornelio, appellaverit, siletque de martyrio Cornelii *Armenia Chronici Eusebiani* interpretatio, non itidem Hieronymiana, eorum tamen sententiam magis amplectendam propter Hieronymi verba arbitror, qui gladio imperatorio occisum esse Cornelium statuerint. Cornelii *venrandum cruorem* memorat quoque Maximus episcopus sæculo quinto Taurinensis, in *Sermonibus* suis, quos primus edidit Muratorius. Vid. Serm. iv. pag. 46. tomi quarti *Anecdott. Ambrosianæ Bibliothecæ.* Porro *decollatus est Cornelius*, ait quidem Anastasius Bibliothecarius in *Vitis Pontif. Rom.* p. 10. ed. Mogunt. p. 193. edit. Rom. sed, perinde ac Martyrologia, ex actis quæ adulterina videntur. Nunc vero digna putavi, quæ hic describantur S. Paciani verba qui ad finem vergente sæculo quarto Symponianum Novatianum in Epistola II. ita compellat. *Nam quod ante passum (Novatianum) putas et Cyprianum dixisse subjungis*; Præcessit me adversarius meus, [de dicto isto, quod Cypriano tributum est, nil mihi constat] *vide quam manifeste respondeam. Novatianus martyrium nunquam tulit, nec ex verbis beatissimi Cypriani auditum istud aut lectum est. Habes ergo epistolas, quibus Cornelium urbis episcopum, cui tantum Novatianus inviderat, inimicis principibus resistantem sæpe, confessum sæpe, vexatum refert, plurimis confessoribus, plurimis quoque martyribus duces*

factum, et cum plurimis gloriosissime coronatum, vivente tamen Novatiano, etiamque securo. Nam et ideo ab ecclesia Christi recesserat, ne illum labor confessionis urgeret. Qui primum stimulatus invidia, episcopatum Cornelii non ferebat; inde se Novato, paucorum epistolis derisus addixerat. Hæc omnia de Novatiano Cypriani litteræ perdocebunt. Porro etiam si passus est aliquid Novatianus, non tamen etiam occisus, non tamen coronatus. Quidni? Extra ecclesiæ pacem, &c. Cyprianus autem in concordia omnium, in pace communi, in confessorum grege passus est; et sæpe confossus iteratis persecutionibus, et multa laceratione vexatus, et novissime salutari calice propinatus est. Hoc fuit coronari. §. vii. pag. 20. tom. vii. Biblioth. Patrum Gallandianæ.

P. 106. l. 17. Dei timor irreligiosus] Ex uno tantum codice scripto posuit Fellus, *Dei timor apud irreligiosos*, dum impressos habere ait, *Dei timor irreligiosus*. Sed in *primis editt.* atque in *Erasmiana apud irreligiosos* extare invenio. Silet Baluzius altera lectione retenta. Olim conjeci legendum, *Dei timor religiosus*, quod post positum apud Cyprianum est. Nunc vero inspecto codice *Novi Coll. altero*, in quo scriptum est *in religiosis*, reponendum duco, *in irreligiosis*. Mox habes *a religione divina recedentibus*. Præstant vel *inreligiosus*, vel *irreligiosus*, reliqui mei codices.

P. 107. l. 3. nec annis] Duo libri veteres et antiquæ editiones præferunt *armis*. Sed hanc lectionem rejecit Pamelius, quia ipsi constabat regem Nabuchodonosorem nullis armis aggressum esse tres pueros, et posuit *annis* ex fide quinque veterum exemplarium, quam lectionem ego quoque reperi in viginti ex nostris. Unus meus vetus habet *caminis*. Atque ego eam lectionem facile credo esse meliorem, cum dici non possit de pueris aut adolescentibus eos esse senio et annis fractos, et quia vox *caminis* melius congruit cum historia. Quippe certum est Nabuchodonosorem, ut pueros istos commoveret et terreret multiplicis pœnæ comminatione, minas jactasse, pericula intentasse, denique parari jussisse fornacem sive, ut Sulpitii Severi verbo utar, *caminum ignis ardentis* in quem conjicerentur. Confirmant hanc meam opinionem verba

Cypriani ex epistola lvi. pag. 91. in qua tres pueri non dicuntur annis fracti, sed ætate territi, et minis regis et flammis fortiores extitisse. Itaque retinui eam lectionem quam puto esse meliorem. Commodius autem erectiusque de hac mea emendatione existimabit iudiciumque faciet qui varias istas lectiones sine ullo præiudicio examinaverit. Ita enim me sincerius exploratiusque vel corrigere poterit vel probare. Recte autem dixit Cyprianus *pueros nec caminis nec minis fractos*. Nam Cicero in libro primo Officiorum dixit frangi metu, et Statius ix. Thebaidos minis frangi. Sunt etiam alia exempla. BALUZIUS. Ante Pamelium, referente Pamelio ipso, extitit illud *nec annis* in *editione Manutii*; immo in Cypriani veterim editionibus. Neque in lectionibus variis *edit. Oxon.* ulla memoratur lectionis varietas. Baluzio tamen istud *nec caminis* editioni suæ reponenti, quæ quidem vox *caminus* in *Oratione Puero-rum* ad regem apud Danielelem invenitur, forsitan consensissem, nisi obstarent res duæ, prima ordo præposterus verborum, *nec caminis nec minis fractos*, deinde verba ipsa Cypriani, quæ a viro cl. adducta sunt, *Imitemur pueros, Ananiam, Azarium, et Misahalem, qui nec ætate territi, nec captivitate fracti, Judæa devicta et Hierosolymis captis in ipso regno suo regem fidei virtute vicerunt, et minis regis et flammis fortiores extiterunt*. Et alibi quoque, si bene meminimus, apud Cyprianum ex tenera horum confessorum ætate hortamentum ducitur ad fortitudinem. Itaque lectionem prius receptam *nec annis*, h. e. juvenilibus annis, revocavi, quam quidem lectionem nixus fide unius tantum codicis cum altera *nec caminis* Baluzius mutaverat.

P. 107. l. 19. etsi aliqui de collegis nostris &c.] Stephanus suique hoc quoque loco vituperantur, qui misceri se cum peccatoribus pœnitentiam non agentibus illicita communicatione passi sint.

Ibid. l. 31. *non intellexerunt*] Consentit Cyprianus lectioni illorum codicum qui habent *οὐκ ἐνόησαν*; et deinceps *οἱ αὐτὰ ποιοῦσι*, et *οἱ συνευδοκοῦσι*. FELLUS. Ea quæ istic Pamelius ait non reperiri in veteribus manuscriptis (*non intellexerunt*—*digni*) ego reperi in quindecim. BALUZIUS.

Cum Pamelii scriptis consentientes video codices quibus usus sum. Vulgo legitur ἐπιγινωσκοντες sine particula negativa apud *apostolum* verba repetentem.

P. 108. l. 5. nocentium contactibus polluantur] Pacianus epist. iii. *rejicere nocentes, attactus peccantium fugere.* RIGALTUS a Fello allatus.

Ibid. l. 12. Opto vos] Duo libri veteres et editio Morellii habent *Optamus*. Utraque lectio bona est propter rationes alibi allatas in simili occasione pag. 393. BALUZIUS. Scil. ad *Epist. Cypriani* 6. ubi ad lectiones *opto vos*, et *opto te*, hæc sunt a Baluzio adnotata: “Tametsi epistola
“ scripta sit ad plures, præcipue tamen et nominatim
“ scripta est ad Rogatianum personam illustrem. Et ideo
“ Cyprianus finem ei opponens, clausulam valedictoriam,
“ ut solet, ad eum dirigere potuit.” Ante Morellium exhibuerat *optamus vos* Erasmus. Sed in *epistola Synodali* proxime sequente, ubi legitur *optamus*, vetustissimæ *editt.* sicut hic, habent *opto*. Nimirum ita interdum ponitur clausula per compendia, Op. V. F. CH. S. B. V. *Opto* præstant *tres mei manuscripti*. In *codice Novi Coll. priore Vale*, pro tota clausula extat. A *posteriori codice* clausula abest.

CONCIL. CARTHAG. SUB CYPRIANO V.

P. 108. l. 17. Anno COLV.] Hoc Concilium, præeunte Pearsonio in *Annal. Cyprian.* anne 255 post Christum apposui. Variatur enim de tempore hujus atque reliquarum sub Cypriano synodorum in *Conciliis editis*. Ceterum de synodo ipsa ita scribit Cyprianus in initio *Epistolæ ad Quintum*. *Retulit ad me, frater carissime, Lucianus compresbyter noster te desiderasse, ut significarem tibi quid sentiamus de his qui apud hæreticos et schismaticos baptizati videntur. De qua re quid nuper in Concilio plurimi coepiscopi cum compresbyteris qui aderant censuerimus ut scires, ejusdem Epistolæ exemplum tibi misi.* Hæc ille ad Quintum. Postea vero ad Stephanum quoque Romanum et ad Jubaianum easdem hæc synodales misit literas Cyprianus,

una cum ipsa illa ad Quintum epistola, ut constat ex epistolis ad eundem Stephanum atque Jubaianum.

P. 109. l. 1. Cum simul in concilio] Græculus interpres, ἐν κοινοβουλίῳ. Epistola hæc in Codice Synodico Græcæ Ecclesiæ, concilio Carthaginensi sub Cypriano habito præfigitur, [hoc est Concilium sub Cypriano septimum,] et quasi illius canon perhibetur; quem episcoporum suffragia, quæ eum tanquam ἐνθυμήματα sive ἐπιχειρήματα, ut ait Zonaras, varie illustrarunt, sequebantur. Balsamo et Zonaras, literis istis Jubaiano responsum fuisse redditum asserunt, eo quod illius mentionem factam in Cypriani proloquio observassent; quanquam et Codices MSS. Latini plurimi, suffragia hæc in re perhibent. Sed perpetui hospites in occidentalium rebus fuerunt orientales, nec quidem rectius epistolam ipsam in Græcum sermonem transtulere, quam de scripti occasione et origine senserunt. Interea vero dicendum, quod siquidem hæc epistola erat synodica, et hæreticorum baptisma damnabat pariter cum illa synodo quæ sequebatur lxxxvii. Episcoporum, merito in pandectas conciliorum recipiebatur; et ita ad Orientales, qui diversarum synodorum diversis temporibus habitarum decreta pro ejusdem placitis accipiebant, errore non admodum damnosum, fuerat transmissa. Porro notandum, omnes synodos Africanas sub Cypriano, a Concilio sexto Generali in Trullo fuisse confirmatas can. 2. FELLUS. Monuit Baluzius inscriptionem hanc esse in *codice Thuani*; *Incipit ad Jubaianum* (quod nomen in plurimis codd. extat pro *Januario*, uno de patribus hujus Concilii) *liber secundus*, in uno vero veteri, *Incipit ad Jubaianum epistola tertia de his ipsis*, id est, de lapsis. Hæc est inscriptio in Codice Novi Coll. priori, et in uno de meis. Sed in posteriori nullum nomen præfixum est.

Quod ad canonem attinet Concilii Sexti Generalis, verba patrum sunt, Ἐπισφραγίζομεν δὲ καὶ τοὺς λοιποὺς πάντας ἱεροὺς κανόνας τοὺς ὑπὸ τῶν ἁγίων καὶ μακαρίων πατέρων ἡμῶν ἐκτεθέντας, τοῦτ' ἔστιν τῶν τε ἐν Νικαίᾳ, &c. deinde post nominata reliquorum conciliorum et patrum decreta pergunt, sed caute, scribere, ἔτι μὴν καὶ τὸν ὑπὸ Κυπριανοῦ τοῦ γενο-

μένου Ἀρχιεπισκόπου τῆς Ἀφρῶν χώρας καὶ μάρτυρος, καὶ τῆς κατ' αὐτὸν Συνόδου ἐκτεθέντα κανόνα, ὃς ἐν τοῖς τῶν προειρημένων προέδρων τόποις, καὶ μόνον, κατὰ τὸ παραδοθὲν αὐτοῖς ἔθος ἐκράτησεν. Can. 11. *Canonibus quoque, qui Apostolici vocantur, 46 et 47, hæreticos denuo baptizandos esse jussum est. Sed mos rursus tingendi illos quidem hæreticos, qui in nomine sacræ Triadis baptizati essent, neque ante neque post tempus conciliorum horum Africanorum majori parti ecclesiarum placuit. Testes sunt temporum his conciliis vetustiorum ipse quoque Cyprianus et coepiscopi ejus, qui tot locis consuetudinem sibi adversari fatentur. Ait ipse etiam Firmilianus in Epistola ad Cyprianum suum;—quod quidem adversus Stephanum vos dicere Afri potestis, cognita veritate errorem vos consuetudinis reliquisse. §. 13. Hoc præsul Cæsareæ Cappadocum; qui statim post gloriatur, se suosque Asiaticos veritati et consuetudinem jungere, et consuetudini Romanorum consuetudinem, sed veritatis, opponere; ab initio hoc tenentes quod a Christo et ab apostolis traditum est. Sed tamen Harduino haud assentiendum videtur, qui S. Hieronymi auctoritate fretus concilium in Africa his Cyprianicis in indice suo Conciliorum superinduxit, in quo illi ipsi episcopi (verba Hieronymi sunt adversus Luciferianos, p. 117. ed. Froben.) qui rebaptizandos hæreticos cum eo (Cypriano) statuerant, ad antiquam consuetudinem revoluti novum emisere decretum. Nam, et recte monuerunt contra Hieronymum cum multi alii tum Basnagius *Annal.* vol. ii. p. 386. ad Arelatense Concilium usque, regnante Constantino M. Afrorum viguisse rebaptizandi disciplinam, id testante ipsa illa Synodo, Can. VIII. *De Afris, quod propria lege sua utuntur ut rebaptizent, placuit, ut si ad ecclesiam aliquis de hæresi venerit, interrogent eum symbolum; et si perviderint eum in Patre et Filio et Spiritu Sancto esse baptizatum, manus ei tantum imponatur, ut accipiat Spiritum Sanctum.* Adde quod, si tale unquam concilium extitisset, certo certius Augustinus in Responso suo, in lib. 6. et 7. *Contra Donatistas*, post singulas, quas affert, sententias patrum, qui in Concilio Africano tertio de Baptismo, sive septimo sub Cypriano,*

interfuerant, de retractata ipsorum opinione ad omnem versum nonnihil ingerere perstitisset.

P. 109. l. 2. ad nos] Mirum est has voces, quæ propagatæ sunt ex editione Erasmi, desunt enim in aliis editionibus, non reperiri nisi in tribus antiquis exemplaribus, quamvis hanc epistolam contulerim cum viginti sex. Desunt ergo in Turonensi, in uno Remigiano, et in Beccensi. BALUZIUS. Voluit dicere Baluzius, *Extant ergo*, non *Desunt ergo*. Sed deerant eadem voces in *sex codicibus* in *edit. Oxon.* indicatis, *aliisque quatuor* quibus utor, inque veterimis Cypriani editionibus.

Ibid. l. 4. quæ una et vera est] Ita restituimus hunc locum ex fide quatuor veterum librorum. BALUZIUS. Vulgo, *quæ una est*, et consentientibus quatuor nostris codicibus.

Ibid. l. 9. antecessoribus nostris] Agrippino videlicet et aliis, quos septuaginta fuisse scribit sanctus Augustinus, uti monuimus ad epistolam nonam pag. 396. Vide etiam notas ad epistolam lxxiii. BALUZIUS. Nihil habet ibi Baluzius de Agrippini tempore, quod quidem plerisque videtur ignotius esse, quam ut certi aliquid de eo statuatur. Nam qui Cypriano sunt in *Epistola* sua lxxiii. sive *ad Jubaianum*, *multi anni et longa ætas*, eos, *paucos ante Cyprianum annos* appellat Augustinus lib. iv. *Contra Donatist.* cap. 6. Attamen jam diu apud Afros invaluisse opinionem de vanitate baptismi hæreticorum, ostendit Tertullianus, adhuc catholicus, in libro suo *De Baptismo*, ubi iisdem fultus rationibus, quas nobis inculcat Cyprianus, improbat hæreticorum baptismum, ac pro irrito habet. Vid. cap. 15. Immo vero in *Geographia Africae Sacra* S. Optato a Dupinio præfixa post verba Tertulliani p. xxx. allata, *Circa hæreticos sane quid custodiendum, digne quis retractet? ad nos enim editum est*; per eadem verba designari ait se haud dubitare vir doctissimus decretum Agrippini contra hæreticorum baptismum; indeque et ex Cypriani verbis colligit, videri Agrippinum, non tertio, ut vulgo putant, sed sub finem secundi ecclesiæ sæculi Carthagine sedisse. Neque ætatem Agrippini diversam constituerat Fellus ad locum illum *Epistolæ ab Jubaianum*, p. 199. Jamque video eru-

ditum *Africae Christianae* auctorem cl. Morecellum statuere, a Cypriano designata esse secundi potius sæculi extrema, quam initia tertii, vol. i. p. 12. Ceterum in *Epistola ad Quintum*, quæ est de hæreticis baptizandis, Cypriani hæc habes ad Agrippini aliorumque decretum pertinentia; *Quod quidem et Agrippinus bonæ memoriæ vir cum cæteris coepiscopis suis, qui illo in tempore in provincia Africa et Numidia ecclesiam Domini gubernabant, statuit et librato consilii communis examine firmavit.* p. 127. ed. Benedictin.

P. 109. l. 10. Vobiscum pari consensione conjungimus] Cum hæc prius cum antecedentibus conjuncta essent, ideo olim conjeci, vel legendum esse *conjuncti* pro *conjungimus*, claudicare enim orationem, vel posita finali distinctione post voces illas, *et a nobis observatam, conjungimur* esse reponendum. Editi aliqui ac scripti *confessione* pro *consensione* exhibent, sed *interpretatio Græca καὶ συζέγγυμει* habet.

Ibid. l. 12. extra ecclesiam] Vetus interpretatio in recentiore codice Victorino, *id est extra formam ecclesiæ. Tamen baptizatur qui a Judæo vel a gentili vel ab hæretico baptizatur, si secundum formam ecclesiæ baptizet.* Sumptum est istud ex capite *A quodam Judæo* apud Gratianum dist. 4. de consecratione, ubi Nicolaus Papa I. respondens ad consulta Bulgarorum ait baptismum esse bonum, quamvis sit collatus ab eo quem non constabat esse Christianum, si collatus sit in nomine sanctæ Trinitatis vel tantum in Christi nomine. Contra Gregorius III. scribens ad Bonifacium archiepiscopum præcipit ut illi denuo baptizentur quos a paganis baptizatos esse constitit. Refertur illa constitutio lib. vii. Capitularium cap. 101. et apud Gratianum cap. *Quos a paganis* eadem distinctione. Vide etiam bullam Eugenii IV. apud Odoricum Raynaldum an. 1439. §. 15. Vide Gerochum Reicherspergensium in tractatu adversus simoniacos cap. 22. et Algerum scholasticum Leodiensem cap. 52. de Misericordia et Justitia. BALUZIUS.

Ibid. l. 12. baptisma unum] Non tantum eo nomine quod repeti non debet; sed quia ab ecclesia proficiscitur

quæ nisi una superesse non potest. FELLUS. Certum est magnam ea tempestate fuisse controversiam inter episcopos ecclesiæ Romanæ et Carthaginensis an hæretici venientes ad ecclesiam debeant rebaptizari. Initia hujus controversiæ vulgo referuntur ad pontificatum Papæ Stephani. At Rufinus lib. vii. cap. 2. scribit eam cœpisse sub pontificatu Cornelii. Quod Baronius contendit esse falsum. Sed Baronii sententiam quidam viri docti putarunt non esse veram. Profecto auctoritas Rufini veteris et docti scriptoris non debet rejici absque bonis testimoniis. Potest autem illa confirmari auctoritate epistolæ Cornelii ad Cyprianum, quam descripsi ex duobus antiquis codicibus manuscriptis, quorum unus est in bibliotheca monasterii sancti Remigii Remensis, alius in bibliotheca illustrissimi et doctissimi viri Joannis Bohierii præsidis infulati in parlamento Burgundiæ. Edita est autem supra pag. 167. Ubi vero Raphael Volaterranus invenerit Cornelium cœsisse Cypriano nondum invenire potui. Cæterum istic annotari potest Armenos, ut tradit Guido de Perpiniano, dixisse quod verum baptisma solum erat in ecclesia majoris Armeniæ, et non in aliis, propter quod alios ad se venientes rebaptizabant. BALUZIUS. Haud germanam esse, sed omnino repudiari debere, epistolam istam Cornelii ad Cyprianum a Baluzio primum editam, ostendi ad finem S. CORNELII Excerptorum p. 88.

P. 109. l. 15. *lacus detritos*] Rigaltius ait; *λάκκους συντετριμμένους*. Vulg. *cisternas dissipatas*, hoc est, rimarum plenas, hac illacque perfluentes. Pacianus epist. iii. *non consecrata sede contentus, detritum lacum adulterini fontis adamavit*. Hieronymus adversus Luciferianos: *Conatus est et beatus Cyprianus contritos lacus fugere, nec bibere de aqua aliena, et idcirco hæreticorum baptisma reprobandis, ad Stephanum tunc Romanæ urbis episcopum, qui a beato Petro vigesimus sextus fuit, super hac re Africanam Synodum direxit: sed conatus ejus frustra fuit*. RIGALTIVS a Fello allatus. Reposuit S. Hieronymo editor ejus novissimus cl. Vallarsius *vicesimus secundus*, pro *vigesimus sextus*. Et Eusebii *Chronicum* tam *Hieronimianum* quam *Armenium*

Stephanum vicesimum secundum post Petrum dicit. Sed alii Petro et Stephano inclusis numerant episcopos viginti et quatuor, qui tum Cletum tum Anaetum agnoscunt.

P. 109. l. 15. *aquam portare*] Septuaginta dixerant: ὕδωρ συνέχειν. Apud Balsam. et Zonaram legitur, συσχεῖν. Apud Tertul. *foderunt sibi lacus contritos, qui non poterant aquam continere.* RIGALTIIUS a Fello allatus.

Ibid. l. 16. *Ab aqua aliena*] Hæc frustra alibi quam in Græcis exemplaribus quærentur. FELLUS. Additamentum est τῶν ὁ. ad finem capitis noni *Proverb.* et quanquam ad edit. Oxon. oram locus alius aliquanto similis in cap. vi. 24. (verius esset v. 15.) *Proverb.* signatus est, diversum quid sensisse de verbis videtur doctissimus editor, qui nullum Scripturæ locum apposuit ad hæc eadem verba in Suffragio v. CONCILII VII. quod mox sequitur. Posuit interea ad verba in *Proverbiis* antecedentia, Οὐτε γὰρ διαβήση ὕδωρ ἀλλότριον, Clemens Alex. in *Strom.* lib. i. c. 19. — τὸ βάπτισμα τὸ αἰρετικὸν, οὐκ οἰκείον καὶ γνήσιον λογιζομένη. Hic bene nota Clementis fine sæculi secundi et in Ægypto scribentis opinionem de hæretico baptismo; eandemque de Meletianorum baptismo Alexandrinum præsulem Petrum amplexum esse sententiam, constat ex Sozomeni lib. ii. *Hist. Eccl.* cap. 25.

Ibid. l. 18. mundari et sanctificari aquam] Formulæ illæ liturgicæ quibus elementa sacramentorum ad usus divinorum mysteriorum separantur; hinc et aliunde apparent non tam nuperæ esse, quam Novatores sibi et aliis persuadere satagunt. FELLUS.

Ibid. l. 30. Sed et ipsa interrogatio] *Dum mergitamur,* inquit Tertullianus, *amplius aliquid respondentes, quam Dominus in Ecangelio determinavit, sub Antistitis manu contestamur.* RIGALTIIUS a Fello allatus.

Ibid. l. 32. *remissionem peccatorum per sanctam ecclesiam*] Apostolorum Symbolum quanquam in omnibus ecclesiis obtinuit, in singulis fere, quemadmodum a Ruffino olim observatum, aliquatenus variabat: Africanam ecclesiam hoc modo articulos hosee concepisse, ex Cypriani verbis satis videtur constare; *ipsa,* inquit, *interrogatio qua fit in*

baptismo testis est veritatis. Nam cum dicimus: Credis in vitam æternam, et remissionem, &c. patet hanc fuisse interrogationem quæ fit in baptismo; et verba ipsa quibus sacerdos interrogando præivit, et quæ catechumenus respondens repetebat. Epistola ad Magnum eadem occurrunt verba, ordine aliquantum mutato. Credis remissionem peccatorum, et vitam æternam per sanctam ecclesiam? Certe articulus de communione sanctorum, in occidentali ecclesia serius obtinuit. Neque enim in Aquileiana reperiebatur tempore Ruffini, nec agnoscit D. Augustinus in lib. de Fide et Symbolo; nec in fidei formula comparet quam tradidit Maximus Taurinensis, aut quam exposuit Chrysologus; non etiam occurrit in vetere codice MS. Regis Æthelstani in Biblioth. Cottoniana, ubi ad Psalterii calcem symbolum Græce habetur. Nec in codice Bodleiano Actorum Apostolicorum, ubi literis Saxonice habetur symbolum Græce descriptum, quod constat mille abhinc annis fuisse exaratum. Imo non a Græcis agnoscebatur Eusebii tempore, nec Epiphani, Cyrilli Hierosolymitani, aut Concilii Ephesini. Imo quidem articulus de vita æterna desideratur in exemplaribus nostris supra memoratis; sic enim extrema symboli se habent: ἀγλαν ἐκκλησίαν, ἀφεσιω ἀμαρτιῶν, σαρκὸς ἀνάστασιω. ἀμήν. FELLUS.

P. 110. l. 2. baptizare posse] Adjecimus hæc duo vocabula ex fide quatuor veterum exemplarium; quorum unum est Corbeense, in quo epistola ista bis habetur. BALUZIUS. Non agnoscit vocabula aut *Interpretatio* epistolæ *Græca*, in qua οἱ αἰρετικῶν συνήγοροι positum est, aut quatuor quibus utor Manuscripti.

Ibid. l. 7. gratiam Christi] Suavitatem, quæ unctione significatur, *Christianus*, inquit Septimius, *quantum interpretatio est, ab unctione deducitur. Sed et cum perperam Christianus pronunciat, de suavitate vel benignitate impositum est.* RIGALTUS a Fello allatus.

Ibid. l. 8. eucharistia et unde—sanctificatur] Veram esse arbitramur scripturam quam edidit Manutius; porro autem eucharistia est unde baptizati unguuntur, oleum in altari sanctificatum. Sic persuadent exemplaria. Nam

in Corbeiensi legitur, Porro autem eucharistia est unde baptizati unguuntur oleo in altari sanctificato: In Veronensi et Thuaneo, sicut in Manutiana editione. Perperam Græci apud Zon. et Bals. ἀγιάζεσθαι ἔλαιον εἰς εὐχαριστίαν. At præclare Cyprianus dixerat, *eucharistiam esse oleum in altari sanctificatum*. Oleum scilicet per ἔντευξις, hoc est interpellationem sive invocationem divini numinis, per laudes et gratias Deo fusas et nuncupatas benedictum. Sic Matthæus et Marcus et Joannes eucharistiam dixerunt eulogiam, nec tantum in cœnæ Dominicæ institutione, verum etiam in panum multiplicatione. Quod Evangelistarum verbis accurate collatis facile deprehenditur. RIGALTIVS a Fello allatus. Addit Fellus: Porro observare operæ pretium fuerit, quod Erasmus et Pamelius considerantes in hujus loci conclusione Cyprianum distincte loqui de oleo et eucharistia, ut et Augustinum argumenta ejus solventem de bapt. cont. Donat. lib. v. cap. 20. nihilque debere esse in conclusione quod non erat in præmissis; post *unguntur* reposuerunt *et pro est*; et *sanctificatur* pro *sanctificatum*. Non absurde id quidem, si id jus haberent editores ut quod ipsis non placebat, emendare licuisset; aut si in argumenti conclusione, oleum et eucharistia disparate sint intelligenda. Verum Albaspinæus de Eucharist. lib. i. c. 14. eos insimulat audaciæ, ac contendit veterem lectionem retinendam esse, in qua magnum mysterium sibi visus est deprehendisse, siquidem oleum quo baptizati ungebantur, coram eucharistia consecrari solitum. Sed nihil opus istis mysteriis, vera ratio propter quam Cyprianus Eucharistiam apud hæreticos fieri, et unctionem spiritalem conferri negat, ea est; quod censuerit in eucharistia sicut et in oleo, et in baptismo, nos ungi spiritualiter sanguine Christi, eucharistiamque perficere et complere quod baptismus et oleum hoc respectu inchoassent. Hoc autem sic intellecto, quis eum in unctionis spiritualis quæstione, Eucharistiæ mysterium adducere mirabitur? Certe participationem sanguinis Christi in Eucharistia Veteres unctionem dicebant. Clem. Alex. in Pædag. l. ii. c. 2. διπλὸν τὸ αἷμα τοῦ κυρίου. τὸ μὲν γὰρ ἐστὶν αὐτοῦ σαρκικόν,

ὧ τῆς φθορᾶς λελυτρώμεθα· τὸ δὲ πνευματικὸν, τουτέστιν ὧ κεχρίσμεθα. Nazianzen. Orat. 41. μυστήριον ἔχρισέ με. Chrysost. in Epist. ad Heb. Rom. xvii. μύρω χρίεις, καὶ πάλιν δυσωδίας πληροῖς; Revera, quemadmodum Dominus testatur, Mat. xxiii. 19. altare sanctificat munus quod superimponitur, ita qui non habent altare aut eucharistiam, nec unctionem spiritualem habere possunt. Et quidem argumenti hujus vim admisisse videntur adversariarum partium patroni, siquidem apud hæreticos baptizatos, per manuum impositionem recipiendos statuebant. Ad unctionem spiritualem hæc omnino revocat D. Augustin. lib. xv. de Trinit. c. 26. *Manifestius de illo, scil. Christo, scriptum est in Actibus Apostolorum x. 38. Quoniam unxit eum Deus Spiritu sancto. Non utique oleo visibili, sed dono gratiæ, quod visibili significatur unguento quo baptizatos ungit ecclesia.* FELLUS. In emendando hoc loco secuti sumus in primis scripturam libri Corbeiensis. [Posuit Baluzius in hoc loco emendando, *eucharistia est unde—oleo in altari sanctificato.*] Sex libri manuscripti et veteres editiones habent *oleum in altari sanctificatum.* Manutius posuit: *Porro autem eucharistia est, unde baptizati unguuntur, oleum in altari sanctificatum.* [Ita et edit. princeps et aliæ ejusdem ætatis.] Hieronymus in dialogo adversus Luciferianos ait baptismum non esse tradendum sine eucharistia. Quod diu duravit in ecclesia Dei, ut ostensum a nobis est in notis ad Reginonem p. 551. 657. et in notis ad Capitularia p. 1236. In concilio Pragensi Hussitarum apud Cochlæum lib. v. historiæ Hussitarum decretum est ut eucharistiæ communicatio detur infantibus. Hæc tantum. Et tamen Odoricus Raynaldus an. 1421. §. 12. scribit illud ab illis statutum esse circa infantes baptismo perluendos. Quod verum non est. Hæc enim additio Raynaldi non extat in decreto synodi. Æneas Sylvius in dialogo contra Bohemos et Taboritas, qui editus est inter illius epistolas, ait: *Vetus hæc Armenorum insania fuit, qui natos ut in lucem veniebant, mox baptizatos, mox altaris sacramento reficiebant, quod et vos aiunt facere, qui dementes atque infantes ad eucharistiæ libamenta vocatis* In responsionibus Armenorum ad ob-

jecta Latinorum missis ad Papam Benedictum XII. anno 1342. legitur quod illi postquam puerum baptizarunt, *baptizatum communicant sic. Cum corpore Christi sicco tangunt labia pueri, et reponunt, et si sacerdos celebret, et in tempore illo baptizetur puer, bene modicum sacerdos digitum suum tingit in sanguine, et inde tangit labia pueri.* BALUZIUS. Quamvis aliter jusserint tum decem codices scripti, quibus nunc adjungo duos meos, tum veteres impressi, qui in *edit. Oxon.* testes adducuntur lectionis, *oleum in altari sanctificatum*, præferenda videtur Erasmiana lectio, *Eucharistia, et unde baptizati unguuntur oleum, in altari sanctificatur*, quæ perspicua est et apprime convenit cum argumentis atque proposito scriptoris probare volentis, chrisma apud hæreticos non posse extare, neque signum ipsum, nec rem signatam; *neque eucharistiam fieri apud illos omnino posse.* Etenim affirmat Harduinus ad *Concilia*, in quibus hæc extat lectio, eandem in MSto Societatis suæ aliisque optimæ notæ præstari. Quod cl. Maranum, perinde ac Baluzium, fortasse fugerat, qui, cum Baluzius ex Corbeiensi verba, *oleo in altari sanctificato*, subdidisset, hæc scripsit in Præf. ad Cypriani ed. Benedict. p. xix. “ Optime
 “ hunc locum emendavit Baluzius, pro eo quod legebatur
 “ in antiquis editionibus, *oleum in altari sanctificatum*, vel
 “ apud Erasmus et Pamelium liberiori conjectura, *Eucha-*
 “ *ristia, et unde baptizati unguuntur oleum in altari sanctifica-*
 “ *tur.* Porro id non dicit Cyprianus quod ab eo per
 “ metaphoram dictum existimant Rigaltius et Fellus, eu-
 “ charistiam esse oleum, quo unguuntur, sed potius eu-
 “ charistiam esse id unde oleum, quo baptizati unguuntur,
 “ sanctificationem deducit, quia videlicet oleum in altari
 “ sanctificabatur inter ipsas sacrificii preces.” Sic ille. Nunc video recepisse lectionem Erasmianam in nuperam suam editionem Cypriani cl. Goldhorn Lips. 1838.

P. 110. l. 9. olei creaturam] Irenæus, *creaturam panis eucharistici et calicis.* lib. iv. c. 32. Iterum lib. v. c. 2. MARSHALL.

Ibid. l. 14. *non ungat*] Quatuor libri veteres, *non impinguet.* Pamelius ait sanctum Augustinum, qui sæpe

citat hunc locum, aliquando scribere *ungat*, quandoque *impinguet*. Duæ itaque etiam ævo Augustini erant hujus loci lectiones. BALUZIUS. Vulgata, *non impinguet*.

P. 110. l. 19. sed qui Deum colunt] *Deum* pro *eum* ex uno edidi *Bodleiano* in edit. Oxon. commemorato, et ex quatuor illis quæ ipse usus sum codicibus.

Ibid. l. 27. hoc ipsum deponat] Errorem suum. Dictum quid sive sententiam Cyprianus in sequentibus cogitare videtur.

P. 111. l. 4. super Petrum] Versio Græca tantum habet: ἐπάνω Πέτρου τοῦ Ἀποστόλου ἀρχήθεν ἐνόητος τεθεμελιωμένης. Ipse Cyprianus lib. de Unitate Eccles. *super unum ædificat ecclesiam*. Et paulo post: *ut unitatem manifestaret, unitatis ejusdem originem ab uno incipientem sua auctoritate disposuit*. Pacianus epist. iii. *Ad Petrum locutus est Dominus: ad unum ideo, ut unitatem fundaret ex uno. Mox idipsum in commune præcipiens*. RIGALTIIUS a Fello allatus. Ita omnino xxi. libri veteres et duo laudati a Pamelio. Veteres editiones habent *petram*. Ita etiam editio Morelliana et tres libri veteres. Vide quæ in simili causa notata sunt supra ad epistolam xl. p. 428. BALUZIUS. Veram lectionem *Petrum* pro pristina *petram* codices quibus utor præstant.

Ibid. l. 12. posuerit] Fortasse legend. vel *posuit*, vel *ponit*. In *quatuor codicibus scriptis*, qui in ed. Oxon. memorantur, ex quibus est *MS. Coll. Novi prior*, extat *ponit*.

Ibid. l. 16. colligere et considerare] Græca versio, *συνεῖναι καὶ νοεῖν*. FELLUS.

Ibid. l. 21. quæcunque adversarii ejus et antichristi faciunt repudiare] Non id vult ut nihil facerent orthodoxi quod hæretici faciunt. In epistola enim ad Jubaianum cum objiceretur *Novatianenses ad se venientes baptizare solitos*, respondet, *ad nos non pertinere quid hostes ecclesiae faciant*. Hoc ipsi propositum est ut conficiat; nihil ratum esse, aut ex jure valere quod illi fecissent, qui extra ecclesiam positi. Mox, *per omnia divinæ gratiæ sacramenta*. Non tantum per confirmationis ritum, aut eucharistiæ administrationem, sed etiam baptismi, qui ad ecclesiam

ipsam aditum facit. FELLUS. Proxime post præstant illud, *eis qui*, cum editi tum scripti, exceptis duobus codicibus in Var. Lectt. in *editione Oxon.* commemoratis, qui substituunt *si qui* et *si quidem* pro *eis qui*, lectionem corrigere volentes. Habet *agnoscant* pro *agnoscunt* *cod. Meermanianus*.

CONCIL. CARTHAG. SUB CYPRIANO VI.

P. 112. l. 9. Cyprianus] Cum propter illam cui nunc incumbo emendationem et illustrationem operum sancti Cypriani legendam suscepissem prolixam nimis epistolam Joannis Launoii ad Jacobum Bevilaquam de discordia Papæ Stephani cum Cypriano, miratus sum tam multa ab eo dici potuisse ut nihil diceretur. Quæcunque enim affert argumenta et testimonia adversus Stephanum nullius momenti sunt in hac causa et quandam habent insulsi- tatem. Quid enim ad causam baptismi facit Cypriani famam esse celebriorem quam famam Stephani, Cyprianum non cedere Stephano, Cyprianum congregasse concilium in causa baptismi, Stephanum non congregasse, ecclesias orientis et occidentis non suscepisse propugnandam sententiam Stephani, et multa alia hujusmodi quæ ad causam non pertinent, quorum etiam plurima falsa sunt? Nemo autem, ut ait Hieronymus in epistola ad Pammachium contra Joannem Hierosolymitanum, falso verum probat. Itaque ista facile possent refutari. Sed tanti non sunt. Verissimum igitur est quod ait Optatus in libro quinto, veritatem studiis impediri. Vide Facundum in libro contra Mocianum pag. 577. primæ editionis. BALUZIUS.

Ibid. l. 12. celebrare concilium] Celebratum fuisse an. 255. recte, ut opinor, probat Pearsonius in annalibus Cyprianicis. BALUZIUS. Ante pascha anni sequentis 256 celebratum hoc concilium fuisse, docet Pearsonius in opere memorato ad an. illum, §. 1. De eodem hoc concilio ita Cyprianus in *Epist. ad Jubaianum*, quæ est 73. *Et nunc*

quoque cum in unum convenissemus, tam provinciæ Africæ quam Numidiæ episcopi numero septuaginta et unus.

P. 112 l. 14. cum tua gravitate] Hunc ipsum Stephanum idem Cyprianus appellabit *superbum, imperitum atque improvidum, ineptum, obstinatum*. Epist. ad Pompeium. RIGALTIIUS a Fello allatus.

Ibid. l. 24. plene sanctificari] Colb. MS. *plane*: quod etiam in uno e suis Oxoniensis editor offendit. Concinnior est lectio ceterorum librorum. Hoc enim istie *plene sanctificari* sonat, quod *consummari* in his ejusdem Cypriani epist. lxxiii. *ut per nostram orationem ac manus impositionem spiritum sanctum consequantur, et signaculo Dominico CONSUMMENTUR*. Porro Cyprianum his verbis, *si utroque sacramento nascantur*, ut hæretici ad ecclesiam venientes confirmationis sacramentum una cum baptismo suscipiant, postulare, ex subjecta dissertatione nostra num. 17. et 18. planum fiet. COUSTANT. Qui in *Rom. Pontif. Epp.* hasce ad Stephanum litteras locavit, p. 216.

Ibid. sacramento utroque] Baptismo et Sancti Spiritus infusione, id est, ut dicet paulo post, aqua et Spiritu. Quod sæpe repetit alibi. Tertullianus in libro de Virginitibus Velandis: *Una nobis et illis fides, unus Deus, idem Christus, eadem spes, eadem lavacri sacramenta*. Siricius in epistola ad Himerium: *quibus solis per annum diebus, id est paschatis et pentecostes, ad fidem confluentibus generalia baptismatis tradi convenit sacramenta*. Vide Sirmondum capite quinto secundi antirrhæti, ubi explicat hunc Cypriani locum. Vide etiam tom. 2. Capitularium p. 1236. Cæterum pro *utroque* quinque vetera exemplaria habent *utrumque*. BALUZIUS. De baptismo manuumque impositione post baptismum, Cyprianum interpretandum esse, satis ostendit Suffragium Quintum CONCILII proximo sequentis, cum Canone 17. *Concil. Arelat.* 11. collatum, En Suffragium ipsum, *Male ergo sibi quidam interpretantur* (eadem apostoli verba, quæ in hoc posita sunt Carthaginensi concilio, respiciuntur), *ut dicant, quod per manus impositionem Spiritum Sanctum accipiant et sic recipiantur; cum manifestum sit utroque sacramento debere*

eos renasci in ecclesia catholica. Canon autem Arelatensis Concilii ita se habet; *Bonosiacos autem ex eodem errore venientes, quos sicut Arianos baptizari in Trinitate manifestum est, dum interrogati fidem nostram ex toto corde confessi fuerint, CHRISMATE ET MANUS IMPOSITIONE in ecclesia recipi sufficit.* Hinc, ni fallor, constat, perinde atque ex Cypriani verbis a Coustantio supra allatis, qui interea canonem hunc Arelatensem, nusquam, quod meminerim, in hac causa adduxit, intelligendam esse verbis, *utroque sacramento*, non aquam baptismi et Spiritus Sancti gratiam in eo collatam, neque baptismum manusque impositionem *in pœnitentiam*, multo minus baptismum atque eucharistiam, sed baptismi et confirmationis baptismi sacramenta. Neque aliter exponentem hunc et consimiles locos etiam Maranum video in *Præfatione ad S. Cypriani Op.* p. xvii. et xviii. etsi Cyprianum existimet ille, non nescivisse Stephanum, et qui ab illo stabant, de manuum impositione in pœnitentiam, hæreticis omnino necessaria ad Spiritum Sanctum accipiendum, non de sacramento confirmationis, locutos; haud enim repugnare, ut Cyprianus ansa ab adversariis accepta sacramentum confirmationis iterandum esse statueret, quamvis illud ab iisdem iterari minime suspicaretur, sed eos sciret manus impositionem in pœnitentiam tantum intellexisse, quam ad Spiritum conferendum necessariam putaverint. Videsis tamen quod infra ad Suffragium Octavum Concilii Septimi mox dicetur. Sed maxime idcirco monenda superiora duxi, quod de baptismo et eucharistia locum minus recte exposuisset Marshallus Anglicus interpres, renitentibus verbis apertis Suffragii Quinti ejusdem Concilii, ut ostendi.

P. 112. l. 25. *renatus*] Quatuor antiqui codices habent *denuo natus*. Quæ lectio non displicet, cum vox *denuo* extet in capite tertio evangelii secundum Joannem, ex quo locus iste petitus est. Sed puto Cyprianum, qui alia versione utebatur quam vulgata nostra, scripsisse *renatus*. BALUZIUS. Habent *natus* tres scripti in *ed. Oxon.* memorati, quorum unus est *Novi Coll. prior*, cui addendi alius

meus *Drurianus*, editionesque Cypriani veterrimæ; *renatus* præstat *cod. Novi Coll. alter, denuo renatus vetustissimus cod. Meermannianus*.

P. 112. l. 26. *et spiritu*] In MS. Colb. hic additur *sancto*; quod abesse debere Pamelius recte probat. Eo autem Actuum Apostolicorum exemplo, quo nunc Cyprianus sententiam suam fulcire nititur, Anonymus a Rigaltio ad calcem operum Tertulliani editus apposite utitur ad eam confutandam. Inde enim ostendit Spiritum Sanctum percipi potuisse sine baptismo, sicut baptismum sine confirmationis sacramento collatum fuisse aliis eorundem Actuum exemplis demonstrat. COUSTANT. *Sancto* additur in *cod. meo olim Druriano* et in *Pamelii MSSStis*, sed et in omnibus editionibus ante *Manutianam*.

P. 113. l. 10. ad Quintum] Epist. lxxi. BALUZ.

Ibid. l. 12. ad coëpiscopos in Numidia] Est epistola Synodica, quæ proxime ante posita est.

Ibid. l. 16. ut etiam si qui &c.] Nitidior fieret oratio, si hic particula *ut* expuncta, legeretur *etiam si qui presbyteri aut diaconi vel in ecclesia, qui ante vel suppresso*. In uno MS. recentiore Colb. habetur, *aut diaconi vel clerici in ecclesia*: sed hujus codicis plura loca, alibi aperte vitiata, ei detrahunt auctoritatem. Ejus tamen lectioni favet Innocentius I. epist. xvi. ad Macedonas n. 8. ubi de iis, qui ab hæreticis baptizati ordinatique ad ecclesiam transeunt, ait, *Nostræ lex est ecclesiæ his per manus impositionem, laicam tantum tribuere communionem, nec ex his aliquem in clericatus honorem vel exiguum subrogare*. Eos autem qui *a Catholica ad hæresim transierunt*, præterea docet *non aliter oportere nisi per pœnitentiam suscipi*. Tum num. 9. utrumque ponit inter *regulas veteres, quas ab Apostolis vel Apostolicis viris traditas ecclesia Romana custodit*. Quibus cum consentaneum sit subnexum Africani concilii decretum, mirum non est illud a Stephano minime fuisse contradictum. Non ideo tamen hoc in ecclesia obtinuit, quia hæreticorum ordinatio nulla censeretur; sed quia Dei ministros a reprehensione alienos esse atque imma-

culatos deceret. Quocirca si quando a communi lege excepti sunt nonnulli, puta Novatiani Nicæno canone 8. ut Innocentius in laudata epistola n. 10. fatetur, ac subinde Donatistæ aut alii; ut post reditum ordinarentur, nusquam est præceptum. Immo Cod. can. eccl. Afric. c. 48. *reordinationes* non secus atque *rebaptizationes* prohibentur. COUSTANT. Confer Suffragium Quartum Concilii vii. Sed etsi vitiosa sit oratio, *ut—eos quoque*; ipsam sollicitandam tamen haud puto. Positum interea est a Cypriano *siqui pro quique*. Abest *qui* ante *vel* a *cod. utroque meo* et a *Novi Coll. posteriori*. In *Novi Coll. priori vel qui extat*.

P. 113. l. 21. divinum] Tres libri veteres habent *individuum*. BALUZIUS.

Ibid. i. 25. ordinationis et honoris arma] *Arma sunt instrumenta cujuslibet rei*, inquit Servius ad ii. Æneid. Hic vero sunt insignia sive ornamenta. Quemadmodum et Homerus dixit, ὄπλισθεν δὲ γυναικες. et in clipeis illustrium virorum descripti vultus expresso thorace. *Arma lucis*, ὄπλα φωτός. ad Rom. xiii. 12. Suid. ὄπλα φωτός. ὁ ἀπόστολος αἱ τῶν ἀρετῶν ἐργασίαι. RIGALT. a Fello allatus. At conferas cum istis, *quibus contra nos rebellaverunt*, ea quæ habes lin. 2. pag. sequentis, *Quod autem majus potest esse delictum—*furore pugnasse?

P. 114. l. 13. in domo fidei] In ecclesia Dei, quæ est fidelium mater. Unde et *domestici fidei*, οἰκέτοι τῆς πίστεως, ad Gal. vi. qui sunt de familia fidei. RIGALTUS a Fello allatus. Porro notat interpret Anglicus, *perfidiam* idcirco appellare Cyprianum hæreticorum et schismaticorum scelus, quod iidem homines, maxime sacerdotes, commissam rem sibi ab ecclesia prodidissent.

Ibid. l. 16. et contra ecclesiam steterint] Ista imitatus est Anselmus episcopus Havelbergensis in tomo xiii. Spicilegii Dacheriani pag. 202. BALUZIUS.

Ibid. l. 17. Hæc ad conscientiam tuam] Ex his verbis Hieronymus ad Luciferianos observavit, beatum Cyprianum hæc non cum anathemate eorum, qui se sequi noluerant, edidisse: siquidem in communione, inquit, eorum permansit, qui sententiæ suæ contraierant, sed hortatum

potius fuisse, propter Novatum, et alias tunc hæreses multas enascentes, ne quisquam ab eo, sine damnatione erroris sui, reciperetur. RIGALTIVS a Fello allatus.

P. 114 l. 21. quod semel imbiberint] Epist. ad Quint. *Debere unumquemque, non pro eo quod semel imbiberat et tenebat, pertinaciter congregari; sed si quid melius et utilius extiterit, libenter amplecti.* RIGALTIVS a Fello allatus. Tangunt hæc contrariæ partis sententiam de hæreticorum baptismo; conferas et illa quæ in actis Synodi proxime sequentis ponuntur. Colligit quidem ex verbis, quæ mox adduntur, Anglicus interpres, censuisse omnes præter Stephanum episcopos fidelibus licere de re illa controversa inter se dissentire, quæ ad disciplinam magis quam ad fidem pertinere videretur. Verum de illis Afris hæc scripta fuerunt, quos novimus de re aliter judicasse quam Cyprianum suosque, id quod Cyprianum monuerat Quintus in Mauritania episcopus, ut ex epistola ipsius Cypriani ad eundem Quintum constat.

CONCIL. CARTHAG. VII.

P. 115. l. 4. Carthaginense Concilium] Post litem de hæreticorum baptismo diu multumque agitatam, non tantum per epistolas cum episcopis seorsim, sed etiam in synodis eorundem frequenter congregatis; Cal. Septembris A. 256. Concilium, si quod aliud, ante Constantini tempora, celebratissimum lxxxvii. episcoporum Africae provinciae, Numidia et Mauritaniae cogendum Carthagini curavit Cyprianus. Cum vero controversiæ statum in literis Jubaiani ad ipsum scriptis, ejusque invicem responso perquam accurate proponi censeret consultissimus Præsul; ex iisdem primo in loco lectis, tractationem synodicam inchoandam duxit. Epistolas vero prædictas lite jam adulta, et Stephano in apertas simultates provento, transmissas fuisse; ex iis quæ inibi memorantur rebus gestis, abunde constat. Quemadmodum vero tractatui de Patientia natales exinde suos assignavimus, quod ante literas istas

conscriptus appareat : eodem jure de hoc concilio sententiam feremus ; nimirum quod illi temporis spatio, imo mensis Septembris initiis debeatur, quæ transmissas istas epistolas, et Valeriani persecutionem intercesserant. Porro non tantum epistolas Jubaiani, et Cypriani ad ipsum ; sed etiam illas ad Stephanum in concilio lectas constat ex suffragio septimo, (octavo,) quod Crescens a Cirta tulit. Obiter notandum, nihil in hac causa ab Africanis patribus innovatum ; qui decretis olim sub Agrippino, nec non in Oriente non uno loco conciliariter sancitis adhærebant. Imo ecclesia universalis in Concilio Nicæno Stephani placitis qui *a quacunque hæresi venientes* admisit, nullatenus accessit ; siquidem Paulianistas ad ecclesiam accedentes baptizandos decreverat. Rei gestæ historiam alibi fusius (scilicet ad finem hujus Concilii) enarrabimus. FELLUS. Sunt quidem ipsius Stephani verba, *a quacunque hæresi venientes*, a Cypriano in epistolam suam *ad Pompeium* relata ; nec tamen statuendum videtur, episcopum Romanum omnes omnino hæreticos qualicumque baptismo gaudentes admittendos esse in ecclesiam sine alia nova tinctione censuisse. Nam ex verbis etiam adversariorum Stephani satis ostendit cl. Coustantius in *Dissert. de Stephani I. Papæ sententia circa receptionem hæreticorum*, quæ *Epistolis Rom. Pontificum* ab eo inserta est, intra pagg. 227 — 256, eorum duntaxat, qui in *nomine Jesu Christi* baptizati essent, baptismum a Stephano fuisse receptum. sect. xi. p. 230. Et Opusculi *De Rebaptismate* vetus auctor, ætatis ejusdem fortasse scriptor, qui *baptisma datum a quocunque in nomine Jesu Christi*, propter nominis invocationem, comprobasse se indicat, *adulterinum*, quod vocat, *immo internecinum baptisma* hæreticorum quorundam fine libri sui commemoratorum minime admisit. Atqui nonnullos tunc hæreticos extitisse, qui in nomine Domini Jesu non baptizarent, hoc est, ut ex Firmiliani epistola §. vii. istud intellexisse Stephanum colligitur, qui in nomine sanctæ Trinitatis, haud tingerent, nos docent cum alii tum Gennadius Massiliensis, *De Ecclesiæ Dogmatibus*, cap. lii. pag. 30. ed. Hamburg. recensitis nominibus detrectantium id hære-

sium; quarum tamen de nonnullis merito dubites, annon potius ecclesiasticam baptizandi formam secutæ fuerint. *Facilius inveniuntur hæretici*, ait S. Augustinus, *qui omnino non baptizant, quam qui illis verbis non baptizant*, lib. vi. *De Baptismo*, cap. 25.

P. 115. l. 8. Cum in unum] Gesta hujus concilii primus omnium edidit Erasmus, cum titulis gloriæ, id est, cum vocabulis confessorum et martyrum, quæ præfixa sunt nominibus quorundam episcoporum. Hos titulos Græca versio non habet, neque editio Morelliana: eos vero satis constat non scriptos fuisse in gestis, sed additos postea a quodam studioso. Quare valde mirum est illos fuisse retentos in editione R. P. Harduini. Respondit autem sanctus Augustinus in libro sexto de Baptismo adversus Donatistas ad ea quæ episcopi in eo concilio congregati attulerunt pro confirmanda opinione sua de baptismo hæreticorum. Viderat hoc concilium Humbertus episcopus Sylvæ Candidæ, qui lib. i. adversus Simoniacos cap. ix. ait: *sed et gloriosus martyr et pontifex Cyprianus quid de hæreticorum baptismate sanxerit, ex concilio ipsius evidenter cognosci poterit. Eadem enim contra illud cum suis coëpiscopis sanxit quod et præfati canones Apostolici.* Canones enim Apostolici, quos refert Humbertus, damnant hæreticorum baptismata. Vide notitiam Ecclesiasticam Cabassutii, p. 7. ubi agit de canonibus Apostolorum. BALUZIUS. Notatu dignum est, mittere S. Cyprianum Epistolam 77, al. 76, ad novem coëpiscopos suos in metallo Siguensi constitutos, quorum omnium nomina in his Actis signantur. Responsa eorundem confessorum in tribus, quæ apud Cyprianum succedunt, Epistolis servantur. Ait autem in *Annalibus suis Cyprianicis* Pearsonius; “Sententia in tanta Synodo licet vera non sit, et a S. Augustino postea propter Donatistas refutata, insigne tamen hoc est venerandæ antiquitatis monumentum.” Ad an. 156, §. ix. Cum Acta istæ ab Augustino in lib. vi. et vii. *De Baptismo contra Donatistas* nobis conservata essent, inde ea desumpta fuisse in opera Cypriani ab ejus editoribus, vult Matthias Dannenmayr in *Institutionibus Hist. Eccl. N. T.* Per. i. cap. iv.

§. 8. p. 113. Verisimilius, nec tamen vere, dixisset, a Cypriani veteribus librariis; nam in edit. Erasmiana, quæ Basileæ anno 1520 excusa est, indicantur hæc acta cum tribus Cypriani epistolis ex vetustis codicibus addita fuisse ab Erasmo. Immo in pluribus aliis Cypriani manuscriptis inventa sunt. Eadem habent vetustæ Conciliorum Collectiones; et ex Latina in linguam Græcam versa extant in Zonaræ *Commentariis in Canones &c.* pag. 271. ed. Paris. anni 1618. Ipsa porro causæ fuisse Jacobitis Orientalibus opinatus est Renaudotius tom. ii. *Liturg. Oriental. Collect.* p. 299. ut hæreticorum baptismum reprobarent; nam cum canones conciliorum veterum in Syriacam linguam transferrent, quod factum est, ait Renaudotius, “ paullo post
 “ occupatam a Muhamodanis Syriam, hæc decreta reliquis
 “ conjunxerunt; tantique martyris nomen illis fraudi fuit,
 “ dum homines veteris historiæ haud satis periti, quæ ab
 “ illis octoginta septem episcopis de rebaptisandis hære-
 “ ticis constituta fuerant, eodem loco habuerunt ac reliqua
 “ conciliorum decreta.” Hæc ille.

P. 115. l. 9. provincia Africa] Plinio *Zeugitana regio, et quæ proprie vocetur Africa.* lib. v. c. 4. Quæ nimirum capta Carthagine, in Romanam ditionem primo pervenerat; et in provinciæ formam redigebatur: quæque Romæ ad Africum proxime adiacebat. FELLUS. Mirum est Tripolim, quæ una erat provinciarum Africanarum, non fuisse nominatam in hoc concilio, cum constet in eo tanquam præsentibus nominari Munnulum Girbitanum, Natalem Ocensem, Pompeium Sabratensem, et Drogam Leptimagnensem, qui certe erant episcopi provinciæ Tripolitanæ, præsertim cum constet Tripolim fuisse numeratam inter provincias Africae in concilio Cabarsussitano. BALUZIUS. Monuerat Fellus, ut paulo post videbis, septem quidem fuisse partitiones Africae respectu regiminis civilis; sed tres tantum fuisse ecclesiasticas ex Synodi hujus initio colligendum esse. Septenaria quidem, prius senaria, extitit provinciarum divisio; sed iisdem temporibus sub Africa provincia interdum comprehensa etiam civili ratione fuisse Tripolis videtur, simul memoratis Numidia et Mauritania, quæ

prius sub regibus fuerant. Hæc olim scripsi. Jam conferendus est cl. Steph. Antonius Morcelli in *Africa Christiana* Brixiae an. 1816, vol. i. P. i. cap. 1. p. 21—23.

P. 115. l. 10. præsentē etiam plebis maxima parte] Sed relatæ sunt tantum episcoporum sententiæ exclusis etiam presbyteris et diaconis.

Ibid. l. 14. Cyprianus dixit] Sententiam is suam ultimus tulit; hæc autem non per modum suffragii afferebantur, sed præfationis, et ut consultationi futuræ aditus panderetur. *Primum sermonem* vocat Augustinus lib. ii. de Bapt. cont. Donat. Is libris vi. et vii. concilium hoc verbatim descripsit, redargutionibus singulis episcoporum sententiis appositis. FELLUS. Ad morem quod attinet referendi in acta concilii singulorum sententias, Cornelius Romanus episcopus in *Epistola ad Cyprianum*, quam p. 18. supra collocavi, postquam de presbyterio convocato, in quo aderant etiam episcopi quinque, fecit mentionem, hæc scribit; *Et ut notum omnium et consilium singulorum dignosceres, etiam sententias nostras placuit in notitiam vestram proferri; quas et subjectas leges.* Interea illud notatu dignum est, solos episcopos in vetustissimo hoc Africano concilio suffragia tulisse, ut ex actis patet. Ceterum Raymundus Missorius anno 1733 *Dissertationem* edidit Venetiis, in qua notha ac supposititia fuisse cum hujus Concilii acta tum Cypriani epistolæ de baptismo omnes, una cum celebribus illis Firmiliani ad Cyprianum litteris, improbo consilio et pessimo exemplo pro viribus probare aggreditur, eaque omnia Donatistis potius tribuere studet. Quam vero infeliciter ei res cesserit, immo quam ridicule, vix et ne vix quidem opus est, ut certiores fiant antiquitatis Christianæ periti. Porro nunc video similiter judicasse de hujus viri temerario conatu nonnullos etiam ex communionē Romanæ, omnes speraverim, quod me primus docuit ejusdem communionis vir eruditus, Matthias Dannenmayr supra commemoratus in *Institutionibus* suis præclaris pag. 115. quæ anno 1788. Viennæ editæ sunt. Alios præterea, sed Protestantes, commemoraverunt Weisman. in *Hist. Eccles. Novi Test.* vol. i. pag. 249 et Kochius in *Comment.*

De Legationibus Ecclesiasticis §. xviii. p. 94. Adisis et Mamachii *Origines et Antiquitat. Christianas*, vol. ii. pag. 316. qui ipse optime ait, si fas sit monumenta hæc vetera in spuriis numerare, nullum sane tam sincerum tamque genuinum futurum esse, quod rejicere cuique non liceat. Nunc vero, quod referre piget, vidi tantum valuisse apud Morcellum præjudicia, ut in *Africa Christiana* modo dicta, opere sane egregio, Missorii scita approbaret. Sed de hac re plus alibi dixi ad Firmiliani Epistolam apud *Opuscula*, vol. i. p. 259. Alium quendam non nomino, qui indignus fuit, ut a Gottefrido Lumpero in *Historia sua Theologico-Critica* tam operose confutaretur.

P. 115. l. 24. confessus] Solius, quod sciam, Baluzianæ editionis fide nititur hoc verbum, *confessus*, sine admonitu in illam receptum. Haud extat in quatuor, quibus utor, codicibus. Versio Actorum Græca tantum habet, ἀλλὰ καὶ τῇ ἐπιγνώσει τῆς ἀληθείας χάριτι ὁμολόγησεν. Majus vero est, quod loca extant alia in hoc Concilio circiter novem, quorum immutandorum Baluzius præter morem suum nullam reddidit rationem. Quum vero vir doctissimus codices scriptos ad triginta minus in subsidium habuerit in Cypriano suo edendo, mihi erat religio eliminare bonas alioquin lectiones, de quarum causa in absentia testium prudenter judicare non licebat. Commemoratione ergo istarum contentus fui. Sed aliæ præterea paucae lectiones sunt a Baluzio (nam textum Cypriani ante mortem ejus typis impressum fuisse Præfatio ostendit) cum silentio similiter introductæ, quas quidem, cum haud æque bonæ viderentur, ratione de iis reddita, dimittendas esse a textu putavi. Conf. supra p. 41. Cum vero ibidem dixi, Cypriani textum non totum a Baluzio curatum fuisse, ibi melius posuissem, illum aliquando ab editoribus Benedictinis post mortem Baluzii mutatum esse; quod quidem in celebri loco *Libri de Unitate Ecclesiæ* a se factum ipsi profitentur, eos vero ut hoc eo loco facerent, causæ extraneæ impulerunt. Ceterum extat Epistola hic memorata Cypriani ad Jubaianum, num. LXXX. signata.

Ibid. l. 26. aut a jure communicationis—amoventes] Id

quod ad tempus saltem fecerat Stephanus Romanus præsul; unde merito suo hæc audivit ex ore prolata Firmiliani Cappadocis: *Lites et dissentiones quantas parasti per ecclesias totius mundi! Peccatum vero quam magnum tibi exaggerasti, quando te a tot gregibus scidisti. Excidisti enim te ipsum. Noli te fallere. Siquidem ille est vere schismaticus, qui se a communione ecclesiasticæ unitatis apostatam fecerit. Dum enim putas omnes a te abstineri posse, solum te ab omnibus abstinuisti*, pag. 150. ed. Bened. Cypriani, sub finem epistolæ. Has autem litteras accepisse post celebratum hoc Concilium Cyprianum, ostendit Pearsonius *Annal.* ad an. 256. §. 8—11. At Stephanum neque cum Africanis nec cum Orientalibus pacem rupisse, sed tantum minatum esse se pacem cum iis rupturum, si in priori sententia permanerent, ostendere aggressus est Valesius ad Eusebium *H. E.* vii. 5. Qua vero ratione vel cum Firmiliani verbis, vel cum rebus a Stephano actis, hoc convenire possit, vix intelligo.

P. 115. l. 28. episcopum se episcoporum constituit] In Veron. episcopum se episcoporum constituit. [Vulgo habetur *episcopum se esse e. c.*] quod apertissime declarat per derisum a Tertulliano dici, cum ista verba profert adversus Psychicos. RIGALTIVS. Vid. quæ dicta in lib. de Unitate, p. 108. Hunc loquendi modum non a Tertulliano Montanista didicit Cyprianus, quod Pamelius insinuare voluit; sed a D. Petro, siquidem in Epistola ad Quintum dicat Auctor noster, B. Apostolum *non vendicasse sibi aliquid violenter, aut arroganter assumsisse, ut diceret se primatum obtinere, &c.* FELLUS. Eo titulo olim ornati quoque sunt plures episcopi qui non erant papæ Romani. Sidonius, lib. vi. epist. 1. Lupum episcopum Tricassinum vocat patrem patrum et episcopum episcoporum. Ennodius lib. i. carm. 15. sanctum Ambrosium vocat episcopum episcoporum. Matthæus Parisius in anno 1254. loquens de morte Hugonis episcopi Eliensis, ait: *Qui sicut abbas abbatum in Anglia, ita et episcopus episcoporum coruscavit*; etiam principibus aliquando is honos habitus est, ut vocarentur episcopi episcoporum. Arriani, ut testatur Lucifer Calaritanus

in libro de moriendo pro Dei Filio, Constantium imperatorem vocabant episcopum episcoporum. Monachus Sangallensis in libro de Ecclesiastica cura Caroli M. cap. xxvii. eum vocat episcopum episcoporum. Adgarus rex Angliæ, ut legitur in epistola Isaaci Casauboni ad Jacobum regem, et apud Joannem Seldenum in notis ad Eadmerum, vocatur pastor pastorum in synodo Anglicana sub Dunstano celebrata. Notum est Constantinum M. vocari communem episcopum apud Eusebium. Vide Cotelerii notas in epistolam Clementis ad Jacobum, et Franciscum Bernardinum Ferrarium lib. iii. cap. 1. de Antiquo Ecclesiasticarum Epistolarum Genere. BALUZIUS. Fellus, quem ego hic secutus sum, appellato codice Veronensi, verbum *esse* deleverat, quod et abfuisse a MSto Societatis suæ Jesuitarum Harduinus *Conciliarum* editor testatur; neque comparet istud *esse* apud Augustinum lib. ii. *Contra Donatist.* ubi Cypriani verba priori loco adducuntur, nam omnia hæc synodica bis ibi ponuntur.

P. 115. l. 30. libertatis et potestatis suæ arbitrium proprium] Hoc est, ut ait Marshallus, qui ipse contra cuiusvis episcopi in aliena ditione potestatem pluribus argumentatus erat, in rebus ad disciplinam ecclesiasticam pertinentibus, de quibus nihil prius fuerat in synodo aliqua decretum. Verumtamen aliquam ego in his quoque rebus libertatem relictam fuisse suspicor etiam post synodum hanc peractam iudicio uniuscujusque episcopi. Quod patere videtur, ex eo quod diu ante hoc tempus præsentemque synodum Agrippino tum sedis Carthaginiensis episcopo plurimi episcopi simul convenientes rebaptizandos esse hæreticos statuerant. Congruenter in *epist. ad Antonianum* p. 72, de re multum diuque controversa, recipiendis ad pacem ecclesiæ peccatoribus, scripsit Cyprianus; *Et quidem apud antecessores nostros quidam de episcopis istic in provincia nostra dandam pacem mæchis non putaverunt, et in totum pœnitentiæ locum contra adulteros clausurunt. Non tamen a coepiscoporum suorum collegio recesserunt, aut catholicæ ecclesiæ unitatem vel duritiæ vel censuræ suæ obstinatione ruperunt; ut quia apud alios adulteris pax dabatur,*

qui non dabit de ecclesia separaretur. Manente concordia vinculo et perseverante catholicae ecclesiae individuo sacramento, actum suum disponit et dirigit unusquisque episcopus rationem propositi sui Domino redditurus. Confer vero egregias litteras Petri Gunning episcopi Eliensis ad Sheldonum archiepiscopum Cantuariensem de istis in hoc Concilio Cypriani verbis, aliisque locis similibus, quos ad episcopos tantum alienae ditionis pertinere, non ad cujusque metropolitanae civitatis subditos, vir doctissimus statuit. Editæ sunt in *Bibliotheca Literaria*, num. 11. quæ cl. viris Jebbio et Wassio adscripta est. Attamen convenientior sententiæ meæ videtur hæc verborum Cypriani interpretatio, cujus auctor est S. Augustinus statim addens—*utique in his questionibus, quæ nondum eliquatissima perspectione discussæ sunt.* lib. iii. *De Bapt.* cap. 3. *Donec*, ut alibi Augustinus scripsit, *plenario totius orbis concilio, quod saluberrime sentiebatur, etiam remotis dubitationibus firmaretur.*

P. 116. l. 6. Cæcilius a Bilta] Hunc eundem esse, atque Cæcilium illum, ad quem mittit librum suum *De Cœna Domini* Cyprianus, judicat Ceillier. in *Histoire Générale des Auteurs Sacrés et Eccles.* vol. iii. cap. xxxi. §. 7. pag. 570.

Ibid. l. 11. exorcizat] In codd. Veronensi et Fox. *exorcidiat*, quod ex vitiosa pronunciatione venit, *cizat* ut *cidjat*, unde alii, *cidiat*. RIGALTIVS. Ita in Commodiani *Instruct.* numero xxxvii. pag. 230. ed. Davis. titulus est, *Qui judaizant fanatici pro judaizant*, ubi hi Cypriani codices cum Commodiano a Davasio conferuntur.

Ibid. sacramentum interrogat] Additur vox *sacrilegus* in edit. Baluzii, fortasse ex MSSis, vocabulum tamen nescientibus *editis*, ni fallor, omnibus, *Interpretationeque Græca*, et *Augustino*. Delevi eam, cum mihi quidem haud placeret repetitio vocis in sequentibus, *ponit altare sacrilegus*. Servandum autem id censui, quod paulo ante a Baluzio nihil adnotante in textu positum est *geruntur* pro veteri lectione *aguntur*, et mox ad finem hujus suffragii *Domino pro Deo*. Nunc video in uno ex codicibus meis olim *Meermanniano* vocem *sacrilegus* extantem; et in *codice utroque Novi Coll.* et

in altero meo geruntur positum est. Sed Deo non Domino præstant omnes.

P. 116. l. 25. Primus a Migirpa] Urbs Zeugitanæ. Augustinus habet, *Primus Felix a Migirpa*. [Augustinus in duobus, quos teneo, MSSis habet tantum *Felix a Migirpa*.] Idque nomen sæpius, et designato repetit. Cum vero constet plures hic subsequi Felices; et solenne sit ejusdem nominis episcopos, adjecta aliqua nota a reliquis distinguere: subest non levis suspicio, illum qui hoc loco sententiam tulit Felicem fuisse appellatum, et quia ante reliquos dixerat, primum vocari, ut a Felice a Bagai, alio Felice ab Uthina, a Marrozani, a Buslacenis, et a Gurgitibus distingueretur; et ita, lapsu satis proclivi, primi vocem quæ numerum solummodo designabat, vero nomine, tanquam supervacaneo, omisso in nomen transiisse. Civitatis hujus episcopi mentionem faciunt inter alios Collat. Carthag. et Vict. Vit. Porro notandum, in Africa Primates, non ab urbium opibus aut prærogativa, sed secundum tempus suæ ordinationis, ut Leonis IX. verbis utar, censeri solitos: atque ideo *senes* appellabantur. Insuper in suffragiis ferendis is fuit mos perpetuus, ut ii qui primi ad episcopatum promoti, ante alios sententiam dicerent. Quare illos qui hic ordinem ducunt, provinciarum primates fuisse existimo. Septem quidem fuerunt partitiones Africae, respectu regiminis civilis; sed tres tantum fuisse ecclesiasticas, ex synodi hujus initio datur intelligi. FELLUS. Vid. supra p. 185. At notaverat ante Pamelius, “ Omisi cum MS. et Manutio “ quod interserebatur Felix tum in excusis tum apud D. “ Augustinum, eo quod Primus episcopus supra tomo “ primo cum aliis epistolam lxxviii. scripserit.” Epistola hæc est Concilii superius numerati iv. Neque comparet nomen *Felix* in quatuor, quibus utor, Cypriani MSSis. Quinetiam notandum est, vocem *alius* non præfixam esse *Felici à Bagai*, qui proxime sequitur, similiter ac reliquis Felicibus. Scribitur urbs *Migirpa*, quod reposui pro *Misgirpa*, in *edd. Erasmi, Manutii, Morellique, Augustino et Conciliis editis*, et rectius quam in editt. post *Pamelianam*, nam *Migirpa* cum in *Notitia* tum in *Collat. Carthag.*

memorata, in provincia proconsulari sita est. Vid. Dupinii Geograph. Sacram Africae *S. Optato* præfixam pag. xxxii. Etsi notat Harduinus legi in MS. suo *Miscirpa*, et ita res se habet in *meo codice Meermanniano*.

P. 116. l. 32. Polycarpus ab Adruneto] Is est ille de quo mentio facta in epist. xlvi. ad Pam. num. xlv. et fortasse Ep. lxxxvi. ad Pamelii num. lxviii. FELLUS.

P. 117. l. 9. inter laicos recipi] Sic (Cyprian.) Epist. ad Antonianum, *Sic tamen admissus est Trophimus, ut laicus communicet*. RIGALTIVS. Adde quod supra dictum est in *Epist. Concilii Carthag.* iv. p. 106. et not. p. 143. Nunc tandem moneo, legi *laicos recipi* pro *inter laicos recipi*, idque fortasse melius, in *codicibus duobus* inter Var. Lectt. edit. Oxon. memoratis, ut in *quatuor* illis, quos manibus tracto, MSStis.

Ibid. l. 11. Nemesianus a Thubunis] Epistolam suam 76 seu 77. S. Cyprianus inscripsit novem episcopis una cum plurimis e clero ac plebe ad metalla damnatis. Episcopi omnes huic concilio interfuerant, quorum primus est Nemesianus, ceteri, quorum nomina infra reperias, Felix, Lucius, alter Felix, Litteus, Polianus, Victor, Jader, Dativus.

Ibid. l. 14. falsi Christi] falsi Christiani. Ita restituimus ex fide veterum librorum. Confirmant autem hanc restitutionem verba Secundiani a Carpis pag. 333. actorum concilii: *Si Christiani non sunt, quomodo Christianos faciunt!* Non displicet tamen lectio quæ habet *Falsi-Christi*. BALUZIUS. Pamelius quoque codices quatuor memoraverat, in quibus legebatur *falsi Christiani*. Sed alteram revocavi locutionem, quæ cum orta esset ex *Mat.* xxiv. 24. et *Marc.* xiii. 22. tum a Firmiliano in extrema epistola adhibetur. *Et tamen non pudet Stephanum, inquit ille, Cyprianum pseudochristum et pseudoapostolum et dolosum operarium dicere*. Nunc extare lectionem *falsi Christi* in *codice Novi Coll. altero* et in *utroque meo* compertum est.

Ibid. l. 15. *Qui fidens est in falsis — vite*] Omnia hæc, quæ ex capite nono *Proverbiorum* secundum LXX. desumpta sunt, respuunt exemplaria Hebr. et Vulgata Interp.

P. 117. l. 20. *extraneo*] Quamvis alia lectio, quæ habet *alieno*, bona sit, coactus sum mutare propter auctoritatem veterum exemplarium; etenim *extraneo* scriptum inveni in septemdecim libris nostris et in duobus Anglicanis; immo Monasteriensis, in quo legitur *externo*, probat hanc mutationem esse legitimam: infra in allocutione Sedati a Turburbo, p. 332. pro *alienus* codex Gratianopolitanus habet *extraneus*. BALUZIUS. Mox *super aquas* pro *super aquam*, quæ recepta est scriptura, Baluzius posuit. *Extraneo* in tribus e quatuor nostris MSSis extat, *externo* in codice altero olim Druriano. *Aquam* pro *aquas* habent hi omnes.

P. 118. l. 4. *quia Deus Spiritus &c.*] Vide librum domni Petri Coustant. in quo confirmantur vindiciæ veterum codicum, p. 57. (et 52, 53. ipsarum *Vindic.*) BALUZIUS. Agit Millius quoque in *Appendice ad Notas in Test. Nov.* p. 31, ed. Oxon. de hoc Latinorum additamento, *quia Deus spiritus est, et de Deo natus est*; quæ quidem clausula, *et ex Deo natus est*, in antiquissimo cod. evangelii Latino, qui Biblioth. Bodleianæ est, additur. Ceterum Fellus istud *et de Deo natus est* sic exponit, *et natus de Spiritu, de Deo natus est*. De quo tamen interpretamento hæc adnotat Maranus in *Præfatione ad Cyprianum* p. xxxvi. “ Minus “ commode editor Oxoniensis illud, *de Deo natus est*, sic “ explicat, natus de Spiritu de Deo natus est. At dicere “ debuisset Nemesianus, *de Deo natum est*. Qui mediocriter “ attendet, hanc hujus loci videbit esse sententiam, quod “ ex spiritu natum est, Spiritum esse, quia Spiritus Sanctus, “ cum Deus sit et ex Deo natus sit sive processerit, (hæc “ enim interdum idem sonant,) pro summa sua potestate “ Spiritus eos efficit quos regenerat.”

Ibid. l. 8. idololatriæ servitus] Addidit vocem *servitus* forsitan ex codicibus suis Baluzius, quam agnoscit Vulgata Interpretatio vertens *idolorum servitus*, extatque *servitus* in nostris Cypriani MSSis.

Ibid. l. 17. Lambese] *Λαμάλσα* sive *Λαμβάλσα* Ptol. Numidiæ urbs, de qua supra ex Anton. insuper Cypr. epist. lix. ad Pam. numeros lv. Lambesitanam Coloniam appellat. FELLUS.

P. 118. l. 26. *Ite, et docete*] Omnes præter Baluzium habent, *Ite ergo, et docete*, cui quatuor mei codices consentiunt, Augustinusque. Et vulgo sic legitur in *Novo Test.* nam addita est particula *ὄν* in exemplaribus Græcis impressis, renitentibus tamen plurimis codicibus manuscriptis. Mox vero in Suffragiis x. et xxix. et xxxv. ubi affertur locus, *ergo* abest; sicut apud Auctorem *De Rebaptism.* p. 338. *Op. Cypriani* ed. Oxon.

Ibid. l. 31. infatuati et contrarii facti sint] Particulam *et* ex codice meo, qui olim cl. Meermannii fuit, adjeci. Fortasse *fiat* cum *fiet* mutari debet.

Ibid. l. 32. *Domus contrariorum legis debent emendationem*] LXX. habent, *οἰκίαι παρανόμων ὀφειλήσουσι καθαρισμόν.* Hebræa toto cælo videntur distare, *בשש ילי ם וליא.* Nec facile est conjectura assequi quid præ oculis haberent Græci interpretes, nisi forte per errorem legerant *ליהא בשש ףל* habitacula derisoris in piamentum. FELLUS. *Debent* pro *debet* ex vetustioribus editionibus reposui, consentientibus nostris MSStis et Augustino.

P. 119. l. 1. primo purgari] Anglicus ait interpres—“per pœnitentiam, quæ agenda est ante admissionem ad ecclesiam per baptismum.” Sed forsitan intelligendus est exorcismus, qui in Suffragiis viii. et xxxi. et xxxvii. hominibus conversis commendari et injungi videtur. Porro in canone, qui vulgo audit *Concilii Œcumenici Secundi* septimus, mos exorcizandi tam illos hæreticos, qui in eo nominantur, quam ethnicos, ante baptismum, firmatur ac stabilitur.

Ibid. l. 5. itemque ad Stephanum] Ita scriptum est in editionibus, et in omnibus fere libris veteribus. Quæ verba desunt in Fuxensi, recte autem omissa in illo fuisse et deleri debere hinc colligitur quod certum sit nullam antea litterarum Cypriani ad Stephanum mentionem fieri in hac synodo, uti recte observavit sanctus Augustinus, lib. vi. de Baptismo contra Donatistas, cap. 15. ubi etiam scribit se epistolam illam Cypriani ad Stephanum non vidisse. Verum id probat istud additamentum esse vetus. Vid. supra, p. 502. BALUZIUS. Ibi Baluzius loquitur de epistola,

quam Creseus episcopus Cirtensis commemorat scriptam a Cypriano ad Stephanum, eamque nunc non extare putat, et diversam fuisse a Cypriani illa ad Stephanum de baptismo hæreticorum, quæ num. lxxii. notatur. Pearsonius vero in *Annalibus Cypr.* ad an. 256. “ Lecta est etiam “ Epistola Cypriani ad Stephanum, quod quidem ipse “ omisit [initio *Actorum*], sed Creseus a Cirta Episcopus “ notavit.” §. ix. Voces, *itemque ad Stephanum*, extant in *quatuor*, quibus utor, *codicibus* Augustinoque.

P. 119. l. 8. censeo ego] A me addita est vox *ego* ex codd. duobus in edit. Oxon. tribusque de quatuor meis, et Augustino desumpta. Habet codex alter *censeo ergo*.

Ibid. l. 12. per manus impositionem] Pœnitentiae stationem suam per manuum impositionem admitti soliti sunt; quæ quidem impositio manuum sæpius repetebatur. Hoc autem significatur in Cypriani *Ep.* xv. al. 11. Item canone xv. *Concilii Aqathensis* sancitum est, debere omnes ad episcopum accedere pœnitentiæ causa, ut manus sibi imponantur secundum morem ubique receptum. Hæc MARSHALLUS Interp. Anglicus. Tria saltem impositionum manus genera in hujus concilii actis invenio; unum *ad accipiendum Spiritum Sanctum* in Suffragiis v. et xxiv. et in Epistola Synodi superioris commemoratum; alterum a Crescente hic adductum *in pœnitentiam* super baptizatos apud hæreticos, et super illos qui baptizati prius in ecclesia fuissent, postea *per manus impositionem restituendos*, de quo agit et Suffragium xxii. tertium denique *in exorcismo* adhibitum, quod in Suffrag. xxxvii. nominatur, quodque indicari videtur in vii. et xxxi.

Romani quidem episcopi verba quæ a Cypriano in *Epist. ad Pompeium*, sub init. adducuntur, ita se habent, *Si quis ergo a quacumque hæresi venerit ad nos, nihil innovetur, nisi quod traditum est, ut manus illi imponatur ad pœnitentiam.* Et postquam priora scripseram, vidi Petrum Coustantium in *Dissertatione* supra p. 149. commemorata, quæ *De Stephani Sententia* agit *Circa Receptionem Hæreticorum*, docentem sect. v. p. 238—246. nihil esse in verbis Stephani, quod *confirmationis* sacramentum significet, nihil

quo aliam ab eo manus impositionem, quam istam, quæ *pœnitentiæ* indicium sit, desiderari opinemur. Fatetur tamen idem vir cl. Firmilianum et Cyprianum eorumque socios aliquos, Stephani istæ verba interpretantes, ritus confirmationis ab hæreticis celebrati iterationem ab eo admitti sibimet persuasisse; hoc vero Cypriano non vere persuasum esse cl. Maranus statuit, ut dixi supra p. 179. Immo insuper concedit idem Coustantius, antiquum scriptorem *De Baptismo Hæreticorum* inter Cypriani Opuscula collocatum, impositionem manus, quæ venientibus ab hæresi injuncta est, ad confirmationem spectare censuisse. Aliis vero veterum auctorum locis et formulis quibusdam ritualibus se induci Coustantius ait, ut existimet, duplicem fuisse manus impositionem super venientes *ab hæresi*, a confirmationis ritu utramque distinctam; unam, quæ per invocationem Sancti Spiritus catholicorum conventui statim societ, alteram, qua differatur sanctæ communionis restitutio, ut per plurimos pœnitentiæ fructus acquiratur. At tamen fortasse haud certum est, quidquid dixit aut Coustantius, aut Maranus, Stephani verba confirmationis seu consignationis ritum, quo datur Spiritus Sanctus, exclusisse; clarum est quandoque statuuisse veterem ecclesiam, oportere hæreticos, qui ad ecclesiam nunquam pertinuissent, per ritum istum confirmationis, collato in illos Spiritu Sancto, ad communionem admitti. Videsis quæ ad CONCIL. VI. supra dicuntur, p. 178. ac præsertim canonem illum *Concilii Arelat.* cum Suffragio quinto horum præsum collatum. Cons. et Can. vii. Concilii Laodiceni, et qui dicitur Concilii primi CPol. canon vii.

P. 119. l. 18. Munnulus] In cod. Veronensi ab hoc episcopo omnes fere deinceps episcopi sententiis suis hanc formulam præmittunt, IN PACE, quæ in Foxiensi nullibi legitur. (Cons. Rigalt. infra, p. 163. ubi ait idem factum in *MS. Corbeicensi* a Satio episcopo in Suffrag. fere omnibus usque ad finem) RIGALTIVS. De Monnulo mentio habetur Ep. ad Cornelium Concilii nomine, de pace lapsis danda (supra pag. 93.) FELLUS. Munnulus pro Monnulo in *ed. Baluziana* extat, et Harduinus in *ed. sua Conciliorum* ait,

“ recte *MS. noster* Munulus (sic) a Girba.” Ita et scribitur in *codice Meermanniano*. Sed *Monnulus* præstat *Novi Coll. cod. uterque*. *Monulus cod. alter meus*. Posuit Morcellus in *Africa Christiana*, vol. i. pag. 171. “ Momillus, qui et “ *Munulus* et *Munnulus*.”

P. 119. l. 20. baptismatis trinitate] Quia trina immersione expediebatur; nomine Patris, Filii et S. Spiritus. Tertull. de Corona ait, *Ter mergitamur*. Basilius de Sp. S. c. 27. vocat *τῆς βαπτίσεως*. De hac re videantur Cyrill. Hierosol. Athan. Ambros. et Hieronym. et alii e veteribus passim. FELLUS.

Ibid. l. 25. vere renasci] Mala non est lectio quorundam veterum librorum in quibus scriptum est *venire, nasci et baptizari*. Unus meus multum confirmat hanc lectionem; habet enim *venire et nasci et baptizari*: eam quoque confirmare videntur verba Cassii a Macomodibus, p. 332. *cum ad ecclesiam venire cœperint*. Vide quæ dicta sunt a nobis ad epistolam ad Donatum, p. 373. BALUZIUS. Habet *codex meus olim Meermannianus venire nasci* pro *vere renasci*, haud ita *codex alter meus* atque Augustinus. Sed abest vox *vere* a *Novi Coll. codice utroque*.

Ibid. cancer quod habebant] Confert cum *Suffragio Primo* Anglicus interpres, ubi hæc sunt, *sacramentum interrogat cujus os et verba cancer emittunt*.

Ibid. l. 26. effectura] Hanc lectionem inveni in eodem libro meo veteri et in pluribus aliis, tum etiam apud Augustinum, lib. vi. de Baptismo contra Donatistas, cap. 17. *Codex Seguerianus* et quidam alii præferunt *damnationis iram et erroris effecturam*. BALUZIUS. Editi vetustiores *offensa*, posteriores *effectura*. Alteram vero lectionem *effectura*, jam receperat Pamelius, dixeratque Rigaltius, in *codice Foxiensi* legi *effectura*, pro eo quod officit, et hanc esse verissimam lectionem; præstat eandem *codex Novi Coll. alter*, sed *effectura cod. prior*, et *codex uterque meus*. Variant inter se Augustini libri.

Ibid. l. 28. a Cedias] Urbem istam non eandem esse atque illam *Quidias* seu *Quida* appellatam, quod sentiebant quidem Fellus et Harduinus, ostendit Dupinius in *Geographia Sacra Africae*, quam *S. Optato* præfixit.

P. 120. l. 6. vivificandus] Ita restituimus ex fide veterum manuscriptorum. Vide notas ad librum de Oratione Dominica. BALUZIIUS. Ibi nimirum *vivificato* pro *justificato* ex libris vir doctissimus similiter restituit; cum enim hoc loco pleræque editiones ante Fellum impressæ habuissent *justificandus*, posuit præsul ille ex uno codice Bodleiano *innovandus*. Sed et *Conciliorum editiones*, sicut *Augustinus*, immo etiam *Erasmiana Cypriani editio*, in qua primum posita hæc Acta, atque Morellii illa, *vivificandus* præstant, quod ex fide *veterum manuscriptorum* se restituisse addit Baluzius. Præstant porro *vivificandus* codex Novi Coll. alter, meusque olim Drurianus, sed *innovandus* Novi Coll. prior, atque alter meus Meermannianus.

Ibid. l. 9. Hippone regio] Urbs est Numidiæ, Augustini sedes episcopalis. A Carthagine distat Antonino supputante 218. M. P. ab Hippone diarrhito 160. M. P. Nunc temporis appellatur, *Bona*. FELLUS.

Ibid. l. 12. quantum in nobis est] Ait respondens S. Augustinus; *Vidit plures huic sententiæ* (hoc est contrariæ) *consentire, a quorum tamen consortio, ne violaretur unitas, se isti* (hi sunt suffragatoris οἱ ὁμόφρονες) *separare non possent*. In *Sententia xviii*. Sedatus episcopus dixit, *Quare omnibus pacificis quidem viribus nitendum est, ne quis hæretico errore infectus et tinctus singulare* (sic) *et verum ecclesiæ baptismum detrectet accipere*. Confer et ipsius Cypriani proœmium.

Ibid. l. 15. Successus ab Abir] Ad hunc episcopum Epistolam suam num. 80. signatam scripsit S. Cyprianus, ut de ingruente vexatione eum admoneret, non multo post ipse ultima passurus.

Ibid. l. 21. Fortunatus] Hunc accepisse a Cypriano epistolam illam, quæ inscribitur *De Exhortatione Martyrii*, notat Morellus pag. 316. vol. i. *Africæ Christianæ*, voce Thuccaboris.

Ibid. l. 23. super petram] Ita sanctus Augustinus in loco paulo ante laudato. Ita etiam scripsit Erasmus, ita quoque ego reperi in quinque codicibus antiquis. Aliam lectionem quæ habet *super Petrum*, legi in codice Segueriano et in aliis tredecim: et sic quoque scriptum esse in codicibus manuscriptis operum sancti Augustini monent

eruditissimi monachi Benedictini qui postremam operum ejus editionem curarunt. Atque ego sane, qui scio sanctum Cyprianum frequenter scribere ecclesiam esse fundatam super Petrum, facile eam lectionem prætulissem, quæ nititur auctoritate plurimorum veterum librorum, nisi animadvertissem comparationem hic institui inter ecclesiam et hæresim, adeoque retinendam esse vocem *petram*, in qua ædificatur ecclesia, ut ait Augustinus; infra in allocutione Januarii Muzulænsis, p. 334. legitur: *Ecclesia et hæresis duæ diversæ res sunt.* BALUZIUS. Quanquam de hac re sæpius monuimus; quod importuni librarii ubi petræ occurrebat mentio, statim ad Petrum id pertrahebant: tamen cum Rigaltio hic observare par erit, Augustinum exemplaris sui fidem secutum hoc loco legisse. *Ædificavit ecclesiam suam Christus super petram, non super arenam.* FELLUS. Ita in edit. Oxon. codices quatuor signantur, in quibus positum est *Petrum*, quibuscum faciunt quatuor illi, quibus utor, unusque de duobus penes me Augustini MSSis.

P. 120. l. 30. velut cancre] Vox recte se habet; quantumvis reclament quidam grammatici. Lucretius lib. v. dicit, *Canceris ut vertat metas ad solstitiales.* et neutrum esse, prout hic usurpatur, diserte affirmat Priscianus. FELLUS.

P. 121. l. 10. præsumptores] Conferas *Suffrag.* Secundiani a Thambeis, quod octogesimum est. Nesciunt voces, *Quot sint baptismi*, cum Cypriani codices quatuor, quibus utor, tum Augustini duo mei manuscripti.

Ibid. l. 17. flebiles et tabidos] In Foxiensi, *flebiles et habiles*, perperam. Tabidos hæreticos dicit, quasi tabescentes mœrore et squalore pœnitentiæ. RIGALTUS. Dubium an intelligat Cassius ex pœnitentia squalidos et lacrymis diffluentes; an malis moribus corruptos et deploratos. Infra dicitur, *Mens hæretica, quæ diuturna tabe polluta est:* quod ad posteriorem sensum inclinat. FELLUS.

Ibid. l. 28. ecclesiæ assistimus] Græca Interp. *συνιστάμεθα τῇ ἐκκλησίᾳ.*

Ibid. l. 33. fiant] quomodo Christianos faciunt. Ista desunt in quinque antiquis codicibus et apud Augustinum, et pro iis legitur simpliciter *fiant*, ut scribendum videatur,

si Christiani non sunt, fiant, quomodo post hæc edita scriptum vidimus in codice sancti Arnulphi. Fiunt enim, non nascuntur Christiani, uti observatum est supra pag. 373. BALUZIUS. Cum apud *Augustinum* et, teste edit. Oxon., in MSS. *Ebor.* et *Bodl.* 2. et in quatuor meis, atque a Zonara γινέσθωσαν qui habet, legatur *fiant*, ipsum illud, quod nobis vir doctus commendat, reponendum videbatur.

P. 122. l. 14. confirmari oportet] Sic emendate edidit Baluzius fortasse ex scriptis suis; dum alii aut omittunt verbum *oportet*, *confirmari* tamen vel *confirmare* legentes, aut verbum *debemus* post *confirmare*, non post *observare*, præstant.

Ibid. l. 18. Quietus a Baruch] In Veronensi *Confessor Quietus a Burug*. RIGALTIVS. Morcellus in *Africa Christiana* vol. i. p. 110. “*Burugiatensis*. Latet sub hoc nomine “*Burca*, quam Ptolemæus in Mauretania Cæsariensi agnoscit, ea Cypriani ævo *Burug* audiebat, unde *Buruga* “aut *Burugia* esse cœpit, quæ *Burca* primitus dicta fuerat, “quanquam Græci barbara nomina mollire ipsi, et ad “Græcam consuetudinem efferre solebant: ut prisea nomina “ab Afris servata potius, quam immutata putare possis.” De titulis istis agit Baluzius supra sub initium notarum.

Ibid. l. 21. *baptizatur a mortuo*] Sequitur istud, et iterum tangit mortuum, in *edd. Erasmi* atque *Felli*. In harum editionum posteriore testis lectionis citatur *Augustinus*, quæ tamen in Augustini sicut *Cypriani* Benedictinis editionibus, merito repudiata est. Neque addit verba Cyprianus in *Epistola ad Quintum*; immo ita vel ineptius hic adductum esset Siracidæ istud, si fieri id posset. Nesciunt illud cum Cypriani tum Augustini, quibus utor, scripti codices. Additamentum tamen extat in *edit. Haruina Conciliorum*.

P. 123. l. 8. blasphemia Trinitatis] Observet lector, hic et alibi, *Trinitatis* vocem Personas divinas designare. Sic Tert. adv. Prax. c. 3. *Numerum et dispositionem trinitatis, divisionem præsumunt unitatis; quando unitas ex semetipsa derivans trinitatem, non destruat ab illa, sed administretur. Itaque duos et tres jam jactitant a nobis prædicari, se vero unius Dei cultores præsumunt: quasi non et unitas ir-*

rationaliter collecta, hæresin faciat; et trinitas rationaliter expensa, veritatem constituat. FELLUS. Cum Theophilus episcopus Antiochenus jam ante Tertullianum Τριᾶδος vocem de tribus Personis Divinis in lib. ii. *Ades. Autolyceum* c. 23. adhibuisset, *Trinitatem* postea dixerunt Latine loquentes Tertullianus, Cyprianusque, qui hac voce usus est non uno loco, et episcopus ejusdem ætatis hic ipse Eueratius.

P. 123. l. 11. a blasphemia suæ præsumptionis] Ut ita scriberem me compulit auctoritas quindecim veterum exemplarium. Antea legebatur *a blasphemia suæ præsumptione*. Quæ sane lectio habetur in quibusdam codicibus antiquis. BALUZIUS. Augustinus quoque habet, *a blasphemia suæ præsumptionis*. Adde codices Cypriani, quibus utor, omnes.

Ibid. l. 13. Libosus a Vaga] In Veronensi: *Confess. et Mart. in novis areis positus Libosus a Vaga*. RIGALTIIUS.

Ibid. l. 18. Lucius a Thebeste] In Ver. *Confess. et Mart. in Fausti positus Leucius a Theeste*. RIGALTIIUS.

Ibid. l. 19. verbis vanis] Vulgo, verbis *variis*. Correxì ex tribus codicibus MSSis, Novi Coll. posteriori, et utroque meo, dum deficit hæc inter codex Novi Coll. prior.

Ibid. l. 24. ab Amaccora] Nescio quomodo accidit, ut ita scriberem (*ab Amaccora*): nam certum est scribi debere a Bammaccura, ut patet ex iis quæ a me annotata sunt in notis ad collationem Carthaginensem inter Catholicos et Donatistas, pag. 236. Cum autem propterea editionem meam istius collationis consulerem, forte evenit ut inciderem in pag. 122. ubi monui virum summe doctum et mihi nunquam sine laude nominandum Jacobum Sirmondum erravisse, cum scripsit illam factam esse altero anno post consulatum Varanis, eo in primis argumento quod ex Augustino colligatur peractum esse jejunium Pentecostes paulo ante collationem. Cum hæc mea observatio certa sit, et nihil ad eam destruendam afferri possit, miror R. P. Joannem Harduinum virum multæ lectionis et eruditionis, insinuare voluisse in tomo primo editionis suæ Conciliorum, p. 1043. standum esse opinioni Sirmondi. Quod ideo istie annoto, ne quis deinceps in hoc fallatur. Utinam Hardui-

nus voluisset sequi editionem meam gestorum, quæ certe, absit verbo invidia, multo melior est ea quam ille dedit. BALUZIUS. Morcellus in *Africa Christiana* vol. i. pag. 95. “Bamaccorensis. Inter civitates nationesque Africæ memorantur a Plinio *H. N.* lib. v. c. 4. Vamacures, quos in “Numidia fuisse ex Notitia discimus.”

P. 123. l. 4. Et ego ipse secutus] Addidit Baluzius pronomen *ego*, forsitan ex scriptis suis, et mox infra edidit, *quia alienus esse non potest*, ubi Rigaltius *alienis* pro *alienus* habet; cæteri autem, *quia*, vel *qui*, *alieni sunt*, *nobiscum esse non possunt*.

Ibid. l. 28. privatus fons noster est] Notanda est, ait Anglicus interpres, vetustissima accommodatio libri Canticorum ad Christum et ecclesiam.

P. 124. l. 1. Quando danti locus non est] Malim legere, *Quando danti dandi locus non est*.

Ibid. l. 15. Leptiminus] Λέπτις μικρά Ptolem. Urbs Byzacenæ, cum Leptis Magna ad Tripolitanam pertineat. A Carthagine secundum Antoninum 106. M. P. distat, De hac mentio habetur in collat. Carthag. et notit. Afric. FELLUS.

Ibid. l. 18. non unum] *Non duo* Augustinus habet; consentiente quidem *Novi Coll. codice posteriori*, sed nil mutandum. Conferas *Suffrag. 1.*

Ibid. l. 22. pejores quam ethnicos] Confer *Suffrag. Saturnini a Thucca*, seu lii. pag. 126.

Ibid. l. 33. Illud mirandum est] Vulgo, Sed illud m. e. Omisi *sed* fide codicum, quibus utor, et Augustini.

P. 125. l. 4. Sattius] In Corbeiensi, ab hoc episcopo omnes fere nominibus suis præmittunt, *IN PACE*; qua formula significare videntur, nolle se sententia sua quenquam a communione, etsi diversum senserit, amovere. Quæ lex dicta per Cyprianum fuerat in præfatione Synodi. RIGALT. In vocibus, *Si hæreticis in baptismo suo peccata donantur, suo pro sua* reposui ex tribus de codicibus meis Augustinoque.

Ibid. l. 12. et Christianos inquinat] Augustinus respondens ait: *Illud sane quod in ultimo posuit dicens, Utrum-*

que contra rationem &c. *respuit primitus ac maxime Cyprianus ipse cum sibi consentientibus collegis suis. Neque enim inquinari se credidit, quando talibus propter vinculum pacis communicandum esse decrevit dicens, neminem judicantes, aut a jure communionis aliquem si diversum senserit, amoventes. Vid. supra ipsum initium Concilii.*

P. 125. l. 13. Utica] Urbs Zeugitanæ, *civium Romanorum; morte Catonis nobilis, ut ait Plinius. Ἰρὺκη Polybio et Ptolem. Nunc Byzerta appellata. FELLUS.*

Ibid. l. 19. Jambus] In Foxiensi, neque hic neque in aliis episcoporum nominibus non leguntur appellationes confessorum neque martyrum. RIGALTIIUS. In quatuor illis, quibus utor, codicibus, haud extant. Referas te ad Baluzii notam initio hujus Concilii positam, p. 182. Verum *editio Oxoniensis* titulos conservavit, quos quidem ad singula nomina in his notis indicaturus sum. Nomina autem confessorum, quos affatur S. Cyprianus in Epistola 77. quique ipsi in his Actis signantur, sunt Nemesianus, Felix, Lucius, alter Felix, Letteus, Polianus, Victor, Jader, Dativus.

Ibid. Germaniciana] Nova nimirum, ut ab Abbiritana distingueretur. Urbis hujus episcopus tempore collat. Carthaginensis erat Innocentius. Ad Byzacenam pertinet, a Germanicarum cohortium veteranis habitata. De hac, ut et aliis plerisque, illud obtinet quod Plinius lib. iv. c. 4. refert; quod *non civitates tantum, sed etiam nationes jure dici possunt.* FELLUS. At vero Morcellus in *Africa Christiana* vol. 1. pag. 168. oppido Numidiæ Germaniæ Innocentium adscribit; Iambum vero Germanicianæ ad primum Byzaceninam pertinenti.

Ibid. l. 20. ut—negent] Inusitatio constructio, cujus tamen sensus apertus.

Ibid. l. 29. *Aut enim Dominus Deus est] Aut enim Dominus tuus Deus est.* Ita vulgo editum. Sed Augustinus editus habet, *Aut Dominus Deus est.* MS. Augustini uterque meus, *Aut Deus Deus est.* Fortasse ex antecedente voce istud *tuus* vitiose ortum est. Cumque in *Erasmi ac Morellii edit.* locum se ita habentem viderim, *Aut enim Deus* (sic)

Deus est, voculam *tuus* delendam putavi. Nunc eandem abesse sentio a plerisque codicum MSS. Cypriani, quos vidi.

P. 125. l. 33. Jader] Cum editionem Erasmanam, in qua primum omnium Acta hujus synodi comparuerant, ceteræ editiones, excepta illa Baluzii, imitentur, titulo *Confessoris et Martyris* hic episcopus auctus est. Sed neque huic, neque cuiquam patrum subsequentium, hujusmodi titulos contulit aut *Augustinus*, aut *libri* quos nominat initio hujus Concilii Baluzius. Baluzium vero in hac re secutus sum, cum in nullis vel Cypriani vel Augustini codicibus scriptis, quibus uti mihi licuit, titulos hosce invenerim. Ait Morecellus in *Africa Christiana* vol. i. p. 226. “ In recentioribus exemplaribus appellatur *Confessor et Martyr*: quare ille esse videtur, quem Cyprianus memorat initio ejus epistolæ, num. 77. quam scripsit ad Nemesianum et ceteros martyres in metallo constitutos, quique cum Felice et Poliano ceterisque sociis apud Metallum Siguense commorantibus responsum dedit; cujus subscriptio fuit, *Jader subscripsi, epist.* 80. eundem ecclesia Romana in Martyrologio celebrat quarto idus Septembres cum Nemesiano et sociis, qui sub Valeriano et Gallieno Martyrum lauream adepti dicuntur.”

P. 126. l. 6. Paulus] Vox *Confessor* nomini huic, et duobus, quæ proxime sequuntur, præmissa est in editionibus ante Baluzium.

Ibid. ab Obba] *Bobba*. Urbs Mauritaniae. Obba dicta in Not. Afric. et collat. Carthag. sed codices plurimi habent *Bobba*, cui nomenclaturæ favet Plinius, qui in Mauritania a *Lixa* 40. *M. P. in mediterraneo Augusti coloniam Bobbam* collocat. FELLUS.

Ibid. l. 28. et *exercemus*] Antea legebatur *tenemus et exercemus*. Sed *tenemus et* non extat in codice Segueriano neque in aliis veteribus. Anonymus in libro de rebaptismate, pag. 354. *baptismate quod interim exercebat*. BALUZIIUS. Nunc post Baluzium voces *tenemus et* omisi, quas neque in Cypriani neque in Augustini codicibus, quibus utor, MSSis reperio.

P. 126. l. 29. Saturninus] Præmissum est in libris editis, quos ante dixi, *Alius Confessor*.

Ibid. l. 30. illicita facientes] Mihi quidem probata est cl. Marshalli conjectura, reponentis *licita* facientes.

Ibid. l. 33. Gentiles—summum Deum &c.] Hoc certe probat ipsius animæ quamvis non Christianæ testimonio Tertullianus lib. de Testimon. Animi. RIGALTIIUS. *Summum Deum*. Jovem nimirum, qui pater hominum et Deorum audit. FELLUS.

P. 127. l. 7. Zama] Urbs Numidiæ. *Azama* Ptolem. A Strabone, Plinio, aliisque memorata. Hic loci Hannibal a Scipione magna strage victus. FELLUS.

Ibid. non nisi in ecclesiæ baptismo remittantur] Particulam *in* a Baluzio omissam revocavi, quam omnes alii agnoscunt.

Ibid. l. 10. Irenæus] Is in libris quos memoravi, *Confessor* audit.

Ibid. l. 12. hæresis major est] Hoc est, major quam ecclesia. Augustinus: *Respondetur*. *Hoc modo dici potest, si ideo avarum ecclesia non baptizat, quod dicatur jam baptizatus esse, avaritia major est. Hoc autem falsum est: ita ergo et illud*. Lib. vii. *Contra Donatist*. ubi supra. An vero allato a contraria parte argumento satisfaciat hoc responsum, viderit vir sanctus; quoniam adducitur hujusmodi, ni fallor, argumentum: hæresis major ideo videri possit, quod hæretici aliqui rebaptizabant catholicos non rebaptizantes.

Ibid. l. 23. Faustus] Is quoque *Confessor* appellatur in *editt*. ante *Benedictinam*, secutis *Erasmus*, qui primus hæc Acta addidit. *Baptismati intercedit*, id est opponit se, ut satis Latine Faustus loquitur.

Ibid. l. 31. Rogatianus] Ad hunc scripsisse Cyprianum Epistolam ordine 65. notavit Morcellus in *Africa Christiana* vol. i. p. 246.

P. 128. l. 1. Therapius] Hic et pater alter post eum *Confessores* in *iisdem edd.* vocantur.

Ibid. l. 7. Buslacenis] Reponendum crediderim, *Byzacene*. Byzacium enim *βυζακίην* appellat Ptolemæus; ejus regionis fertilitatem miris modis effert Plinius non uno in

loco. De hujus urbis episcopo mentio habetur in collat. Carthag. FELLUS. In provincia est sita, quæ Byzacena dicta est. Morcellus in *Africa Christiana*, vol. i. p. 111. “Episcopatus hic ad coloniam pertinet, quæ Bizica Luca cana dicebatur, et inde Buslacensis evasit.”

P. 128. l. 14. ab Aggya] Videtur esse Aggiva, de qua habetur mentio in Collat. Carthag. FELLUS. *MS. noster* Abachia, unde incertum an a Bachia, an ab Achia, legendum sit. HARDUINUS. Hic reponi potest *habet* pro *habuerit* ex Augustino et Cypriani, quibus utor, scriptis.

Ibid. l. 23. Alius Victor] *Confessoris* titulo ornatus, ubi supra. Ceterum notat Harduinus, hanc esse Tenacis, qui præcessit, sententiam in *MS. Societatis suæ*, illamque vicissim esse hujus Victoris. Addas unum de Pamelii *MSStis*, et Novi Coll. Cod. 2. et utrumque meum.

Ibid. l. 26. ecclesia non est] Ut in superiori Suffragio. Quapropter voculam *una* post *ecclesia*, quam nescit Augustinus, hinc ejiciendam censui. Nunc firmantibus nostris codicibus.

Ibid. l. 27. Donatulus a Capsa] “Non dubium est, huic ipsi scriptam esse epistolam (*epist. 53. ad Fortunatum*) “cujus est argumentum *De iis, qui per tormenta superantur*, in ipso enim exordio et Donatulus cum aliis appellatur, et Capsensis civitatis fit mentio.” Morelli *Africa Christiana*, vol. i. p. 119.

Ibid. l. 30. Verulus] *Martyr de schismaticis Verulus* (sic Felli aliorumque edd.). Eo, ut videtur, loquendi genere positum, quo dicitur Ep. xlii. *Repostus de extorribus*. Verulus scil. martyrio nobilis, licet olim schismaticus. Supra adnotatum elogia hæc omnia in plerisque exemplaribus omitti. FELLUS.

Ibid. l. 31. multo magis schismaticus &c.] Ita respondet Augustinus: *Jam ostendimus eos habere, quia non amittunt cum recedunt; non enim recipiunt cum redeunt*. Probatio est ex ipsorum Africanorum praxi, cum non rebaptizarent redeuntes ab hæresi, qui in ecclesia fuissent prius baptizati.

P. 129. l. 1. ut sustinerem] Expectarem. Pariter Victor

ab Octavo infra dicit *expectabam præcessorum consilium*. FELLUS. An Pudentiani verba *novitas episcopatus* lucem afferant illis S. Ignatii in *Epist. ad Magnesios*, τὴν φαινομένην νεωτερικὴν τάξιν, aliis disquirendum relinquo. Supplent quidem pronomen *mei* post *episcopatus* codex Novi Coll. prior et uterque meus, sed cum reliquis nescit illud Augustinus.

P. 129. l. 5. Petrus] *Martyris* titulo ornatus in libris *editis*, quos dixi.

Ibid. Hippone Diarrhytorum] (*Hippo Diarrhito* Fell. et alii.) Plinius lib. v. cap. 4. *ab oppido quod Hipponem ditutum vocant, Diarrhytum a Græcis dictum propter aquarum irrigua*; situm fuisse in littore Africæ docent Plinius et Mela. Vide notas nostras ad collationem Carthaginensem, p. 222. BALUZIUS.

Ibid. l. 22. Lamasba] Fellus quidem imprimendum curavit *Lambesa*, et ad Suffragium VI. occurrit Januarius a Lambase, ubi notavit vir doctissimus Ptolemæum habere urbem *Λαμαίσα*, sive *Λαμβάισα*. Sin vero *Lambase* hic quoque reciperetur, tum vero aut duplex unius civitatis præter morem episcopus efficeretur, aut urbs cognominis fuisse statuenda foret. Quod quidem haud raro fit. Ita, cum in Suffragio LII. urbs *Thucca* vel *Tucca* nominata esset, hæc scripsit ad Suffragium ab hoc tertium Fellus; “*Tucca* “*urbs Mauritanie Sitif. De qua Plinius lib. v. c. 2. et* “*Notitia Afric. alia a Tucca Terebinthina, et tertia Numi-* “*diæ.*” Attamen fortasse *Lamasuensis* Pusillus episcopus fuit, nam in *Notitia* 112, et in *Collat. Carthag.* monente Dupinio in *Geographia Africæ Sacra*, episcopatus iste provincie Numidie memoratur. Sic nunc Morcellus in *Africa Christiana*, vol. i. p. 194. “*Lamasua, quæ et Lamasba,* “*in Numidia erat, inter Dianam Veteranorum et Zarat,* “*ut Antonini Itinerarium ostendit.*” Deinde Pusillum episcopum commemorat Morcellus, atque hæc de urbe altera, cujus episcopus Januarius fuit, scribit, “*Haud ob-* “*scura Numidie urbs Lambese, quæ Ptolemæo Lamboesa* “*est, et statio legionis Augustæ tertiæ.*” p. 195.

Ibid. l. 25. Salvianus] *Martyr* appellatur, ubi supra.

P. 130. l. 1. Clarus] *Confessor Clarus, et Martyr Secundianus* audit in iisdem *edd.*

Ibid. l. 5. et credentium fidem baptizantes] Nove dictum ab hoc episcopo pro *fidei credentibus*. Solum τοὺς πιστεύοντας habet *Græca interpretatio*. In *MSto Druriano* voces *nec fidem* ante *nec potestatem foris* superadduntur. Interea istud *foris* significat extra ecclesiam.

Ibid. l. 12. et indulgentiam divinæ gratiæ consecuti] Edidit Baluzius *non sint consecuti*, et una est ex lectionibus quas tacitus induxit. In altero quidem Augustini penes me *MSto non consecuti* comparet; sed ceteri libri cum editi tum scripti istud *non sint* ignorant.

Ibid. l. 17. Joannes apostolus in epistola sua] Ante Africanum hunc episcopum Aurelium a Chullabi seu Chulli, extiterunt, qui secundam hanc Joannis epistolam adduxerint, Irenæus lib. i. cap. 16. al. 13. Origenesque item, hic autem dubitantius, in *Comment. suo in S. Joan. Evang.* p. 83. ed. Huetii; tum vero eandem receperunt epistolam Auctor *Fragmenti de Canone S. Scripturæ, Clemensque Alex.* ut ad idem FRAGMENTUM ostendi, vol. i. p. 423. Sed contrarium fecisse Cyprianum, etsi collegæ ejus Aurelii testimonio multum in hac re tribuit cl. Lardnerus, neque immerito, in *Opere De Fide Hist. Evang.* P. 11. vol. iv. lib. i. c. 44. §. 7. 5. fortasse suspiceris, ex eo quod hunc ipsum versiculum non afferat vir sanctus vel in lib. iii. *Testimoniorum ad Quirinum*, c. 78. ubi ostendere vult ex *S. Scriptura, cum hæreticis non esse loquendum*, vel in aliis locis quamplurimis, ubi id facturum illum jure expectaveris, si quidem epistolam recepisset. Et, postquam hæc adnotaveram, vidi hoc monentem Anglicum interpretem cl. Marshallum, Joannis primam epistolam sine ulla numeri distinctione ubique laudari a Cypriano, tanquam si secundam istam ignoravisset. At vero similiter profert idem ille Cyprianus *S. Pauli epistolam ad Thessalonicenses posteriorem* in *Epist. sua* 55. al. 59. immo sic quoque in hoc *Suffragio* ipsa Joannis secunda epistola ab Aurelio adfertur. Errat quoque interpres idem, dum ait, Tertullianum in *Præscript. Hæret.* bis testimonium dedisse secundæ Joannis;

quoniam in priore loco, quem nominat Marshallus, cap. 33. respexisse licet auctorem ad epistolam primam Joannis cap. 4, et in altero, nimirum cap. 12. magis spectari poterant a Tertulliano Pauli apostoli verba in epistola ad Rom. xvi. 17.

P. 130. l. 26. Gemellis] Urbs Numidiæ Antonin. Colonia Romana sub Hadriano Imp. deducta, ut Ligorius ex ejus nummo docet. *ÆLIA HADRIANA GEMILLINA*. De hoc Litteo videtur mentio habita Epist. Cyp. lxxvi. *FELLUS*. *Confessoris* titulus huic episcopo adjectus est in Cypriani, quas dixi, *editionibus*.

Ibid. l. 28. illuminare] Notat vir doctiss. Anglicus interpres, *ἐμφοτικῶς* hoc dici, quia baptismus *φωτισμὸς illuminatio* sæpe appelletur.

Ibid. l. 30. ab Oëa] In provincia Tripolitana, uti diximus: sitam illam fuisse inter duas Syrtes docet Plinius, lib. v. cap. 4. Et tamen Ptolemæus Sabratam, Oeam et Leptim magnam, quæ certe sunt civitates provinciæ Tripolitanae, locat in parva Syrte, nimirum, ut opinor, quod viciniores sint minori quam majori. Nescio autem an non Virgilius, qui libro quarto *Æneidos* post inhospitam Syrtim locat desertam siti regionem, per desertam siti regionem intellexerit Tripolitanos vicinos inhospitæ Syrti. Civitas *Oeensis* legendum est apud Martianum Capellam lib. vi. non *Oeensis*. Ex Oea porro uxorem accepisse Apuleium docet sanctus Augustinus in epistola ad Marcellinum; et Apuleius ipse scribit se fuisse factum civem Oeensem. Vide Cujacium lib. viii. *Observat. cap. 27. BALUZIUS*.

Ibid. l. 31. Sabratensis] Urbs Tripolitanae. *Sabrata* Plinio. De hac mentio habetur in *Collat. Carthag. August. lib. iii. contra Crescon. c. 53. et Vict. Vit. Pompeius* urbis hujus episcopus, ille ipse videtur ad quem celebrem epistolam scripsit Cyprianus in causa baptismi hæreticorum, contra Stephanum. Observari poterit, ab ultima antiquitate absentibus episcopis jus suffragii non periisse, si modo alicui collegarum vices suas obeundi potestatem fecerint. Et quidem fortassis hinc non prorsus abludit illud quod

dicitur, 1 Cor. v. 4. ut scil. episcopi Achaiae congregati synodice, in Corinthium incestum animadverterent per ecclesiae censuras; *cum* absentis Apostoli *spiritu*. FELLUS.

P. 130. l. 31. Leptimagnensis] Urbs Tripolitanæ, ex tribus Urbibus, Taphri, Abrotono, et Lepti magna conflata (conflatae). Hanc memorant Plinius, Solinus, Antoninus et Ptolem. De Lepti minore superius actum. FELLUS.

P. 131. l. 6. Cyprianus] *Confessor et Martyr* in *editt.* quas dixi præfixum est. Idemque titulus adversario Cypriani Stephano in veteribus Bedæ aliorumque martyrologiis attribuitur.

Ibid. Meam sententiam] Quanquam dogmatis hujus invidia in Cyprianum nostrum imprimis rejiciatur, illud tamen non tantum 87. Episcoporum Africae, Numidiae, et Mauritaniae suffragiis fultum, sed longe dissitarum ecclesiarum; per Ægyptum, Asiam, et Europam sparsarum, contessaratione erat firmatum. Canon Apost. 46. dicit: ἐπίσκοπον ἢ πρεσβύτερον αἰρετικῶν δεξαμένους βάπτισμα, ἢ θυσίαν, καθαιρεῖσθαι προστάσσομεν, τίς γὰρ συμφώνησις χριστῷ πρὸς βελιάρ; ἢ τίς μερὶς πιστῷ μετὰ ἀπίστου; Ita etiam diu ante motam cum Stephano litem decreverant Synodi Iconiensis, et etiam Synadensis patres, quemadmodum discimus a Dionysio Alexandrino, apud Euseb. lib. vii. c. 7. μεμάθηκα καὶ τοῦτο, ὅτι μὴ νῦν οἱ ἐν Ἀφρικῇ μόνου τοῦτο παρεισήγαγον, ἀλλὰ καὶ πρὸ πολλοῦ κατὰ τοὺς πρὸ ἡμῶν ἐπισκόπους, ἐν ταῖς πολυανθρωποτάταις ἐκκλησίαις, καὶ ταῖς συνόδοις τῶν ἀδελφῶν, ἐν Ἰκονίῳ καὶ Συνάδοις, καὶ παρὰ πολλοῖς τοῦτο ἔδοξεν, ὧν τὰς βουλὰς ἀνατρέπων, εἰς ἔριν καὶ φιλονεικίαν αὐτοὺς ἐμβαλεῖν οὐκ ὑπομένω. οὐ γὰρ μετακινήσεις, φησὶν, ὄρια τοῦ πλησίον σου ἀ ἔθεντο οἱ πατέρες σου. De Iconiensi Synodo, eadem fere testatur Firmilianus. *Totum nos jampridem in Iconio, qui Phrygiae locus est, collecti in unum, convenientibus ex Galatia et Cilicia, et ceteris proximis regionibus, confirmavimus. Addit porro. Nos, veritati et consuetudinem jungimus, et consuetudini Romanorum, consuetudinem, sed veritatis opponimus: ab initio hoc tenentes quod a Christo et Apostolis traditum est. Nec meminimus hoc apud nos aliquando coepisse, cum semper illic observatum*

sit, ut non nisi unum Deum nossemus, et sanctum baptisma non nisi ecclesie computaremus. Cyprianus Epist. ad Jubaianum ait, *multos jam annos et longam transiisse aetatem ex quo sub Agrippino, bonae memorie viro, convenientes in unum episcopi plurimi hoc statuerint.* Et Epistola ad Quintum; non a decessore, sed *Antecessoribus* suis statutum affirmat. Insuper Tertullianus lib. de Baptismo. c. 15. *Unus omnino baptismus est nobis tam ex Domini Evangelio, quam ex Apostoli literis: quoniam unus Dominus, et unum baptisma, et una ecclesia in caelis. Sed circa haereticos sane quid custodiendum sit digne quis retractet. Ad nos enim editum est: haeretici autem nullum habent consortium nostrae disciplinae, quos extraneos utique testatur ipsa ademptio communicationis. Non debeo in illis cognoscere quod mihi est praecipuum, quia non idem Deus est nobis et illis; nec unus Christus, id est, idem. Ideoque nec baptismus unus, quia non idem; quem cum rite non habeant, sine dubio non habent; nec capit numerari quod non habetur. Ita nec possunt accipere, quia non habent.* Pariter in lib. de Praescript. *Nemo inde strui potest, unde destruitur: nemo ab eo illuminatur, a quo contenebratur.* Si ad Concilii Nicæni tempora descendamus, apparebit, synodi istius Patres, contra quod plurimi contendunt, litem hanc minime diremisse. Dicit quidem Hieronymus in Dialogo contra Luciferianos. *Quod Nicæna synodus omnes haereticos suscepit, exceptis Pauli Samosatani discipulis.* Magis tamen caute agit Augustin. qui licet [ait] suam de baptismo sententiam, *plenario totius orbis concilio, remotis dubitationibus firmatam; ac plenarii concilii sincerum et eliquatum esse placitum, totiusque orbis catholici consensum; porro jam in ipsa totius mundi unitate discussum, consideratum, perfectum, atque firmatum:* tamen, quod annotant Lovanienses, *nusquam neque nomen, neque locum concilii Augustinus expressit.* Credetne aliquis Nicænos patres statuuisse ut a quacunque haeresi ad ecclesiam venientes, exceptis Pauli Samosatani asseclis, sine iterato baptismo admitterentur? Nimirum Marcionitas, Valentinianos, Ebionitas, Carpocratianos, Manichæos, et reliquam lernam potiore loco habitos, præ Samosatani sequa-

cibus. Pace Balsamonis inducor ut credam, non perinde esse si *παυλιανισταὶ* aut *παυλικιανοὶ*, aut *παυλιανίσαντες* dicantur; sed ultimam hanc vocem prædictos patres ele- gisse, ut omnes hæreticos, Pauli in morem ab orthodoxa fide quoquo modo errantes, comprehenderent. *περὶ τῶν παυλιανισάντων εἶτα προσφυγόντων τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ ὄρος ἐκτέθειται, ἀναβαπτίζεσθαι αὐτοὺς ἐξάπαντος.* Quibus verbis diserte dicitur, qui sint per ecclesiæ repetitum baptismum admittendi; sed ut alii sine baptismo admitterentur, altum est silentium. Zonaras de Concilio nostro Carthaginensi hoc unum adnotat; quod ejus sententiæ ex parte sit dero- gatum; siquidem *οὔτε ἐπὶ αἰρετικοῖς ἐκράτησαν πᾶσι, οὔτε ἐπὶ τοῖς σχισματικοῖς.* Et in hujus assertionis probationem affert, non Concilium Nicænum, sed Constantinopolitanum primum. Certe qui post Concilium Nicænum variis in locis scripserunt Patres, quique venerandi istius consessus decreta, nec ignorasse censendi sunt, nec contempsisse; placitum hoc minime *eliquatum, discussum, consideratum, perfectum atque firmatum* credidere. Optatus Milevitanus, Parmeniano Donatistæ, orthodoxos quasi omnium hæreti- corum sacramenta ratificantes ridenti, respondens diserte ait; apud ipsos *non esse sacramenta, aquam illis esse men- dacem.* et lib. iv. et v. docet generatim apud Hæreticos *nulla esse sacramenta.* Unde Albaspinæus hoc scholion apponit. *Ego ex hoc et aliis multis locis conjicio, quod Op- tatus non existimat hæreticos posse baptizare.* In hac ipsa sententia fuit Magnus Basilius, qui Can. 1. de Hæreticis in genere dicit, *τούτους δὲ δῆλον ὅτι ἄνευ βαπτίσματος ἡ ἐκκλη- σία οὐ παραδέχεται,* et Can. 20. Enekratitas, Saccophoros, et Apotactitas recensens, summam ait, *ἡμεῖς μὲν τοι ἐνὶ λόγῳ ἀναβαπτίζομεν τοὺς τοιούτους.* et Can. 47. *οὐ δεχόμεθα οὖν αὐ- τοὺς εἰς τὴν ἐκκλησίαν, ἐὰν μὴ βαπτισθῶσι εἰς τὸ ἡμέτερον βάπτισμα.* Succenturiatur istis Cyrillus Hierosolymitanus, qui in præfatione ait, *εἰς κύριος, καὶ μίᾳ πίστις, καὶ ἐν βάπ- τισμα, μόνου γὰρ οἱ αἰρετικοὶ ἀναβαπτίζονται, ἐπειδὴ τὸ πρό- τερον οὐκ ἦν βάπτισμα.* Athanas. Orat. 3, contra Arianos, [Orat. 11. §§. 42, 43. ed. Benedictin.] de eorum baptismo dicit, *πῶς οὐ παντελῶς κενὸν καὶ ἀλυσιτελὲς τὸ παρ' αὐτοῖς*

διδόμενον ἔστι, προσποίησιν μὲν ἔχον, τῇ δὲ ἀληθείᾳ μηδὲν ἔχον πρὸς εὐσέβειαν βοήθημα; Et si prætexatur eos in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti baptizare, reponit ὡσπερ δὲ ἄλλο ἔστι κτίσμα παρὰ τὸν υἱὸν, οὕτως ἄλλο ἂν εἴη τῆς ἀληθείας τὸ παρ' αὐτῶν νομιζόμενον δίδοσθαι, κὰν τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, διὰ τὸ γεγραμμένον, ὀνομάζειν προσποιῶνται. Ait porro, πολλαὶ γοῦν καὶ ἄλλαι αἱρέσεις λέγουσι τὰ ὀνόματα μόνον, μὴ φρονούσαι δὲ ὀρθῶς, ὡς εἴρηται, μηδὲ τὴν πίσιν ὑγιαίνουσαν ἔχουσαι, ἀλυσιτελὲς ἔχουσι καὶ τὸ παρ' αὐτῶν διδόμενον ὕδωρ λειπόμενον εὐσεβείᾳ, ὥστε καὶ τὸν βαντιζόμενον παρ' αὐτῶν βυπαίνεσθαι μᾶλλον ἐν ἀσεβείᾳ, ἢ λυτροῦσθαι. Et inter eos qui integram baptismatis formulam servant, recenset Manichæos, Phrygas, ac Paulianistas. Adeo nondum invaluit concilii Arelatensis I. decretum, cui Augustinus se addixit. *Si quis ab hæresi venerit, interrogent eum Symbolum, et si perviderint eum in Patre et Filio, et Sp. Sancto esse baptizatum, manus si tantum imponatur, &c.* Concilium quidem Constantinopolitanum canone 7. [Concilii CPol. hic canon non creditur esse] hac ex parte Arianis gratiam fecit, nec non Macedonianis, Sabbatianis, Novatianis, Quartadecimanis et Apollinaristis; ut chrismate solum adhibito in ecclesiam admitterentur: sed ex adverso, ab iis decretum, quod Eunomianos, Montanistas, Sabellianos, καὶ τὰς ἄλλας πάσας αἱρέσεις, πάντα τοὺς ὑπ' αὐτῶν θέλοντας προστίθεσθαι τῇ ὀρθοδοξίᾳ, ὡς Ἑλληνας δεχόμεθα, καὶ τὴν πρώτην ἡμέραν ποιούμεν αὐτοὺς Χριστιανοὺς, τὴν δὲ δευτέραν κατηχουμένους, εἴτε τῇ τρίτῃ ἐξορκίζομεν μὲν αὐτοὺς, μετὰ τοῦ ἐμφυσᾶν τρίτον εἰς τὸ πρόσωπον, καὶ εἰς τὰ ὦτα. καὶ οὕτως κατηχοῦμεν αὐτοὺς, καὶ ποιούμεν χρονίζειν εἰς τὴν ἐκκλησίαν, καὶ ἀκροᾶσθαι τῶν γραφῶν, καὶ τότε αὐτοὺς βαπτίζομεν. Utrum ex paritatis ratione, qui non gravius errarunt Arianis, Macedonianis, reliquisque enumeratis hæreticis, canonis hujus virtute per chrisma in ecclesiam sint admittendi, non obstantibus verbis illis generatim perstringentibus τὰς ἄλλας πάσας αἱρέσεις, minime dixerim: certe Balsamon in locum, credidit ὅτι πάντες οἱ βαπτιζόμενοι εἰς μίαν κατὰ δύσιν, πάλιν βαπτίζονται. Quanquam non ita multo post, Gregorius M.

trinam mersionem ex Hispania proscripsit, dicens lib. 1. Epist. 41. *Ne dum quod faciebant, faciunt; nostrum se morem vicisse gloriantur.* Quæ ejus sententia, a quarta Toletana Synodo confirmata erat. Ubi decretum, *Simplam teneamus baptismi mersionem.* Agnosco gravem et diuturnam de hæreticorum baptismo controversiam, egregiis D. Augustini scriptis feliciter tandem aliquando discussam, et, ut ejus verbo utar, *eliquatam*; cujus invictis rationibus cessit, qua patet Christianus orbis; et unam fidem saltem de baptismo habuit, quod et unicum agnovit semper, donec hoc nostro seculo Anabaptistarum furores; non ecclesiarum modo, sed etiam gravissimo rerumpublicarum damno recruderunt. Promptum est dicere, Canone 8. Concilii Nicæni decretum; *περὶ τῶν ὀνομαζόντων μὲν αὐτοὺς καθαρὸς ποτε, προσερχομένων δὲ τῇ καθολικῇ καὶ ἀποστολικῇ ἐκκλησίᾳ ὥστε χειροθετούμενους αὐτοὺς, μένειν οὕτως ἐν τῷ κλήρῳ.* Nimirum ut Novatiani non tantum pro Christianis, sed etiam, si ad clerum admissi, pro clericis habeantur. Novatianis quidem eo promptior venia, quia, ut ait Balsamon, *περὶ τὴν πίστιν μὴ σφαλόμενοι, ἀλλ' ὡς ἀσυμπαθεῖς κατακρινόμενοι.* Sed si perpendantur quæ canonibus sequentibus, scil. nono et decimo habentur, scil. quod graviorum criminum rei, aut etiam lapsi, si ad sacros ordines promoveri contingat, *τούτους ὁ κανὼν οὐ προσίεται, et γνωσθέντες καθαιροῦνται,* suspicabitur hos tres canones, non de admissione in ecclesiam quidquam statuere; sed de gradu ecclesiastico suscepto, aut retinendo, aut amittendo præscribere; nimirum ut ordines, sive per surreptionem, sive alias collati hominibus olim Novatianarum partium, *καθαροῖς ποτὲ,* rati habeantur: criminum vero graviorum, aut Apostasiæ compertis concessi; prorsus irriti æstimentur. Sed nihil statuo. Unum observare liceat. D. Augustinum qui in baptismi negotio Cypriani auctoritate plurimum premebatur, causæ suæ adversus tam grave præjudicium, unicum fere præsidium petivisse, quod diceret, nihil ab ecclesia eo usque definitum, et proinde Cypriani errorem qui decessorum placitis et decretis mordicus insistebat, extra noxam fuisse: præsertim cum

neminem condemnaret qui alibi gentium agens, ubi canones isti non obtinuerant, ecclesiae suae moribus uteretur. **FELLUS.** Post lecta egregia ista, addas ea utiliter, quae Pearsonius de Afris in eadem sua sententia perstantibus posuit in *Annal. Cyprian.* ad an. 257. sect. ii. et iii. De hæreticorum autem baptismo alia præterea, cum ad initium **CONCIL. CARTHAG. V.** et hujus ipsius Synodi, tum alibi, annotata sunt.

Ceterum cl. Marshallus, Cypriani Anglicus interpres, qui de Septimo hoc sub Cypriano Concilio eruditam *Dissertationem Cypriano suo* adjevit, inter alia hæc duo scita probare pluribus argumentis aggressus est. Primum ab eo monitum est, (quod et cl. Maranus in *Prefatione ad S. Cypriani Op.* ostendit p. xiii. et xiv.) inter omnes utcumque de veritate baptismi hæreticorum disputantes consensum fuisse, baptismum illum nullum habere salutis effectum, donec confirmatus fuerit auctoritate ecclesiae atque episcopi super revertentes ad ecclesiam. Deinde, Cyprianum et demum omnes judicavisse, disciplinæ magis quam fidei rem controversam esse; atque ita ecclesiae licitum esse ex dispensandi jure suo baptismos istiusmodi vel irritos vel firmatos habere; quanquam multum inter se discrepaverint veteres illi de eo quod ab ecclesia fieri deberet. Ad posterius hoc quod attinet, an istæ quæstio ad disciplinam magis quam ad fidem pertinere olim censeretur, alii viri doctissimi dubitarunt; etsi non ita a se invicem violari fidem alterutra pars putaverit, ut hæreticos esse adversarios judicaret. Vide inter alios Joannem Placette V.D. in *Observatt. Historico-Eccles.* p. 102—114. Disertim ait Augustinus lib. v. *de Baptismo* cap. 25. *vicisse pacem Christi in cordibus eorum* (Stephani et Cypriani), *ut in tali disceptatione nullum inter eos malum schismatis oriretur.* At interea Placettii sententia est, Stephanum re ipsa excommunicasse dissentientes; quæ quidem fit verisimilis ob verba Firmiliani supra adducta, p. 187. Tempore tamen Xysti, successoris Stephani, quem *bonum et pacificum sacerdotem* Pontius Cypriani diaconus in *Vita* magistri sui appellat, et cujus martyrium ipse commemorat in


epistola 82. al. 80. Cyprianus, lites istæ consopitæ fuisse videntur. Sed hæc hæctenus. Constat utique patrocina- tum esse præsulem Romanum veteri saltem occidentalium consuetudini, non modo traditionis, quam apostolicam esse credidit, conservandæ causa, sed etiam metu rebaptizandi seu frustra iterandi baptismum, quem οἱ ὁμόφρονες Stephani *unum* esse aiebant secundum sacras literas, quod re- fert Cyprianus in *Epistola ad Quintum*. p. 126. et aliunde constat. At utinam Stephanus in re, ut cum Augustino loquar, a tota ecclesia nondum decisa, similiter ac S. Dionysius Alexandrinus, in *Cypriani et Africanæ synodi dogma*, Hieronymo referente, *consentiens*, eadem de re agere secum statuit in epistola ad Philemonem scripta, magnas et frequentissimas ecclesias εἰς ἔριν καὶ φιλονεικίαν ἐμβαλεῖν non sustinuisset. Porro ita post sensisse de to- lerantia oppositarum sibi partium hunc Philemonem Roma- num, alterumque presbyterum, postea Romæ episcopum, Dionysium, quorum litteris rescripserat, significare videtur Alexandrinus Dionysius in epistola ad S. Xystum apud Eusebium *H.E.* vii. 5.

P. 131. l. 7. epistola quæ ad Jubaianum] Græci pro epi- stola ad Jubaianum, illam ad Januarium (sive Concilium Carthag. v.) supposuere, et tanquam canonem concilii hujus, eam totam inserebant suis codicibus. Ita dicunt, synodum hanc πασῶν τῶν συνόδων προγεγεστέρα, et cele- bratam ἐπὶ Δεκίου βασιλέως. Porro Novatum presbyterum Romanum, Novatianæ hæresi originem atque nomen de- disse. Ita errorem errori cumulant, inter alios, Balsamon et Zonaras; et solenne est Orientalibus fere universis, in rebus Occidentalium perpetuo hallucinari. FELLUS. De nomine quidem hæresiarchæ Romani, nam Novatum pres- byterum Carthaginensem Græci haud cogitabant, utrum fuerit *Novatus*, an potius *Novatianus*, dictum supra est ad S. CORNELII Epistolas pag. 33. Ceterum epistola illa ad Januarium ad CONCIL. V. CARTHAGINIENSE pertinet, quæ, cum concilii nomine scripta fuerit, a me supra allata est.


Ibid. l. 9. adversarios Christi] Addidit particulam *et*

ante *adversarios* ex codicibus suis fortasse sumptam Baluzius, sed *ceteras editiones, Augustinum, Græcamque Interpretationem*, hic quidem magis sequendas esse duxi. Neque in codicibus scriptis, quibus usus sum, Cypriani atque Augustini particulam *et nunc* reperio.

P. 131. l. 12. christiani.] Zonaræ Scholium ad Græcam Concilii Interpretationem. Αὐται μὲν οὖν αἱ γινώμαι τῶν ἐν τῇ συνόδῳ ταύτῃ συνελθόντων πατέρων τῷ μεγάλῳ Κυπριανῷ· ἀλλ' οὔτε ἐπὶ τοῖς αἰρετικοῖς ἐκράτησαν πᾶσιν, οὔτε ἐπὶ τοῖς σχισματικοῖς. ἡ γὰρ δευτέρα οἰκουμενικὴ σύνοδος, (Canon septimus Concilii CPol. sed ei haud vere adscriptus hic designatur.) ὡς ἤδη εἴρηται, ὑπεξείλε τινὰς τῶν αἰρετικῶν, καὶ ἄνευ βαπτίσματος δέχεσθαι τούτους θεσπίσασα, χρισμένους μόνον τῷ θείῳ μύρῳ, καὶ ἀναθεματίζοντας τὴν οἰκίαν αἴρεσιν ἕκαστον, καὶ πάσας ἀπλῶς. καὶ διὰ τοῦτο οὐδὲ ἐξηγήθησαν αἱ γινώμαι αὐται, ὡς μὴ ἀναγκαῖαι, οἷα μηδὲν ἐνεργοῦσαι, ἀλλὰ κατὰ σύνοψιν ἐγράφησαν.



S. DIONYSII ALEXANDRINI
EPISTOLA CANONICA.



S. DIONYSIUS ALEX.

S. HIERONYMUS, *Lib. De Viris Illustribus*,
cap. lxxix. p. 153.

DIONYSIUS ^a Alexandrinæ urbis episcopus sub
Heracla ^b scholam *κατηχήσεων* presbyter tenuit, et
Origenis valde insignis auditor fuit. Sunt ejus,—
^c Ad Basilidem quoque multæ epistolæ.—^d Mori-
tur duodecimo Gallieni anno (An. Ch. 264.)

^a Heraclæ successor A. 248. Philippi tertio. Euseb. vi. 35.
*Τρίτον δὲ τούτῳ ἔτος ἦν, καθ' ὃ μεταλλάξαντος Ἡρακλᾶ τὸν βίον ἐπὶ
ἐκκαίδεκα ἔτεσι τῆς προστασίας, τῶν κατ' Ἀλεξάνδρειαν ἐκκλησιῶν τὴν
ἐπισκοπὴν Διονύσιος ὑπολαμβάνει.* FABRICIUS.

^b Eusebius vi. 29. cum dixisset Heraclam ex catecheta factum
episcopum Alexandrinum in locum Demetrii, subjungit: *τῆς δὲ
τῶν αὐτόθι κατηχήσεως τὴν διατριβὴν διαδέχεται Διονυσίος· εἰς καὶ οὗ-
τος τῶν Ὀριγένους γενόμενος φοιτητῶν.* Factum hoc circa A. C.
231. FABRICIUS.

^c Plurima ante memoraverat Hieronymus Dionysiana opera,
quorum tantum fragmenta apud Eusebium Athanasium aliosque
scriptores supersunt.

^d “ Non inmerito sane” (ait Ruinartus *Act. Martyrum Sin-
ceris*, pag. 176.) “ Dionysio Alexandriae episcopo, quem Græci
“ patres Magnum Dionysium appellant, locus inter Christi
“ Martyres conceditur. Quamvis enim persecutorum gladio non
“ occubuerit; bis tamen pro Christiana fide tentus, et in exsi-
“ lium actus fuit, atque nonnisi post ingentes superatos labores,
“ calamitatesque ob fidei Christianæ confessionem sæpius per-
“ pressas vitam finiit. Unde a Græcis sub Ἱερομάρτυρος titulo

“ die 3. mensis Octobris celebratur.” Porro in omnibus Latinis Martyrologiis, ut notat Cavius in *Hist. Lit.* p. 124. “ hujusce “ viri et Gregorii Neocæsariensis memoria 15. Cal. Novemb. “ celebratur.” Atque ejus nomine erectam esse initiis ipsis sæculi quarti Alexandriae ecclesiam, idem Cavius ex Epiphanii *Hæres.* lxi. nos docet. Hæc autem ecclesia ab Alexandrino populo Athanasii expulsi causâ tumultuante incendio consumpta est, referente Sozomeno lib. iii. *Hist. Eccl.* cap. 6. Mentionem quoque fecit ejusdem ecclesiæ Philostorgius. *Hist.* ii. 11. Sed falsum est, quod narrat Cedrenus *Hist. Compend.* pag. 258. ed. Paris. Dionysium Decio imperitante martyrio coronatum fuisse, qui diu postea sub Gallieno anno Christi 264. vel 265. morte obiret. Ad Magni titulum quod attinet disertissimo atque eruditissimo huic episcopo inditum, Eusebius initio lib 7^{mi} *Hist. Eccl.* isto elogio eum ornavit, ὁ μέγας Ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπος Διονύσιος, ad quæ verba ita Valesius, “ Non solus Eusebius, sed “ omnes fere antiqui patres Dionysio Alexandrino cognomen- “ tum Magni tribuerunt. Ita Basilius in Epistola canonica ad “ Amphilochem, καὶ ἐθαύμασα πῶς κανονικὸν ὄντα τὸν μέγαν Διονύ- “ σιον παρῆλθεν. Maximus quoque in Scholiis ad Dionysium “ Areopagitam, et Symeon Metaphrastes in Actis Passionis “ S. Petri Alexandrinorum episcopi, cujus locum supra citavi.” Hæc Valesius. Adde Auctorem ῥήσεως, quæ eidem S. Petro, ipsius Dionysii duobus aliis interpositis successoribus, ab Imp. Justiniano adscripta est in *Tractatu suo adv. Origenem* apud *Concilia* tom. v. p. 650. ed. Labbe. Confer Adnotatt. in S. PETRUM ALEX. infra.

ΤΟΥ ΜΑΚΑΡΙΟΥ

ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ ΠΑΠΑ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ

ΕΚ ΤΗΣ

ΠΡΟΣ ΒΑΣΙΛΕΙΔΗΝ ΕΠΙΣΤΟΛΗΣ

5 ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΜΕΓΑΛΟΥ ΣΑΒΒΑΤΟΥ

ΠΟΤΕ ΧΡΗ ΑΠΟΝΗΣΤΙΖΕΣΘΑΙ.

EX BEATI

DIONYSII PAPÆ ALEXANDRINI

AD BASILIDEM EPISTOLA

10 DE MAGNO SABBATO,

QUO TEMPORE FINIENDUM SIT JEJUNIUM.

ΔΙΟΝΥΣΙΟΣ Βασιλείδη τῷ ἀγαπητῷ μου υἱῷ
καὶ ἀδελφῷ, συλλειτουργῷ θεοπειθεῖ, ἐν Κυρίῳ
χαίρειν. (Κανὼν α΄.) Ἐπέστειλās μοι πιστότατε καὶ
15 λογιώτατε υἱέ μου, πυνθανόμενος καθ' ἣν ὥραν ἀπο-
νησιτίζεσθαι δεῖ τῆ τοῦ πάσχα περιλύσει. τινὰς μὲν
γὰρ τῶν ἀδελφῶν λέγειν φῆς, ὅτι χρὴ τοῦτο ποιεῖν

Dionysius Basilidi dilecto
mihī filio et fratri, comministro
20 Deo obedienti, in Domino sa-
lutem. Misisti ad me literas,
fidelissime et eruditissime fili

mi, interrogans qua hora sit fi-
niendum jejunium tempore so-
lutionis paschalis jejunii. Ais
enim aliquos fratres dicere,
quod oportet hoc in galli cantu

πρὸς τὴν ἀλεκτοροφωνίαν· τινὰς δὲ, ὅτι ἀφ' ἑσπέρας
 χρή. Οἱ μὲν γὰρ ἐν Ῥώμῃ ἀδελφοὶ, ὡς φασι, περι-
 μένουσι τὸν ἀλέκτορα· περὶ δὲ τῶν ἐνταῦθα ἔλεγεσ,
 ὅτι τάχιον. ἀκριβῆ δὲ ὄρον ἐπιτιθέναι ζητεῖς, καὶ ὦραν
 πάνυ μεμετρημένην· ὅπερ καὶ δύσκολον καὶ σφαλερόν 5
 ἐστι. τὸ μὲν γὰρ, ὅτι μετὰ τὸν τῆς ἀναστάσεως τοῦ
 Κυρίου ἡμῶν καιρὸν χρή τῆς ἑορτῆς καὶ τῆς εὐφρο-
 σύνης ἐνάρχεσθαι, μέχρις ἐκείνου τὰς ψυχὰς ταῖς
 νηστεύουσιν ταπεινοῦντας, ὑπὸ πάντων ὁμοίως ὁμολο-
 γηθήσεται· κατεσκευάσας δὲ δι' ὧν ἔγραψάς μοι πάνυ 10
 ὑγιῶς καὶ τῶν θείων εὐαγγελίων ἡσθημένος, ὅτι μη-
 δὲν ἀπηκριβωμένον ἐν αὐτοῖς περὶ τῆς ὥρας, καθ' ἣν
 ἀνέστη, φαίνεται. διαφόρως μὲν γὰρ οἱ εὐαγγελισταὶ
 τοὺς ἐπὶ τὸ μνημεῖον ἐλθόντας ἀνέγραψαν κατὰ και-
 ροὺς ἐνηλλαγμένους, καὶ πάντες ἀνεστηκότα ἤδη τὸν 15
 Κύριον ἔφασαν εὐρηκέναι· καὶ ^a ὀψὲ σαββάτων, ὡς ὁ
 Ματθαῖος εἶπε· καὶ ^b πρωΐας ἔτι σκοτίας οὔσης, ὡς ὁ

facere; alios vero, quod id sit
 faciendum vespere. Qui enim
 Romæ sunt fratres, ut aiunt,
 gallum expectant. De iis au-
 tem qui hic sunt, dixisti quod
 citius. terminum autem exac-
 tum et horam valde demensam
 quæris imponere, quod quidem
 est difficile, et lubricum. Quod
 enim post resurrectionis Domi-
 ni tempus oportet festum læti-
 tiamque inchoare, ad illud us-
 que animis jejunio humiliatis,
 erit apud omnes similiter in

confesso. Per ea autem quæ
 scripsisti, probasti, (sane ad-
 modum divinorum evangelio- 20
 rum sensu percepto) quod ni-
 hil ab ipsis certo definitum de
 hora qua resurrexit, apparet.
 Diverse enim evangelistæ ad
 monumentum venisse scripse- 25
 runt mutatis temporibus, et
 omnes surrexisse jam Domi-
 num, dixerunt invenisse: *Et
 vespere sabbatorum*, ut dixit
 Matthæus: *Et, mane cum ad- 30
 huc tenebræ essent*, ut scribit

^a Matt. xxviii. 1.

^b Joann. xv. 1.

Ἰωάννης γράφει· καὶ ^c ὄρθρου βαθέως, ὡς ὁ Λουκᾶς·
καὶ ^d λίαν πρῶτ' ἀνατείλαντος τοῦ ἡλίου, ὡς ὁ Μάρκος.
καὶ πότε μὲν ἀνέστη, σαφῶς οὐδεὶς ἀπεφήνατο· ὅτι
δὲ ὄψ' σαββάτων τῇ ἐπιφωσκούσῃ εἰς μίαν σαββά-
5 τῶν, μέχρι ἀνατολῆς ἡλίου τῆς μιᾶς σαββάτων, οἱ
ἐπὶ τὸ μνημεῖον παραγενόμενοι, οὐκέτι κείμενον αὐτὸν
ἐν αὐτῷ κατέλαβον, τοῦτο ἀνωμολόγηται. καὶ μηδὲ
διαφωνεῖν, μηδὲ ἐναντιοῦσθαι τοὺς εὐαγγελιστὰς πρὸς
ἀλλήλους ὑπολάβωμεν· ἀλλ' εἰ καὶ μικρολογία τὶς
10 εἶναι δόξει περὶ τὸ ζητούμενον· εἰ συμφωνοῦντες
πάντες ἐν ἐκείνῃ τῇ νυκτὶ τὸ τοῦ κόσμου φῶς τὸν
Κύριον ἡμῶν ἀνατεταλκέναι περὶ τὴν ὥραν διαφέ-
ρονται· ἀλλ' ἡμεῖς εὐγνωμόνως τὰ λεχθέντα καὶ
πίστως ἀρμόσαι προθυμήθωμεν.

15 Τὸ μὲν οὖν ὑπὸ τοῦ Ματθαίου λεχθὲν, οὕτως ἔχει.
^e Ὅψ' σαββάτων, τῇ ἐπιφωσκούσῃ εἰς μίαν σαββά-
των, ἦλθε Μαρία ἡ Μαγδαληνὴ καὶ ἡ ἄλλη Μαρία
θεωρῆσαι τὸν τάφον. καὶ ἰδοὺ σεισμὸς ἐγένετο μέγας·

Joannes : Et summo diluculo,
20 ut Lucas : Et valde mane orto
jam sole, ut Marcus. et quando
surrexit quidem, nemo aperte
ostendit. Quod autem vespere
sabbati lucescente una sabbato-
25 rum usque ad ortum solis unius
sabbatorum (sive diei post sab-
batum) qui ad monumentum
venerunt, eum non amplius ja-
centem invenerunt, hoc in con-
30 fesso est. Ac neque dissentire,
nec adversari inter se evange-
listas existimemus : sed quam-
quam parva quædam circa id

quod quæritur controversia esse
videatur, si omnes in illa nocte
mundi lucem Dominum nos-
trum exortum esse consenti-
entes, in hora dissentiant, nos
tamen, quæ ab eis dicta sunt,
pie et fideliter conciliare stu-
deamus.

Quod a Matthæo quidem
dictum est, sic habet : *Vespere
autem sabbatorum lucescente
una sabbatorum, Venit Maria
Magdalene, et alia Maria ad
spectandum sepulchrum, et ecce
fuit magnus terræmotus. Ange-*

^c Luc. xxiv. 1.

^d Marc. xvi. 2.

^e Matt. xxviii. 1—6.

ἄγγελος γὰρ Κυρίου καταβὰς ἐξ οὐρανοῦ, καὶ προσ-
 ελθὼν ἀπεκύλισε τὸν λίθον, καὶ ἐκάθητο ἐπάνω αὐ-
 τοῦ. ἦν δὲ ἡ ἰδέα αὐτοῦ ὡς ἀστραπή, καὶ τὸ ἔνδυμα
 αὐτοῦ λευκὸν ὡσεὶ χιών· ἀπὸ δὲ τοῦ φόβου αὐτοῦ,
 ἐσείσθησαν οἱ τηροῦντες, καὶ ἐγένοντο ὡσεὶ νεκροί. 5
 ἀποκριθεὶς δὲ ὁ ἄγγελος εἶπε ταῖς γυναιξὶ, μὴ φο-
 βεῖσθε ὑμεῖς, οἶδα γὰρ ὅτι Ἰησοῦν τὸν ἐσταυρωμένον
 ζητεῖτε. οὐκ ἔστιν ὧδε· ἠγέρθη γὰρ, καθὼς εἶπε.
 τοῦτο δὲ τὸ λεχθὲν ὄψε, οἱ μὲν τινες οἰήσονται κατὰ
 τὴν κοινότητα τοῦ ῥήματος τὴν ἐσπέραν δηλοῦν τοῦ 10
 σαββάτου· οἱ δὲ σοφώτερον ἐξακούοντες, οὐ τοῦτο,
 ἀλλὰ νύκτα βαθεῖαν ἐροῦσιν εἶναι· βραδύτητα καὶ
 μακρὸν χρόνον τοῦ ῥήματος τοῦ ὄψε δηλοῦντος. καὶ
 ὅτι νύκτα λέγει, καὶ οὐχ ἐσπέραν, ἐπήγαγε, τῇ ἐπι-
 φωσκύση εἰς μίαν σαββάτων, καὶ ἦκον, οὕπω, ὡς οἱ 15
 λοιποὶ φασι, τὰ ἀρώματα φέρουσαι, ἀλλὰ θεωρησάσαι
 τὸν τάφον· καὶ εἶρον τὸν σεισμὸν γεγονότα, καὶ κα-
 θήμενον τὸν ἄγγελον ἐπὶ τοῦ λίθου, καὶ ἀκηκόασι
 παρ' αὐτοῦ, Οὐκ ἔστιν ὧδε· ἠγέρθη. ὁμοίως καὶ ὁ

lus enim Domini cum de celo descendisset, accedens devolvit lapidem, et sedit super ipsum: erat autem species ejus ut fulgur, et indumentum ejus album ut nix; timore autem ejus concussi sunt qui servabant, et facti sunt ut mortui. Respondens autem angelus, dixit mulieribus: Ne timeate vos, scio enim quod Jesum crucifixum quaeritis: non est hic. Resurrexit enim, sicut dixit. Id autem quod dictum est, vespere, alii quidem existimabunt secundum verbi communitatem

significare, vesperam sabbati: 20 sapientiores autem id exaudientes, non hoc, sed profundam noctem esse dicent: tarditatem et longum tempus verbo vespere significante. Et quod 25 noctem dicit et non vesperam, subjunxit: Illucescente in unam sabbatorum, et venerunt, nondum, ut reliqui dicunt, aromata ferentes, sed ad spec- 30 tandum sepulcrum. Invenērunt autem factum esse terræmotum, et angelum super lapidem sedentem: et audierunt ab

Ἰωάννης, ^f Ἐν μιᾷ τῶν σαββάτων, φησὶ, Μαρία ἡ
 Μαγδαληνὴ ἦλθε πρῶτ' σκοτίας ἔτι οὔσης εἰς τὸ
 μνημεῖον· καὶ βλέπει τὸν λίθον ἠρμένον ἀπὸ τοῦ
 μνημείου. παρὰ τοῦτο σκοτίας οὔσης ἔτι, πλὴν πρὸς
 5 ἐὼ, τῷ μνημείῳ προεληλύθει. ὁ δὲ Λουκᾶς φησὶ, ^g Τὸ
 μὲν σάββατον ἡσύχασαν κατὰ τὴν ἐντολήν· τῇ δὲ μιᾷ
 τῶν σαββάτων, ὄρθρου βαθέος ἐπὶ τὸ μνήμα ἦλθον,
 φέρουσαι ἅ ἡτοίμασαν ἀρώματα, εὔρον δὲ τὸν λίθον
 ἀποκεκυλισμένον ἀπὸ τοῦ μνημείου. ὁ βαθὺς ὄρθρος
 10 ἴσως προὔποφαινομένην αὐγὴν ἑωθινὴν ἐμφανίζει τῆς
 μιᾶς τῶν σαββάτων. διὰ τοῦτο παρῳχηκός τις ἤδη
 τελείως σὺν τῇ μετ' αὐτὸ νυκτὶ πάσῃ τοῦ σαββάτου,
 καὶ ἑτέρας ἀρχομένης ἡμέρας, ἦλθον τὰ ἀρώματα καὶ
 τὰ μύρα φέρουσαι· ὅτε δῆλον ὡς ἀνειστήκει πρὸ
 15 πολλοῦ. τούτῳ κατακολουθεῖ καὶ ὁ Μάρκος λέγων,
^h Ἠγόρασαν ἀρώματα ἵνα ἐλθοῦσαι ἀλείψωσιν αὐτόν.
 καὶ λίαν πρῶτ' τῆς μιᾶς σαββάτων ἔρχονται ἐπὶ τὸ
 μνημεῖον, ἀνατείλαντος τοῦ ἡλίου. λίαν μὲν γὰρ

ipso, non est hic, surrexit. Si-
 20 militer et Joannes, *In una sab-
 batorum, inquit, Maria Magda-
 lene venit mane, cum essent ad-
 huc tenebræ, ad monumentum,
 et videt lapidem sublatum a mo-
 25 numento. Secundum hoc cum
 adhuc essent tenebræ, sed ad
 mane, ad monumentum præces-
 serat. Lucas autem dicit, Sab-
 bato quidem quieverunt secun-
 30 dum præceptum. Una autem
 sabbatorum summo mane ad
 monumentum venerunt, ferentes
 quæ paraverant aromata: in-*

*venerunt autem lapidem a mo-
 numento revolutum. Summum
 mane fortasse matutinum splen-
 dorem, qui prius subapparet,
 significat unius sabbatorum. Et
 ideo jam perfecte præterito cum
 tota consequente nocte sabbato,
 et alio die incipiente, venerunt,
 aromata et unguenta ferentes.
 Unde perspicuum est, quod
 multo ante resurrexerat. Hoc
 Marcus quoque sequitur, di-
 cens: Emerunt aromata, ut ve-
 nientes Jesum ungerent, et valde
 mane unius sabbatorum veniunt*

^f Joau. xx. 1, 2.

^g Luc. xxiii. 56. et xxiv. 1—3.

^h Marc. xvi. 1.

πρωῖ καὶ οὗτος εἶπεν, ὅπερ ταῦτόν ἐστι τῶ, βαθέος ὄρθρου· καὶ ἐπήγαγεν, ἀνατείλαντος τοῦ ἡλίου. ἡ μὲν γὰρ ὄρμη καὶ ἡ ὁδὸς αὐτῶν, δῆλον ὡς ὄρθρου βαθέος, καὶ λίαν πρωῖ κατήρχθη· παρέτειναν δὲ κατὰ τε τὴν πορείαν, καὶ περὶ τὸ μνημεῖον διατρίβουσαι 5 μέχρι ἀνατολῆς ἡλίου. καὶ λέγει καὶ τότε ταύταις ὁ νεανισκὸς ὁ λευχείμων· ἰ' Ηγέρθη· οὐκ ἔστιν ὧδε.

Τούτων οὕτως ἐχόντων, τοῦτο τοῖς ἀκριβολογούμενοις ἀποφαινόμεθα κατὰ ποίαν ὥραν, ἢ καὶ ποῖον ἡμιώριον, ἢ ὥρας τέταρτον, ἄρχεσθαι προσῆκε τῆς 10 ἐπὶ τῇ τοῦ Κυρίου ἡμῶν ἐκ νεκρῶν ἀναστάσει χαρᾶς· τοὺς μὲν λίαν ἐπιταχύναντας καὶ πρὸ νυκτὸς ἐγγὺς ἤδη μεσοῦσης ἀνιέντας, ὡς ὀλιγώρους καὶ ἀκρατεῖς μεμφόμεθα, παρ' ὀλίγον προκαταλύοντας τὸν δρόμον, λέγοντος ἀνδρὸς σοφοῦ, Οὐ μικρὸν ἐν βίῳ τὸ παρὰ 15 μικρόν. τοὺς δὲ ἐφυστερίζοντας καὶ διαρκοῦντας ἐπὶ πλείστον, καὶ μέχρι τετάρτης φυλακῆς ἐγκαρτεροῦν-

ad monumentum orto jam sole. Valde enim mane hic quoque dixit, quod idem est ac summo diluculo, et subjunxit, *Orto jam sole.* Profectio enim, et iter earum summo diluculo et valde mane incepit. in itinere autem, et circa monumentum, moram traxerunt usque ad ortum solis, et eis quidam tunc dicit adolenscens candidatus, *Resurrexit, non est hic.*

Hæc autem cum ita se habeant, illis qui hoc accuratius subtiliusque considerant, quota

hora, vel etiam semihorula, vel quarta horæ, oportet incipere lætitiā ob Domini nostri a 20 mortuis resurrectionem, enuntiamus; eos quidem qui nimium festinant, et ante mediam noctem, jejuniū solvunt, ut negligentes et intemperantes 25 reprehendimus, ut qui prope modum, antequam par sit, cursum abruperint, dicente viro sapiente, *Non parum est in vita quod parum abest.* Eos autem 30 qui differant, et plurimum perferunt, et ad quartam usque vi-

τας, ^k καθ' ἣν καὶ τοῖς πλείουσιν ὁ Σωτὴρ ἡμῶν περι-
 πατῶν ἐπὶ τῆς θαλάσσης ἐπεφάνη, ὡς γενναίους καὶ
 φιλοπόνους ἀποδεχόμεθα. τοῖς δὲ μεταξὺ ὡς ἐκινή-
 θησαν ἢ ὡς ἠδυνήθησαν ἀναπαυσάμενοις, μὴ πάνυ
 5 διενοχλῶμεν· ἐπεὶ μηδὲ τὰς ἕξ τῶν νηστειῶν ἡμέρας
 ἴσως μηδὲ ὁμοίως πάντες διαμένουσιν· ἀλλ' οἱ μὲν
 καὶ πάσας ὑπερτιθέασιν ἄσιτοι διατελοῦντες, οἱ δὲ,
 δύο, οἱ δὲ, τρεῖς, οἱ δὲ, τέσσαρας, οἱ δὲ, οὐδεμίαν. καὶ
 τοῖς μὲν πάνυ διαπονηθεῖσιν ἐν ταῖς ὑπερθέσεσιν, εἶτα
 10 ἀποκάμνουσι καὶ μόνον οὐκ ἐκλείπουσι, συγγνώμη
 τῆς ταχυτέρας γεύσεως. εἰ δέ τινες οὐχ ὅπως οὐχ
 ὑπερτιθέμενοι, ἀλλὰ μηδὲ νηστεύσαντες ἢ καὶ τρυ-
 φήσαντες τὰς προαγούσας τέσσαρας, εἶτα ἐλθόντες
 ἐπὶ τὰς τελευταίας δύο καὶ μόνας ἡμέρας, αὐτὰς ὑπερ-
 15 τιθέντες, τὴν τε παρασκευὴν καὶ τὸ σάββατον, μέγα
 τι καὶ λαμπρὸν ποιεῖν νομίζουσιν, ἂν μέχρι τῆς ἕω
 διαμείνωσιν, οὐκ οἶμαι τὴν ἴσῃν ἄθλησιν αὐτοὺς πε-

giliam fortiter abstinent, in qua
 etiam Servator noster in mari
 20 ambulans navigantibus quoque
 apparuit, ut generosos et labo-
 rum tolerantibus suscipimus: iis
 autem qui interea ut moti sunt,
 vel ut potuerunt, desinunt,
 25 non valde molesti simus: quan-
 doquidem nec sex jejuniorum
 dies æquali, aut simili toleran-
 tia omnes perferunt: sed alii
 quidem, vel omnes transmit-
 30 tunt, jejuni permanentes, alii
 duos, alii tres, alii quatuor, alii
 nullum. Et iis quidem qui in
 illis transmittendis valde labo-

raverunt, deinde defessi sunt,
 et propemodum deficiunt, igno-
 scendum est quod celerius
 gustent. Si qui autem non mo-
 do non transmissis, sed ne je-
 junatis quidem, vel etiam in de-
 licatis opiparisque conviviis,
 consumptis præcedentibus qua-
 tuor diebus, ad duos eosque so-
 los extremos dies cum vene-
 rint, illis a se cibo non gustato
 transmissis, parasceve et sab-
 bato, magnum quid et egregi-
 um se facere existimant, si ad
 auroram usque permanserint: non existimo eos ex æquo cer-

^k Matt. xiv. 25.

ποιῆσθαι, τοῖς τὰς πλείονας ἡμέρας προησκηκόσι. ταῦτα μὲν οὖν ὡς φρονῶ συμβουλευῶν περὶ τούτων ἔγραψα.

[*Verborum Dionysii quæ hic sequebantur, quæ vero ab antiquo in omnibus ommissa fuerunt Epistolæ exemplis, vetus 5 Synopsis.*

Τοὺς προσδοκίᾳ θανάτου λυθέντας τῆς ἀκουωνησίας, ἄλογον, ἂν ἐπιβιῶεν, αὐθις δεσμείν, μηδὲν ἐν τῷ μεταξὺ ἐργασαμένους· εἰ μέντοι μετὰ τὸ ράϊσαι φαίνοιτό τις πλείονος δεόμενος ἐπιστροφῆς, καὶ νο- 10 θετούμενος ταπεινοῦν καὶ κακοῦν καὶ συστέλλειν ἑαυτὸν, μὴ πείθοιτο, ἀλλ' ἀντίλεγοι, τοῦτο αὐτῷ ἔγκλημα πρὸς δεύτερον ἀφορισμόν. fol. 2. *Synopsis in tom ii. Synodici Beveregiani.*]

(Κανὼν vulgo β'.) Περὶ δὲ τῶν ἐν ἀφένδρω γυναι- 15 κῶν, εἰ προσῆκεν αὐτὰς οὕτω διακειμένας εἰς τὸν οἶκον εἰσιέναι τοῦ Θεοῦ, περιττὸν καὶ τὸ πυνθάνεσθαι νομίζω. οὐδὲ γὰρ αὐτὰς οἶμαι πιστὰς οὔσας καὶ εὐλαβεῖς, τολμήσειν οὕτω διακειμένας, ἢ τῇ τραπέζῃ τῇ ἀγία προσελθεῖν, ἢ τοῦ σώματος καὶ τοῦ αἵματος τοῦ 20

tamen subiisse cum iis qui se pluribus diebus prius exercuerunt. Hæc ergo, ut sentio, consulens de hoc scripsi.

In terprete Gul. Beveregio.

[Eos, qui præ expectatione mortis ab excommunicatione soluti sunt, si ultra superstites maneant, et nihil interea mali fecerint, denuo ligare absurdum erit. Si quis autem postquam convaluerit, majori animadversione indigere adhuc videatur,

et monitus ut sese humiliet, affligat, submittatque, non pareat, sed usque immorigerum se præbeat, hoc ei in crimen cedit secunda excommunicatione 25 dignum.]

De mulieribus autem, quæ sunt in abscessu, an eas sic affectas oporteat domum Dei ingredi, supervacaneum vel in- 30 terrogare existimo. Neque enim ipsas arbitror, si sint piæ et fideles, sic affectas ausuras vel ad sanctam mensam acce-

Χριστοῦ προσάψασθαι. ¹ οὐδὲ γὰρ ἡ τὴν δωδεκαετη
 ρύσιν ἔχουσα πρὸς τὴν ἰασιν σπεύδουσα ἔθιγεν αὐτοῦ,
 ἀλλὰ μόνου τοῦ κρασπέδου. προσεύχεσθαι μὲν γὰρ
 ὅπως ἂν ἔχη τις, καὶ ὡς ἂν διάκειται, μεμνήσθαι τοῦ
 5 Δεσπότη, καὶ δεῖσθαι βοηθείας τυχεῖν, ἀνεπίφθονον·
 εἰς δὲ τὰ ἅγια καὶ τὰ ἅγια τοῦ ἀγίων, ὃ μὴ πάντη κα-
 θαρὸς καὶ ψυχῇ καὶ σώματι, προσιέναι κωλυθήσεται.

(Κανὼν vulgo γ'.) Αὐτάρκεις δὲ καὶ οἱ γεγαμηκό-
 τες· ἐαυτῶν ὀφείλουσιν εἶναι κριταί. ^m ὅτι γὰρ ἀπέ-
 10 χεσθαι προσῆκον ἀλλήλων ἐκ συμφώνου πρὸς καιρὸν,
 ἵνα σχολάσωσι τῇ προσευχῇ, καὶ πάλιν ἐπὶ τὸ αὐτὸ
 ὦσιν, ἀκηκόασι Παύλου γράφοντος.

(Κανὼν vulgo δ'.) Οἱ δὲ ἐν ἀπροαιρέτῳ νυκτερινῇ
 ρύσει γενόμενοι, καὶ οὗτοι τῷ ἰδίῳ συνειδότι κατακο-
 15 λουθείωσαν, καὶ ἐαυτοὺς εἴτε διακρίνονται περὶ τού-
 του, εἴτε μὴ, σκοπείωσαν. ὡς ἐπὶ τῶν βρωμάτων ⁿ ὃ
 διακρινόμενος, φησὶν, ἐὰν φάγη, κατακέκριται. καὶ ἐν

dere, vel corpus et sanguinem
 Domini attingere. Neque enim,
 20 quæ XII. annorum fluxum pa-
 tiebatur, ipsum Dominum festi-
 nans ad medicinam tetigit, sed
 solam ejus fimbriam. Orare e-
 nim, quomodocumque se habe-
 25 at aliquis, et utcumque sit af-
 fectus, Domini meminisse, et
 auxilium implorare, non est re-
 prehendum. Ad sancta au-
 tem, et sancta sanctorum, qui
 30 non anima et corpore purus
 est, accedere prohibebitur.

Porro et conjuges debent
 esse sui idonei judices. Quod
 enim a se invicem ex consensu
 ad tempus abstinere conveniat,
 ut vacent orationi, et rursus
 conveniant, Paulum dicentem
 audiverunt.

Qui autem in non volunta-
 rio nocturno fluxu fuerint, ii
 quoque propriam conscientiam
 sequantur, et seipsos an de eo
 discernant an non, considerent.
 Quemadmodum in cibis, qui
 discernit, inquit, si comederit,

¹ Luc. viii. 43, 44.

^m 1 Cor. vii. 5.

ⁿ Rom. xiv. 23.

τούτοις εὐσυνείδητος ἔστω καὶ εὐπαρρησίαστος κατὰ τὸ ἴδιον ἐνθύμιον πᾶς ὁ προσίων τῷ Θεῷ.

Ταῦτα σὺ μὲν τιμῶν ἡμᾶς, οὐ γὰρ ἀγνοῶν, ἀγαπητὲ, τὰ πύσματα ἡμῖν προσήγαγες, ὁμόφρονας ἡμᾶς, ὥσπερ οὖν ἐσμέν, καὶ ἰσοψύχους, ἑαυτῷ πα- 5
 ρασκευάζων. ἐγὼ δὲ οὐχ ὡς διδάσκαλος, ἀλλ' ὡς μετὰ πάσης ἀπλότητος προσῆκον ἡμᾶς ἀλλήλοις διαλέγεσθαι, εἰς κοινὸν τὴν διάνοιαν ἑμαυτοῦ ἐξέθηκα. ἦν ἐπικρίνας καὶ σὺ, συνετώτατέ μου υἱέ, ὅ, τί ἂν σοι φανῇ δίκαιον καὶ βέλτιον, εἰ καὶ οὕτως ἔχειν δοκι- 10
 μάζης, περὶ αὐτῶν ἀντιγράψης. Ἐρρώσθαί σε ἀγάπητε υἱέ μου, ἐν εἰρήνῃ λειτουργοῦντα τῷ Κυρίῳ εὐχόμεαι. Extat hæc Epistola cum alibi, tum in *Conciliorum* edit. Harduin. tom. i. p. 185.

condemnatus est : in his quoque bonæ sit conscientiæ, et libere loquatur, secundum propriam cogitationem, qui ad Deum accedit.

Has tu quidem nos honorans (non enim ignorans, o dilecte) nobis quæstiones proposuisti ; nos ut ejusdem sententiæ, sicut et sumus, ejusdemque animi, tibi præparans.

Ego autem, non ut doctor, sed 15
 ut cum omni simplicitate convenit nos invicem disserere, meam sententiam in commune edidi : quam cum tu examina-
 veris, fili mi sapientissime, 20
 quod tibi justum meliusque apparuerit, vel an sic etiam de his habere existimas, rescribas. Valere te, dilecte fili mi, in pace Domino ministrantem opto. 25

ANNOTATIONES

IN S. DIONYSII ALEXANDRINI

EPISTOLAM CANONICAM AD BASILIDEM.

Cum epistola quæ sequitur Magni Dionysii ad Basilidem, inter epistolas, quæ dicuntur Canonicæ, recenseatur, ipsa hæc in plurimis veteribus canonum conciliorumque collectionibus cum editis tum nondum editis deprehendi solet. Inde factum est, ut novem ad minimum exemplaria vetusta conferre mihi licuerit, quæ in bibliotheca Bodleiana servantur, et quorum nullis usus fuisse videtur in hujus quidem epistolæ recensione Beveregius *Synodicum* suum adornans; qui tamen unum eorundem codicum commemoravit in synodis Ancyrana et Neocæsariensi, atque in epistola S. Petri Alexandrini episcopi ac martyris. Ex his autem codicibus, qui omnes ex diversis inter se profecti sunt fontibus, et quorum nonnulli undecimum fortasse ecclesiæ sæculum attingunt, Dionysianam hanc epistolam sæpenumero emendaturus sum, cetera varietate lectionis haud memorata, nisi quando ex magno consensu codicum, vel propter aliam causam, notabilis fuerit. Dein ad maximam quod attinet epistolæ partem, auxilium duorum alio-

rum codicum bibliothecæ Coislinianæ, sive Sangermanensis, per amicum Parisiis peregrinantem mihi comparare licuit, qui quidem codices numeris 37. et 122. in *Catalogo* Montfauconii insigniti sunt. Adhuc ope unius de codicibus Bodleianis, tum maxime per *Synopsin*, in quam scripsit Scholia Alexius Aristenus, jam in *Synodico Beverigiano* editam, hoc quoque edoctus sum, haud integram censi debere illam, de qua agimus epistolam. Ita enim titulus ejus se habet in codice vetustissimo numero 86. inter *Baroccianos* notato; Τοῦ μακαρίου διονυσίου πάπα ἀλεξανδρείας, ἐκ τῆς πρὸς βασιλείδην ἐπιστολῆς περὶ τοῦ &c. Atque etiam apertius istud in *Synopsi* declaratur, quippe cum memoretur in ea alius quidam canon præter illos in epistola nunc extantes. Ad textum denique quod pertinet, ipsum ad editionem *Conciliorum* Harduinam, quam nihil fere discrepantem in his canonibus inveni a novissima editione Mansiana, exprimendum esse curavi, sed, ut videbis, auctum et emendatum. Primus omnium Græce edidit Epistolas Canonicas Fronto Ducæus, prius quidem cum *Balsamonis Commentario* Parisiis anno 1620, deinde ibidem anno 1622, cum *Zonaræ* illo conjunctas. Postquam vero a me edita fuerat hæc Dionysii epistola, ex liber ex Germania recenter advectus mihi obtigit, qui anno primo nostri sæculi Lipsiæ prodierat, hunc præ se ferens titulum, sed abbreviatum, Πηδαλιον τῆς νοητῆς Νεοσ, τῆς μίας τῶν ὀρθοδόξων ἐκκλησίας, ἧτοι ἀπαντες οἱ ἱεροὶ καὶ ἅγιοι κανόνες τῶν τε Ἀποστολῶν, τῶν Οἰκουµενικῶν Συνοδῶν, τῶν τοπικῶν, καὶ τῶν κατὰ μέρος Θείων Πατέρων, Ἑλληνιστὶ µὲν χάριν ἀξιοπιστίας ἐκτιθεµενοὶ, δια δὲ τῆς καθ' ἡµᾶς κοινοτέρας διαλεκτοῦ πρὸς καταληψίαν τῶν ἀπλουστερῶν ἐρµηνευοµενοὶ, παρὰ Ἀγαπίου ἱεροµοναχοῦ καὶ Νικοδηµοῦ µοναχοῦ, καὶ ἀνακριθέντες καὶ διορθωθέντες παρὰ τοῦ σοφωτάτου διδασκαλοῦ καὶ ἱεροκηρυκτοῦ Δωροθεοῦ. Hanc Canonum Syllogen, quæ auctoritate Sacræ Synodi, atque impensis monachorum Atho montis edita est, nunc deinceps frequenter adduxi, et de canone XIII. Ancyranæ Concilii feliciter appellare potui.

P. 223. l. 1. τοῦ Μακαρίου &c. ἐκ τῆς &c.] Hunc indicem, præ aliis hujus epistolæ titulis, ex Barocciano codice modo

commemorato elegi, utpote qui antiquum morem refert. In *vulgatis* inscriptio est, a qua tamen plerique codicum nostrorum aliquatenus discedunt: Ἐπιστολὴ τοῦ μακαρίου Διονυσίου ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας πρὸς Βασιλείδην ἐπίσκοπον, ἐρωτήσαντα περὶ διαφόρων κεφαλαίων, πρὸς ἃ διὰ τῆς ἐπιστολῆς ὁ Διονύσιος ἀποκρίσεις ἐποιήσατο, αἱ καὶ ὡς κανόνες ἐδέχθησαν. Vetus autem scriptor jam dictus in *Epistolarum Canonicarum Synopsi* hunc præstat titulum, Τοῦ ἁγίου Διονυσίου Ἀλεξανδρείας περὶ τοῦ πότε χρῆ τῷ μεγάλῳ σαββάτῳ ἀπονησιζέσθαι. Quod ad *papæ* nomen attinet, ipsum illud, ut Renaudotius *Hist. Patriarch. Alexandr.* p. 28. nos monuit, prius episcopis et patriarchis commune, duobus tantummodo pene proprium postea remansit, Romano et Alexandrino. Unum tantum exemplum dabo vetustissimi moris ex hoc tertio sæculo petitum. Ipse Dionysius *antecessorem* suum Heraclam *beatum papam nostrum* appellat in *Epist. ad Philemonem*, apud Euseb. *H. E.* lib. vii. cap. 7. Alia videas in Pearsonii *Vindiciis Ignatii*, part. I. cap. ult. p. 179—182. ubi scribit exquisite, ut solet, vir illustris de antiquitate atque interpretatione vocis *papæ* seu *patris*.

P. 223. l. 3. πρὸς Βασιλείδην &c.] Testatur Eusebius lib. vii. *Hist.* cap. 26. scripsisse Dionysium epistolas multas ad Basilidem parœciarum in Pentapoli episcopum, h. e. ni fallor, metropolitanum episcoporum Pentapolis, qui simul omnes ad sedem Alexandrinam pertinebant; sed hæc sola ex epistolis ad Basilidem a canonistis servata est, quippe quæ una cum illis SS. Gregorii Neocæs. Petri Alex. et ceterorum a Concilio in Trullo firmata fuerat. Basnagius quidem in *Annalibus Politico-Eccles.* vol. ii. pag. 340. refert tempus scriptionis ejus ad ann. Christi 262. post Dionysii reditum ad Alexandriam. Sed res plane incerta est.

Ibid. l. 12. Διονύσιος &c.] Scholium, quod sequitur, ex codice Zonaræ et Balsamonis Græcorum commentatorum Amerbachiano Beveregius attulit: Ἰστέον ὅτι γέγονε μὲν ὁ μακάριος Διονύσιος οὗτος ἀκροατῆς Ὁριγένους. ἐν τῷ τετάρτῳ τῆς βασιλείας ἔτει Φιλίππου τοῦ μετὰ Γορδιανὸν βασιλεύσαντος, τὸν βίον μεταλλάξαντος Ἡρακλᾶ τρισκαιδεκάτου τῆς

Ἀλεξανδρέων ἐκκλησίας ἐπισκόπου, τὴν προστασίαν ταύτης ὅδε ἀπολαμβάνει· καὶ πρὸς τοῖς ἐπὶ δέκα καὶ ἑπτὰ ἔτεσι, ἦτοι τοῖς λοιποῖς τρισὶ Φιλίππου, καὶ τῷ ἐνὶ Δεκίου, καὶ τῷ ἐνὶ Γάλλου καὶ Βολοσιανοῦ τοῦ υἱοῦ Δεκίου, καὶ τοῖς δώδεκα Οὐαλεριανοῦ καὶ Γαλλίου (Gallieni) τοῦ παιδὸς αὐτοῦ, πρὸς Κύριον ἐξεδήμησεν. Ὁ δὲ Βασιλείδης ἦν τῶν κατὰ τὴν Πεντάπολιν τῆς Λιβύης παροικιῶν ἐπίσκοπος, ὡς φησιν Εὐσέβιος ἐν τῷ 5'. καὶ τῷ 6'. τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας λόγῳ. Ex hoc scholio ostendit Pearsonius in *Annal. Cyprian.* ad an. cclii. n. 11. de loco quodam Georgii Syncelli agens, facere consuevisse sequiores Græcos rerum Romanarum ignaros Volusianum non Galli, sed Decii filium. Sed et in Decii annis lapsus est Scholiastes. Aliud præterea addam ad Dionysium pertinens non editum. Χρὴ γινώσκειν, ut scriptum est post hos canones in *codice* 26. *Barociano*, περὶ τοῦ προγεγραμμένου ἁγίου Διονυσίου, ὅτι μέγας πατήρ ἐστίν, καὶ γὰρ καὶ ὁ ἅγιος Ἀθανάσιος ὁ ἀρχιεπίσκοπος Ἀλεξανδρείας γενόμενος μαρτυρεῖ αὐτῷ. πλὴν ποθῶν τὰ κατὰ τὸν ἅγιον τοῦτου Διονύσιον γνῶναι, τὴν ἕκτην καὶ τὴν ἑβδόμην τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας Εὐσεβίου τοῦ Παμφίλου συγγραφὴν ζητήσας, ἀναγνώθι. Miratus est et S. Basilius, epistolæ canonicæ ad Amphilochium auctor, epistolæ initio, fugisse quid ecclesiastica cum disciplina conjunctum *κανονικὸν ὄντα τὸν μέγαν Διονύσιον*.

P. 223. l. 13. *θεοπειθεῖ*] Particulam καὶ, quæ in *editis* *θεοπειθεῖ* præcedit, vel deleas, vel ante *συλλειτούργω*, ut in *codice* 625. olim *Rawlinson*. nunc *Bodl.* scriptum est, colloces. In *MSSstis* quidem *Coislinianis*, quos modo memoravi, ita legitur, καὶ *συλλειτούργω* καὶ *θεοπρέπει*, quæ quidem vox *θεοπρέπει* etiam in *quatuor codicibus Bodleianis* extat. Sed neutrum *ἐπίθετον*, aut *codex* ille 625. aut *duo alii codices* vetustissimi numeris 26. et 86. insigniti, agnoscunt.

Ibid. l. 14. *Ἐπέστειλας*] Hoc reposui ex *codicibus* omnibus præter unum ac forte alterum pro *edito ἀπέστειλας*. Atque ipsum *ἐπέστειλας* in *MSSstis* non paucis olim observasse Cotelerium nunc didici ex nota ejus ad *Constitt. Apost.* lib. v. cap. 15. quam Gallandius in *Biblioth. PP.* tom. iii. p. 501. huic epistolæ subjunxit; ubi a Gallandio sistitur epistola, prout in *Beveregii Synodico* extat, additis

Scholiis Græcis Balsamonis Zonaraeque. Jamque mutationem hanc tuetur *Pedalium* illud a Græcis nuper editum, seu Canones Græcæ ecclesiæ, in quibus Dionysii Epistola cum hoc verbo ἐπέστειλας incipit.

P. 223. l. 15. ἀπονηστίζεσθαι δεῖ] Hesychius, Ἀπονηστίζεσθαι. τὸ ἀπὸ νηστείας ἐπὶ πρώτην [τροφήν vel βρωτὸν, Alberto placet, Pearsonio βρωτόν] ἐλθεῖν. Ipse etiam locus, quem præ manibus habemus, hunc sensum necessario exigit, in quo Dionysius se interrogatum asserit, Καθ' ἣν ὕραν ἀπονηστίζεσθαι δεῖ τὴν τοῦ Πάσχα ἡμέραν. Hoc est, non ut Hervetus vertit, *quâ horâ dies Paschæ sit jejunandus*, is enim nunquam jejunio peractus fuit; sed, ut nos vertimus, *Quâ horâ diei Paschæ jejunium solvendum est*. Nimirum, quotâ horâ jejunium ante Paschale terminandum est, vespere præcedente Paschalem celebritatem, an ad galli cantum, an alio tempore; ut ex iis constat, quæ in hac Epistola sequuntur. BEVEREGIUS. Pro illo τὴν τοῦ πάσχα ἡμέραν ex omnibus meis codicibus præter *Barocc. duos* 158. et 205. τῇ τοῦ πάσχα περιλύσει reposui. Legiturque idem, ut notat ad marg. ed. suæ *Conciliorum* Harduinus, in MS. Reg. 1038. aliisque. Est autem, inquit ille, *περίλυσις πάσχα solutio paschalis jejunii*. Et *paschatis* vocem non ad diem paschatis τοῦ ἀναστασιμῶ signifiandam adhiberi, sed etiam eâ designari septimanam sanctam, ostendit *Responsum* decimum Timothei Episc. Alexandr. p. 167. tom. ii. *Synodici*. Vide et Albaspinæum *De Veteribus Ecclesiæ Ritibus*. lib. I. Observ. xvi. §. 19. qui Tertulliani locum quendam hac de re testem adduxit. Sed et hanc quoque observationem præoccupavisse Cotelerium ad *Constitt. Apost.* nunc animadverto, qui ad loc. modo adductum hæc notavit. “Initium hujus epistolæ Alexandrini Dionysii proferam, quo modo in MSS. non paucis jacet: Ἐπέστειλάς μοι— τῇ τοῦ πάσχα περιλύσει. Vulgo τὴν τοῦ πάσχα ἡμέραν. Est περίλυσις τοῦ πάσχα, solutio paschalis jejunii. τὰς τῶν ἀσιτιῶν ἐπιλύσεις appellat Eusebius Hist. i. 23. frequentius que ad hunc sensum apud Græcos verba περιλύειν, ἀπολύειν, ἐπιλύειν, καταλύειν.” Retinet verba τὴν τοῦ πάσχα ἡμέραν *Pedalium Græcorum* recens editum.

P. 224. l. 1. πρὸς τὴν ἀλεκτοροφωνίαν] Ita proxime post lin. 2. pag. seq. περιμένουσι τὸν ἀλέκτορα, hoc est, ni fallor, gallum secundo canentem, seu mane. Nam Christum mane, sive ad tertiam horam matutinam, resurrexisse consentiebant Latini, exceptis Ambrosio atque Hieronymo; quorum posterior in *Comm.* in Matt. xxv. 6. ex traditione Apostolica id ortum esse ait, *ut in die vigiliarum paschæ ante noctis dimidium* (h. e. ante noctem mediam) *populos dimittere non liceat expectantes adventum Christi, et postquam illud tempus transierit, securitate præsumpta festum cunctos agere diem.* Vide Joannis Duranti, vel, ut ferunt nonnulli, Petri Danesii, lib. *De Ritibus Ecclesiæ Cathol.* lib. iii. c. 6.

Ibid. ἀφ' ἑσπέρας] Hoc est temporis punctum alterum extremum, seu hora sexta postmeridiana, juxta nostram temporis computationem, dum alterum extremum mane est, seu hora nostra tertia matutina. Confer notam infra ad verba, καὶ πρὸ νυκτὸς ἐγγὺς ἤδη μεσοῦσης ἀνιέντας. l. 12. p. 228.

Ibid. l. 4. τάχιον] Opinatos esse Græcos resurrexisse Dominum citius, quam statuebant Latini, bene notum est; sed vero Dionysius Græcorum suorum nonnullos postea memorabit, qui usque ad quartam vigiliam, quæ est mane, jejunantes perseverare consueverint.

Ibid. ἀκριβῆ δὲ ὄρον ἐπιτιθέναι ζητεῖς] Ita ex omnibus libris, excepto Bodleiano illo 205, locum mutavi pro *vulgato*, ἀκριβῆ δὲ ὄραν τιθέναι ἐπιζητεῖς. Atque invenisse Zonaram interpretem Græcum lectionem nostram ex Commentario ejus constat; Πρὸς τὸ ἐρώτημα, ταυτό (for. legend. τοῦτό) φησιν ὁ ἐρωτηθεὶς, ὅτι ἐξήγησας ἀκριβῆ ὄρον ἐπιτεθῆναι, ἤγουν κανόνα καὶ τύπον ὀρισθῆναι, καὶ σαφηνισθῆναι ἀκριβῶς τὴν ὄραν τῆς ἀναστάσεως τοῦ Κυρίου, ὅπερ καὶ δύσκολον καὶ σφαλερόν ἐστιν. Ceterum Theophylact. *Comm.* in *Marc.* xvi. 9. ait, Εἶτα εἰπέ (Marcus): πρῶτ' πρώτη σαββάτου ἐφάνη Μαρία τῇ Μαγδαληνῇ, οὐ γὰρ ἀνέστη πρῶτ'. τίς γὰρ οἶδε πότε ἀνέστη; p. 205. ed. Rom. Nunc firmat vocem quidem ὄρον *Pedabium*, quod habet ἀκριβῆ δὲ ὄρον τιθέναι ἐπιζητεῖς.

Ibid. l. 11. καὶ τῶν θείων εὐαγγελίων ἡσθημένος] Ita post Beveregium edidi consentientibus libris meis, codicisque

Tiliani interprete Herveto, pro *εὐαγγελιστῶν*, quod habent edita *Concilia*, necnon edd. Parisinæ tum *Commentarii Zonaræ* ad calcem *S. Gregorii Neocæs. Operum*, ubi Canonicarum Epistolarum textus Commentario præmittitur; tum alterius Commentatoris Balsamonis. Ex quibus scholiasticis Zonaras ille ineunte sæculo duodecimo, Balsamo centum post annos floruit. Quod ad verbum *ἡσθημένος* attinet, *Labbeus* et *Mansi* editionesque Parisinæ jam memoratæ exhibent *αἰσθόμενος*, *Harduinus* *αἰσθήμενος*, *sex codices scripti ἡσθημένως*. *Beveregium* ego et *reliquos manuscriptos* secutus sum. Hic habet *εὐαγγελιστῶν αἰσθόμενος Pedalium*, in quo mox deest *ἤδη* post *ἀνεστηκότα*, et *πρῶ* extat pro *πρωίας*, ut infra p. 227. lin. 1.

P. 225. l. 2. *ὡς ὁ Μάρκος*] Vulgo *καὶ*, sed *ὡς* ex fere omnibus *manuscriptis* recepi. Nunc firmant *ὡς Pedalium Græcorum*, et *Sylloge Canonum Venetiis* edita ab Agapio Græco monacho anno 1787.

Ibid. l. 4. *τῇ ἐπιφωσκούσῃ εἰς μίαν σαββάτων*] *εἰς μίαν*, quod habet et infra Dionysius lin. 16. pro *μῆ* ex *MS. Barocc. 158.* et *Coislin. 122.* idem sacro *Matthæi* textu præstante, recepi, dum omnia omiserunt *Codd. 86.* et *205.* Sequentia vero prætermisit *Beveregii Synodicon*, *μέχρις ἀνατολῆς ἡλίου τῆς μῆς σαββάτων*, renitentibus omnibus præter *ed. utramque Parisinam* paulo ante memoratam atque Latinum interpretem *Hervetum. Concilia edita* male *ὑπολάβομεν* pro *ὑπολάβωμεν*. Exhibet *Pedalium* *μῆς σ.* Sed *Sylloge Veneta* *μῆ* *σ.*

Ibid. l. 9. *μικρολογία τις*] *Glossæ Vet.* habent *μικρόλογος scrupulosus*.

Ibid. l. 10. *εἰ συμφωνοῦντες πάντες ἐν ἐκείνῃ τῇ νυκτὶ—περὶ τὴν ὥραν διαφέρονται*] Lectionem præsentem, quam agnoscit et Zonaras in *Commentario*, haud debbam commovere, ut hæc substituerentur, *ὡς μὴ συμφωνούντων πάντων ἐν ἐκείνῃ τῇ νυκτὶ τὸ τοῦ κόσμου φῶς τὸν Κύριον ἡμῶν ἀνατεταλκέναι τὴν αὐτὴν ὥραν, καὶ ἐν τούτῳ διαφέρονται*, id quod olim feci, præeuntibus *tribus MSSStis 26.* et *86.* et *625. Rawl.* sed nunc mutato, quorum duo primi vetustissimi sunt, nisi quod *ἐν τοῦτο* pro *ἐν τούτῳ* præfert *Cod. 26.* Habet au-

tem *Cod.* ille 625. *περὶ τὴν αὐτὴν ὥραν καὶ ἐν τούτῳ διαφέρουται.*

P. 225. l. 15. *Τὸ μὲν οὖν*] Particulam *οὖν* accepi ex *codicibus septem*, quæ omissa est cum in *tribus* aliis *scriptis*, tum apud *Beveregium* atque in *edd. Parisinis*, et cujus loco repetitum *τὸ* exhibent *Labbæus, Harduinus, aliique*. Habent tantum *τὸ μὲν Pedalium* et *Sylloge Græcorum*.

Ibid. l. 16. *ὄψὲ σαββάτων*] Particulam δὲ post *ὄψὲ* expunxi jubentibus *octo scriptis codicibus*, et consentientibus *nonnullis Novi Test. Manuscriptis*. Extat vero in *duobus* *Dionysii codd. Bodleianis* 185. et 715. Abesse δὲ a *Pedagio* nunc video alteraque *Sylloge*.

P. 226. l. 1. *καὶ προσελθὼν*] Hic addidi particulam *καὶ* ex *septem Dionysii codicibus*, renitentibus tantum *duobus* 185. et 205. et *utroque Coisliniano*. Addunt eandem refragantes textui communi *plurimi codices versionesque Novi Test.* sed nesciunt *Pedalium* ac *Sylloge*.

Ibid. l. 71. *σοφώτερον*] In MS. *σοφώτεροι*. HARDUIN. Idem positum fuerat et ad oram *Conciliorum Labbæan.*

Ibid. l. 13. *τοῦ ῥήματος τοῦ ὄψὲ*] *Istud τοῦ ῥήματος* ex *MSStis omnibus* præter unum *Bodleianum* 205. restitui. In interpretamento autem voculæ *ὄψὲ* apud S. Matthæum, quod expositores divinorum librorum diu valde exercuit, *Dionysium* ad verbum secuti sunt patres *Synodi Œcumenicæ Sextæ* in Canone lxxxix. qui ita se habet; *Τὰς τοῦ σωτηρίου πάθους ἡμέρας ἐν νηστεία καὶ προσευχῇ καὶ κατανύξει καρδίας ἐπιτελοῦντας, χρὴ τοὺς πιστοὺς περὶ μέσας τῆς περὶ τὸ μέγα σάββατον νυκτὸς ὥρας ἀπονηστίζεσθαι, τῶν θείων εὐαγγελιστῶν Ματθαίου καὶ Λουκᾶ, τοῦ μὲν, διὰ τοῦ ὄψὲ σαββάτων ῥήματος, τοῦ δὲ, διὰ τοῦ ὄρθρου βαθέος, τὴν βραδύτητα τῆς νυκτὸς ἡμῖν ὑπογραφόντων.* Consentit his Eusebius cum apud *Catenam in S. Joan.* a Corderio editam, pp. 448, 449. tum in Fragmento a cl. Matthæi e *codicibus Mosquensibus* desumpto in *Anecdotta Gr.* tom. ii. p. 62. et Severus *Antiochensis*, sive alius quidam, initio *Opuse. De Concordant. Evangelist.* p. 221. tom. xi. *Biblioth. PP. Galland.*

Ibid. l. 19. *ὁμοίως καὶ ὁ Ἰωάννης*] Particulam *καὶ* addunt *cod.* 205. et *uterque Coislinianus*.

P. 227. l. 4. πλὴν παρὰ τοῦτο σκοτίας οὔσης ἔτι, τῷ μνημείῳ προεληλύθει] In editis hæc sola extant, πλὴν παρὰ τοῦτο σκοτίας ἔτι οὔσης προεληλύθει. Jamque ego tantummodo isto τῷ μνημείῳ augenda ea puto. Olim *codicis* 3385. scripturam fere secutus sum, dum vocibus πρὸς ἔω τοῦ μνημείου orationem augebant multi alii codices antiqui. Ita enim codex ille, quem nominavi, πλὴν παρὰ τοῦτο σκοτίας οὔσης ἔτι πρὸς ἔω τῷ μνημείῳ π. Adhuc plenius, sed partim vitiose, ut opinor, *codices* 26. et 185. et 196. πλὴν παρὰ τοῦτο σκοτίας οὔσης ἔτι πλὴν τὸ πρὸς ἔω τοῦ μνημείου π. Et alius *codex* antiquiss. 86. πλὴν παρὰ τούτῳ σκοτίας οὔσης ἔτι (aliquid hic deletum est) τοῦ πρὸς ἔω τοῦ μνημείου ἐληλύθει. Ita et *codd.* 715. et 625. *Rawl.* πλὴν παρὰ τοῦτο σκοτίας οὔσης ἔτι πλὴν τὸ πρόσθε τοῦ μνημείου προεληλύθει, nisi quod in codice posteriori pro in verbo ultimo alia manu additum est. *Codices* quoque *Coisliniani* eis τὸ μνημείου orationi adjiciunt. Soli *scripti* 158. et 205. cum editis conveniunt, nisi in eo quod παρὰ τούτῳ pro παρὰ τοῦτο habent. In *Pedagio Græcorum* nunc invenio, πλὴν παρὰ τούτῳ σκοτίας ἔτι οὔσης eis τὸ μνημείου προεληλύθει. *Sylloge Veneta* eis τὸ μνημείου non habet.

Ibid. l. 9. ὁ βαθὺς ὄρθρος] ὁ βαθὺς οὖν ὄρ. *Codd.* 26. et 625.

Ibid. l. 10. προὔποφαινομένην ἀγὴν ἐωθινὴν] Hic ἀγὴν pro ἀτῆν, quod omnes editi habent, ex *codicibus Bodleianis* et *Coislinianis* sumptum restitui. Neque aliter Gentianus Hervetus in *codice Joannis Tili* legisse videtur, qui vertit *matutinum splendorem, qui prius subapparet*. Similiter autem ἀγὴ pro ἀτῆ, quod exhibet ed. Lupar. S. Methodii *Convivii Virginum*, in edit. Combefisiana pag. 111. emendatum est. Interea importune addidit ἡμέραν post ἐωθινὴν *codex* 26. Nunc inveni vocem ἀγὴν in *Pedagio* extantem.

Ibid. l. 11. διὰ τοῦτο παρῳχηκός ἤδη τελείως σὺν τῇ μετ' αὐτὸ νυκτὶ πάσῃ τοῦ σαββάτου] In editis, διὰ τοῦ παρῳχηκός ἤδη τ. σ. τ. μ. ἀ. ν. πάσῃ τοῦ σαββάτου. Sed in *duobus MSSis* 26. et 86. τὸ παρῳχηκέναι et παντὸς scriptum extat. Addas *Codicem* 158. nisi quod πᾶν τὸ σάββατον, et proxime post, ἐτέραν ἄρχεσθαι ἡμέραν in eo scriptum est. In *Cod.*

quoque 625. *Rawl.* scriptura mutata est. Sed τοῦτο pro τὸ vel τοῦ ex quatuor sumpsit codicibus *Bodleianis* atque duobus illis *Coisl.* qui quidem codices Gallici, sicut *MS.* 158. ὅθεν pro ὅτε ante δῆλον habent in sequentibus. Vertitque Herveus, *Et ideo.* Nunc invenio in *Pedagio* Græcorum hæc posita, διὰ τὸ παρωχηκῆναι ἤδη τελείως σὺν τῇ μετ' αὐτὸ νυκτὶ πᾶν τὸ σάββατον, καὶ ἕτεραν ἀρχεσθαι ἡμέραν, ὅτε ἦλθον τὰ ἀρώματα, καὶ τὰ μῦρα φέρουσαι. ὅθεν δῆλον &c.

P. 228. l. 1. ἡ μὲν γὰρ ὀρμῇ] Particulam γὰρ ex omnibus scriptis addidi. Μοχ κατήρχθη post Beveregium posui pro προήρχθη, quod extat in *Conciliis* alibique. Inveni ego κατήρχθη (sic) in *Cod.* 158. sed reliqui scripti præstabant vel κατήρξατο vel κατήρξαντο. *Incepit* vertit Herveus. Nunc reperio et γὰρ et κατήρχθη in *Pedagio* extantia.

Ibid. l. 6. μέχρις ἀνατολῆς ἡλίου] τοῦ ante ἡλίου exhibet *Cod.* 158.

Ibid. καὶ λέγει καὶ τότε ταύταις] Duplicem quidem fuisse profectionem mulierum ad sepulchrum Christi, priorem ante, et alteram post resurrectionem ejus, ex S. Lucæ narratione constat, xxiii. 25, 26. xxiv. 1. Et alteram hoc iter ceptum videtur fuisse a proficiscentibus illis ex urbe σκοτίας ἔτι οὔσης, nec finitum ante solis exortum *Joan.* xx. 1. *Marc.* xvi. 2. Mariam quidem Magdalenam bis adisse sepulchrum jam apertum refert S. Joannes. Dionysiusque cum hic tum supra statuisse videtur duplex fuisse die resurrectionis iter mulierum ab urbe ad sepulchrum, sed vix et ne vix quidem earundem. Neque enim diserte affirmat S. Lucas xxiv. 10. Mariam Magdalenam simul cum mulieribus a se ante commemoratis adfuisse. Utcunque res fuit, seu profectio duplex fuerit, ut viri clarissimi opinantur, sive non; mea interea sententia est, nihil omnino narrasse alterum evangelistam, cui alter contradixerit; sed incertiore fieri ordinem rerum gestarum post resurrectionem Domini brevitate ipsarum narrationum; quæ tamen aliæ alias confirmant.

Ibid. i. 9. ἀποφαινόμεθα] Harduinus post Labbe notat, "al. ἀπολογούμεθα." Ita *Cod.* noster 158. et *Pedagii* Margo. Ceterum, quia illud ἀκριβολογουμένοις cum sequentibus κατὰ

ποίαν ὥραν &c. construendum esse videtur, interpretante Phavorino in *Lexico* ἀκριβολογείται, ἀκριβῶς ἐξετάζει, idcirco hoc verbum ἀποφαινόμεθα ad illa quæ deinceps posita sunt, τοὺς μὲν λαν ἐπιταχύναντας κ. τ. λ. spectare debebit.

P. 228. l. 12. ἐπιταχύναντας] Sed ἐπιταχύνοντας *Cod.* 625. aliique præstant.

Ibid. πρὸ νυκτὸς ἐγγὺς ἤδη μεσοῦσης ἀνιέντας] Postquam resurrexisse Dominum ostendit Dionysius, non vesperâ diei septimi (quæ incipit ab hora nostra sexta post meridiem), sed nocte adultâ, νυκτὶ βαθείᾳ, nec post lucem exortam diei sequentis, sed *diu ante*; pergit statuere vir sanctus, eos festinantius agere, qui ante mediam noctem solverint hoc jejunium. Nam etsi ponunt in *Commentariis* suis πρὸ τοῦ μεσονυκτίου cum Zonaras tum Balsamo, illud tamen νῦξ βαθείᾳ lin. 8. prohibet nos credere, intelligendam esse hoc loco horam, quam nonam vespertinam dicere consuevimus, sive τοῦ μεσονυκτίου initium. Confirmant interpretationem nostram Blasteres in *Syntagmate Alphabetico* a Beveregio primum edito, Lit. π'. cap. vii. p. 218. *Synodici*, et Balsamo ad Can. lxxxix. *Synodi Sextæ*. Attamen quos initio epistolæ culpat Dionysius, novimus ἀφ' ἐσπέρας post vesperam jejunium solvendum esse constituisse. Adversus eosdem homines Eusebius Dionysii nostri pene æqualis, in Fragmento in codd. Mosquensibus reperto et supra pag. 240. memorato hæc scribit—εἰ γὰρ μὴ τοῦτο ἦν, (h. e. ni sero vocabulo ὀψὲ significaretur) ἐχρήν ἡμᾶς τῇ ἡμέρᾳ τοῦ σαββάτου, μετὰ ἡλίου δυσμᾶς, εὐθέως ἐσπέρας γενομένης, ἀπονηστίζεσθαι· ἀλλ' οὐχ οὕτως ἡ συνήθεια ἐν ταῖς ἐκκλησίαις τοῦ Θεοῦ κεκράτηκεν, ἀλλ' ἡ νυκτὸς ἐπιλαβούσης, ἢ αὐτῷ μεσονυκτίῳ, ἢ περὶ ἀλεκτόρων βοᾶς.

Ibid. l. 14. παρ' ὀλίγον] Vulgò ὡς παρ' ὀλίγον, favente quidem Zonara, in *Commentario*, sed fide nixus *MSSorum omnium* præter unum 158. ὡς exulare jussi.

Ibid. l. 15. λέγοντος ἀνδρὸς σοφοῦ] Quis iste fuerit, nescio. Habent λέγοντος τοῦ λόγου ἀνδρὸς σοφοῦ *Codd.* 26. et 625. Mox ἐπὶ τὸ πλείστον pro ἐπὶ πλείστον *Cod.* 196. Annotatum est istud ad *Pedaliū Græcorum* Τὸ γνωμικὸν τοῦτο τὸ

λέγον. Τὸ μικρὸν ἐν βίῳ οὐ παραμικρὸν, αὐτολέξει ἀναφέρει καὶ ὁ μέγας Βασίλειος ἐν τῇ ἀρχῇ τοῦ περὶ βαπτίσματος δευτέρου λόγου, λέγων ὅτι εἶπε τοῦτο τις τῶν παρ' ἡμῶν σοφῶν. τίς δὲ ὁ σοφὸς οὗτος, ἡμῶν ἀδελφόν.

P. 228. l. 16. ἐφυστερίζοντας] Correxi ex *Pedaliō* prius editum ὑφυστερίζοντας.

Ibid. l. 17. καὶ μέχρι τετάρτης φυλακῆς ἐγκαρτεροῦντας] H. e. usque ad horam nostram tertiam matutinam. Posuit μέχρι ὄρθρου pro μέχρι τετάρτης φυλακῆς Harmotopulus in *Epitome* sua *Canonum*, Lib. v. p. 67. *Juris Græco-Rom. Leunclavii*. Cum omnes *editi* hic habeant διεγκαρτεροῦντας, omnes autem *codices scripti* cum Zonara, Balsamone, Aristenoque ἐγκαρτεροῦντας exhibeant, videtur edita lectio ex verbo superiore orta esse διαρκοῦντας. Ceterum sic jejunando homines isti superassent illos etiam Christianos Romæ degentes, qui ineunte epistola commemorati sunt, si modo per *galli cantum* intelligeretur initium gallicinii, seu tertiæ vigiliæ noctis, quæ quidem ab hora nostra duodecima nocturna incipiens cum tertia matutina desinit; verba sunt περιμένουσι τὸν ἀλέκτορα; magis vero crederem ut supra dixi, Romanos illos secunda gallicinia expectasse, sive quartam vigiliam; Christum enim mane resurrexisse Latini ferebant.

P. 229. l. 5. διανοχλῶμεν] Ita *Cod.* 185. duoque *Coislini-ani*, sed *editi* διοχλῶμεν. *Zonaras* autem et *Aristenus* paulo ante *Balsamonem* qui floruit, ἐνοχλῶμεν invenisse in suis *codicibus* videntur.

Ibid. l. 7. οἱ μὲν καὶ πάσας ὑπερτιθέασιν ἄσιτοι διατελοῦντες—οἱ δὲ οὐδεμίαν] Quanquam de jejuniis, quæ *superpositiones* appellantur, nonnulla obiter dicta sunt in *Annotationibus* in *CONCIL. LUGD.* vol. II. pag. 46. 57. ubi pag. 48. recte ait *Valesius*, non esse ovum ovo similis, quam sunt inter se similia loca *Irenæi* ac *Dionysii*, adeo ut *Dionysius*, cum hæc scriberet, *Irenæi* locum in mente habuisse videatur; aliquid tamen subjungere convenit, tam de nomine *superpositionis* hic primum viso quam de re ipsa. Ὑπέρθεσις a Latina ecclesia dicta *superpositio*, cum ex hoc loco, tum

vero ex aliis, dici esse videtur cibo superpositio, sive jejunium ultra solitum tempus celebratum; et jejunandi extitisse modus severissimus, dum diem noctemque sequentem, immo et quandoque per plures dies ac noctes, ἄσιτοι διέτέλλου. Ita Victorinus in Fragmento inferius collocato *De Fabrica Mundi*—*quare usque ad horam nonam jejunemus, (addend. aut) usque ad vesperam, aut superpositio usque in alterum diem fiat.* Vid. et seqq. Et, in *Passione SS. Jacobi, Mariani &c.* dicitur Æmilianus vir sanctus *continuatis in carcere gemina superpositione jejuniis*—*sua visionis patefecisse arcana.* §. 8. p. 226. *Act. Martyr. Sincer. et Select.* a Ruinaro edit. Etymologicas autem rationes nobis præbente Salmasio in *Plinianis Exercitt.* cap. ii. p. 229. Gulielmus Hooperus episcopus Batho-Wellensis, hæc Dionysii verba ab aliis perperam intellecta in Dissert. Anglice scripta *De Quadragesima* ita optime exposuit part. I. c. v. §. 11. “Tradit Dionysius nonnullos fuisse Christianos, qui cibo “abstinuerint omni, sive sex dies ante pascha *superposu-* “*erint;*” (h. e. ex versione quidem Hooperi, Anglice *passed over*, et pro expositione ejusdem viri, *prorogaverint.* Interea non jejunium superponitur, ὑπερτίθεται, quod jejunii dilatio esset sive suspensio, sed dies; cibo dicitur superponi, ait Salmasius, quod est jejunium.) “alios autem extitisse, “qui quatuor dies, alios qui tres, alios rursus qui duas “tantum, superposuerint. Ex superponentibus vero hi “novissime dicti minimum omnium videntur peregisse, “nulli enim a Dionysio commemorantur, quibus visum “fuerit a die Saturni incipere, atque ita diem unum tan- “tum superponere. Mentionem quidem quorundam Dionysius facit, qui ne unum quidem diem superponerent; “istos vero paucos præ cæteris extitisse manifestum est; “atque insuper notandum est, fieri posse, ut illi qui diem “solidum haud superponerent, jejunarent tamen, ut loqui “solet auctor, usque ad vesperam. (Vid. infra l. 7. Epist. “Dionysii.) Eisdem porro hoc modo jejunasse verisimile “est, non uno tantum die, sed fortasse omnibus sex diebus, “similiter prorsus ac maxima nos hodie celebramus jeju- “nia.” De superpositione tantum.

P. 229. l. 10. ἀποκάμνουσι] Hoc e sex codicibus scriptis pro ἀποκαμοῦσι reposui.

Ibid. l. 12. ἢ καὶ τρυφήσαντες] Notandum est, omnes codices meos scriptos tam Gallicos quam Anglicos ἀλλὰ καὶ τρ. hic præstare præter unum *Bodl.* 158. Gentianumque Hervetum *codicis Tiliiani* interpretem, *vel etiam* Latine vertentem.

Ibid. l. 14. δύο καὶ μόνas ἡμέρας] Habent ἡμέρας editi, quod jussu omnium codicum manuscriptorum ejiciendum esset.

Ibid. l. 17. οὐκ οἶμαι τὴν ἴσην ἄθλησιν αὐτοὺς πεποιῆσθαι] Cum in *codd.* antiquiss. 26. et 86. a me lectum esset οὐς οὐκ οἶμαι sine αὐτοὺς ante πεποιῆσθαι, et ἄσκησιν pro ἄθλησιν, τούτους per incuriam olim ego, omisso αὐτοὺς, verbis præposui. In *codice* quoque 625. prius scriptum erat aliquid ante οὐκ οἶμαι, dum illud αὐτοὺς infra recenti manu additum est. Itidem habet *idem cod.* ἄσκησιν. Sed scripturam, quæ recepta est, ἄθλησιν invenisse in codicibus suis Zonaras et Balsamo videntur. Præstantque eandem *Pedaliium* ac *Sylloge* supra memorata.

P. 230. l. 2. ταῦτα μὲν οὖν] Particulam οὖν e *novem scriptis* recepi.

Ibid. l. 3. ἔγραψα.] Post hæc collocandum breviarium curavi verborum Dionysii, quod fecit auctor cum Aristeni commentario editus; nam huic epitomatori soli debemus hujus partis Dionysianæ epistolæ notitiam, etsi ex titulo in *codice Barocc.* 86. posito haud integram epistolam esse, ut initio dixi, recte colligi possit. Præmisit autem auctor post prioris partis epistolæ breviarium hæc verba: Τοῦ αὐτοῦ (Dionysii) περὶ τῶν ἀκοινωνήτων μὲν ὄντων, φόβῳ δὲ θανάτου κοινωνούντων, εἶτα ἐπιβιούντων. ΤΟΥΣ προσδοκία θανάτου &c. Ejusdem, *De iis, qui cum excommunicati fuerint, et præ metu mortis ad communionem admissi postea convalescunt.* EOS qui præ expectatione mortis &c. Deinde sequitur lemma, περὶ ἀκαθαρσίας. Propter variatam postea, ut solitum est, in causa convalescentium ecclesiasticam disciplinam videtur omissa pars istæ epistolæ.

Ibid. l. 10. πλείονος δεόμενος ἐπιστροφῆς] Hujusmodi

quaestiones de poenitentibus episcopi iudicio veteres canones permittunt. ἀντίλεγαι pro ἀντιλέγει in sequentibus correxi.

P. 230. l. 15. τῶν ἐν ἀφένδρῳ γυναικῶν] Zonaras. Ἐβραῖδες γυναῖκες ὅτε γένηται αὐταῖς ἢ τῶν ἐμμήνων ῥύσις ἐν τόπῳ μεμονωμένῳ καθήμεναι, ἡσυχάζουσιν, ἕως ἂν ἑπτὰ ἡμέραι παρέλθωσιν. ὅθεν εἴληπται τὸ ἐν ἀφένδρῳ, δηλοῦν, τὸ κεχωρίσθαι αὐτὰς ἀπὸ τῆς τῶν λοιπῶν ἕδρας ὡς ἀκαθάρτους. De hoc τῶν οἴ. interpretum vocabulo similia habent annotatores ad Hesyech. v. ἀφένδρῳ.

Ibid. l. 19. ἢ τῇ τραπέζῃ τῇ ἁγίᾳ προσελθεῖν] Balsamo.— ὡς ἔοικε δὲ τὸ παλαιὸν εἰσέρχοντο γυναῖκες εἰς τὸ θυσιαστήριον, καὶ ἀπὸ τῆς ἁγίας τραπέζης μετελάμβανον. διὰ τοῦτο γὰρ καὶ τοῦ θυσιαστηρίου μέμνηται ὁ κανὼν. Confer Valesium ad Dionysium Alex. apud Euseb. *Hist. Eccl.* vii. 9. qui vetitum fuisse postea laicis tam viris quam mulieribus, ut ad altare accederent, ostendit.

P. 231. l. 2. σπεύδουσα] Vocem omisit Beveregius in *Synodico*, sed exhibent illam tres *vetustissimi scripti*, 26. et 86. et 625. Cum Dionysii canone primo nos deserebant *Coisliniani MSS*. Nescire vocem *Pedalium* quoque et *Syllogen* inveni.

Ibid. l. 6. εἰς δὲ τὰ ἅγια καὶ τὰ ἅγια τῶν ἁγίων] Voces καὶ τὰ ἅγια ex *codd. omnibus* praeter 86. et 625. restitui. Nimirum quaesitum est, an mulieres ἐμμήνιοι domum Dei ingredi debeant, quod negat Dionysius; Zonaras enim cum Balsamone Dionysii altero interprete non solum sacrorum mysteriorum, quæ quidem vocibus τὰ ἅγια τῶν ἁγίων signari indicat et Pseudo-Dionysius *Areop. Epist.* viii. §. 1. mentionem fecit, sed et templi Dei. Zonaras ait, Εὐχεσθαι μὲν γὰρ καὶ τοῦ Κυρίου μέμνησθαί φησιν (Dionysius), οὐδ' ἐν τῷ τοιοῦτῳ καιρῷ κωλυθήσονται. εἰς ναὸν δὲ Θεοῦ εἰσιέναι ἢ μεταλαμβάνειν αὐτὰς τῶν ἁγιασμάτων οὐ δεῖ. Hæc ille. Hoc quoque statuit canon, qui vicesimus nonus in *Nova Versione* 84. *Arabicorum Canonum Concilii Nicæni* numeratur, apud *Concilia* edit. Labbe tom. ii. p. 325. Et quanquam Matthæus Blastares in *Syntagmate* suo *Alphabetic*o Lit. α'. cap. 16. verba τὰ ἅγια, dum Dionysium exponit, haud repe-

tere videtur, nonnulli tamen ex Canonum codicibus, quibus usus sum, longe vetustiores Blastare sunt, sæculi decimi quarti canonista. Ipse quoque hoc idem refert, mulieres sic habentes non solum ab altari, verum etiam a templo et templi porticu, prohiberi solitas. Lenius vero cum iis agit Timotheus episcopus Alex. in *Responsis suis Canonicis*, qui a sanctis tantum mysteriis easdem arcet. Respons. vii. p. 166. *Synodici*. Immo omnium rerum sacrarum liberam participationem iis concessam videas in *Constitut. Apostol.* lib. vi. capp. 27. et 28. pag. 358. ed. Clerici, ubi constitutionum auctor istiusmodi prohibitiones ἔθιμα Ἰουδαϊκὰ appellare nil veretur. Neque aliter de iis sensisse Cardinalis Baronius videtur in loco, quem ad marg. *Conciliorum* suorum designavit Harduinus, *Annal.* ad ann. 266. num. xi. Denique arbitrio ipsarum feminarum hæc permittit S. Gregorius M. in *Responsis ad Augustinum* Anglorum apostolum apud Bedam, *Hist. Eccl.* lib. i. cap. 27.

P. 231. l. 8. οἱ γεγαμηκότες] Hoc pro γεγηρακότες recepi, ad quam vocem ita Harduinus; “Balsamon ita legit: at “Zonaras, quem sequitur Fronto Ducaeus, γεγαμηκότες, qui “matrimonio juncti sunt.” Confirmant Zonaræ lectionem septem e Bodleianis codicibus, et quæ sæpe dicitur Aristeni, illaque Arsenii Monachi, *Canonum Synopsis*. Adde Harmenopuli *Canonum Epitomen* apud Leunclavii *Jus Græco-Rom.* p. 51. Immo ipse Balsamo, qui alteram scripturam γεγηρακότες invenit, hoc ait; καὶ ὁ μὲν κανὼν περὶ γεγηρακῶτων φησὶν· ἐξακουστέον δὲ τὰ ἐν αὐτῷ καὶ εἰς πάντας τοὺς ὁμοζύγους. Sed de solis sacerdotibus hic agi, non de aliis itidem conjugibus, perperam, opinor, statuit, si modo id velit, Blastares in *Syntagmate Alphabetico* Lit. γ'. cap. 18. Ὁ δὲ γ', inquit, τοῦ ἱερομάρτυρος Διονυσίου Ἀλεξανδρείας, ἀρκοῦντας ἐφίστησι σφίσι αὐτοῖς τοὺς ἱερωμένους διαιτητὰς, ἡνῖκα τοῖς φρικτοῖς προσιέναι μέλλουσι μυστηρίοις, ἀπέχεσθαι μὲν τῶν ἰδίων γυναικῶν, ἀλλ' ἐκ κοινῆς συμφωνίας, κατὰ τὴν τοῦ μεγάλου Παύλου φωνήν, ὅτι ὁ ἀνὴρ τοῦ ἰδίου σώματος οὐκ ἐξουσιάζει, καὶ τὰ ἐξῆς. p. 82. *Synodici*. Recte interpretatus est S. Hieronymus in *Apol. pro Libris adversus Jovinianum*. p. 108. ed. Froben. ubi hujus Dionysiani canonis

exemplo allato ostendit, maritalis officium corpus Domini accipere non permittere fidei cuiquam per breve tempus. Sed severius cum cum clero egisse patet ex epistola ejus ad *Pammachium*, sub finem, tum vero ex libro primo *adversus Jovinianum*, pag. 40. ubi perpetuam abstinentiam eidem injunctam esse statuit. Confer cum Dionysio Timothei Episc. Alex. *Respons.* v. Nunc firmant mutationem meam *Pedalium* ac *Sylloge Græcorum*.

P. 231. l. 10. προσήκον ἀλλήλων ἐκ συμφώνου πρὸς καιρὸν, ἵνα σχολάσωσι] Ita pro *edito* ἀλλήλων προσήκον ἐκ συμφωνίας ἵνα πρὸς καιρὸν σχολάσωσι, ex octo MSSis et Herveto Tiliani codicis interprete, favente quoque apostoli textu rescripsi. Sed et illud ἐκ συμφώνου etiam in *codice* 158. qui discrepat a reliquis, scriptum extat, sicut apud Zonaram et Balsamonem. Extat et in *Pedagio*.

Ibid. l. 11. ἵνα σχολάσωσι τῇ προσευχῇ] Hodie quidem præfixum est in apostoli textu τῇ νηστεία καὶ, quod abest, probantibus et Millio et Griesbachio, a plurimis codicibus. Verba tamen posita sunt in *codice* 625. canonum horum olim *Rawlinsoni*, eademque invenisse saltem apud apostolum Zonaras et Balsamo videntur. Ceterum, cum de diuturnitate atque causis hujus abstinentiæ quæsitum esset, et respondisset apostoli verbis usus S. Dionysius, quando ex communi consensu id visum fuerit, ut vacent orationi; adnotat Zonaras ἀλλ' οὐ περὶ πάσης προσευχῆς, ἐνταῦθα φησὶν ὁ ἀπόστολος, περὶ δέ γε τῆς σπουδαιοτέρας ἢν ἐν δάκρυσιν καὶ κακοπαθείαις δεῖ γίνεσθαι· οὐ γὰρ πάντως οὕτως προσεύξονται πάντοτε. νηστείαν δὲ λέγει (Paulus) τὴν γινομένην ἐν καιροῖς ὀρισμένοις, ἢ ὅτε μέλλοι τις τῶν ἁγιασμάτων μετέχειν.

Ibid. l. 16. ὡς] Ita pro *edito* καὶ *codd.* omnes *Bodleiani*, interpretatioque *Herveti*. Adde Zonaram hæc afferentem in *Commentario suo in S. Athanasii Epistolam ad Ammum*.

Ibid. l. 17. καὶ ἐν τούτοις εὐσυνείδητος &c.] Athanasius in *Canonica Epistola* omnia hujusmodi præter voluntatem quæ fiunt, culpa omnino vacua esse respondet. p. 36. *Synodici*. Quod vero quæsierat a Dionysio Basilides, Zonaræ verbis ostenditur; ἐρωτηθεὶς εἰ δεῖ τοὺς ἐν ῥύσει σπέρματος γενομένους ἀπροαιρέτως, τῶν ἁγιασμάτων μετέχειν, ἔφη ὅτι &c.

De participatione quoque τῶν θεῶν μισητῶν hic agi, statuit et Blastares *Syntagm. Alphabet. Lit. κ'*. cap. 28. ubi adduxit Basilium M. in *Asceticis* simili quæstioni similiter respondentem. Vid. et Timothei Alex. Episc. *Respons. xii.* p. 168. *Synodici.* Neque aliter Dionysium exponit Balsamonis *Responsio ad Marcum Alexandriae Patriarcham*, quæ in tom. I. *Juris Græco-Romani* p. 367. extat, tribus istis epistolis memoratis Alexandrinorum præsulum, Dionysii, Athanasii, Timotheique; ubi tamen scribarum errore ommissa sunt Dionysii et Athanasii testimonia, nam post verba, φησὶ γὰρ ἡ τοῦ ἁγίου Διονυσίου ἀπόκρισις, statim posita sunt istæc, Εἰ μὲν ὑπόκειται usque ad voces ἐπιτιθέμενος αὐτῷ, quod nihil aliud est præter Timothei responsum. Mox pro ἀγνοῶν præstant ἀγνοεῖς *Pedaliū* et *Sylloge Græcorum.*

P. 232. l. 5. ἐαυτῷ] Præstant tres codices et *Pedaliū* σεαυτῷ, neque aliud significat lectio recepta. Proxime post additur καλὸς in duobus e tribus istis codicibus post voces οὐχ ὡς διδάσκαλος, et in *Cod. 625. Rawl.* alia manu superscriptum est idem verbum καλὸς, sed ex vitiosa repetitione ortum.

Ibid. l. 9. ὅ, τι ἄν σοι φανῆ δίκαιον καὶ βέλτιον] Absunt voces δίκαιον καὶ a septem e novem MSSstis, nec male, me iudice. Retinentur autem in *Pedaliō*, quod particulam εἰ pro ἡ, prout nunc edo, substituit. Mox ἀντιγράφης pro ἀντιγράψεις e scriptis recepi. Ceterum frustra hic quæres, mi Lector, quæ olim in his Voluminibus posita a me fuerint, ex codicibus Oxoniensibus correctæ, Dionysii Alexandrini fragmenta in Nicetæ *Catena in Jobum* conservata, tum vero alia ampliora Dionysii excerpta ab Eusebio in *Præparationem* suam *Evangelicam* desumpta. Quæ omisi, propterea quod cito secuturam fuisse novam omnium reliquiarum hujus disertissimi scriptoris editionem, eamque eximiam, magna nos spes tenebat.

S. GREGORII NEOCÆSARIENSIS
EPISTOLA CANONICA.

S. GREGORIUS NEOCÆS.

S. HIERONYMUS, *Lib. De Viris Illustribus*,
cap. lxxv. p. 146.

THEODORUS, qui postea Gregorius appellatus est, Neocæsareæ Ponti Episcopus, admodum adolescens, ob studia Græcarum et Latinarum litterarum, de Cappadocia ^a Berytum, et inde Cæsaream Palæstinæ transiit, juncto sibi fratre Athenodoro. Quorum cum egregiam indolem vidisset Origenes, hortatus est eos ^b ad philosophiam, in qua paulatim Christi fidem subintroducens, sui quoque sectatores reddidit. ^c Quinquennio itaque eruditi ab eo remittuntur ^d ad matrem (f. patriam *post Suidam*); e quibus Theodorus proficiscens, ^e πανηγυρικὸν εὐχαριστίας scripsit Origeni: et convocata grandi frequentia, ipso quoque Origene præsentē, recitavit, qui usque hodie exstat. Scripsit ^f et *μετάφρασις* in Ecclesiasten brevem quidem, sed valde utilem. Et aliæ hujus vulgo feruntur ^g Epistolæ, sed præcipue signa atque ^h miracula, quæ jam episcopus cum multa ecclesiarum gloria perpetravit.

^a Idem de Gregorio Socrates iv. 27. ἐν τῷ Βηρύτῳ νόμους ἐμάνθανε. Sed Gregorius ipse in Eucharistico ad Originem pag. 186. seq. testis locuples est Berytum, quo legum Rom. discendarum caussa tendebat, præterisse se Origenis gratia, et Cæsaream advolasse. De Beryto Phœniciaë urbe, celebri olim jurisconsultorum academia, eruditum nuper librum in lucem edidit Jaco-

bus Hasæus Doctor Bremensis Gymnasii præclarissimus, qui de Gregorio nostro videndus est capite v. atque imprimis ix. FABRICIUS.

^b Eusebius vi. 30. οὗς ἀμφὶ τὰ Ἑλλήνων καὶ Ῥωμαίων μαθήματα δεινῶς ἐπτοημένους φιλοσοφίας αὐτοῖς ἐνθεὶς ἔρωτα, τῆς προτέρας σπουδῆς τὴν θείαν ἄσκησιν ἀντικαταλλάξασθαι προὔτρέψατο. FABRICIUS.

^c Πέντε δὲ ὄλοις ἔτεσιν αὐτῷ συγγενόμενοι. id. Huic videtur adversari quod Gregorius in Eucharistico ad Origenem statim sub initium profitetur ab octavo jam anno neminem se dicentem auscultasse, nisi quem celebrare ingreditur Origenem. FABRICIUS. Initio Eucharistiæ ad Origenem ipse de se testatur Gregorius jam ab octavo anno, nedum quinto, neminem audisse, nisi admirandos illos viros veri philosophi ac assecclas, condiscipulos nempe suos Origenis auditores. At non ideo hæc Hieronymi, sive Eusebii testimonio adversari putes, non enim per octoennium eos audivisse continuo tradit, sed præterquam illos, non alium quemquam. VALLARIUS.

^d Marcianæus (editor Benedictinus) ex codd. quibusdam edidit *ad patrem*, suspicatus veram lectionem, quam Martinus Lipsius etiam et Gravius ex Suida revocatam probavit *ad patriam*. Sane patrem jam decimo quarto ætatis amiserat Gregorius ut ipse testatur in Eucharistico ad Origenem p. 83. FABRICIUS. Similia notavit Vallarius. Fratrem Gregorii Athenodorum itidem postea in Ponto episcopum factum esse ex Eusebio l. c. refert Fabricius.

^e Hic panegyricus circa A. 239. Cæsareæ Palæstinæ dictus adhuc exstat, qui circa idem fere tempus Græce et Latine editus Moguntiæ 1604. 4. cum versione Jac. Sirmondi inter alia Gregorii scripta edita a Gerardo Vossio Tungrensi: Et Augustæ Vindel. cum versione Laur. Rhodomanni et Is. Casauboni atque editoris Davidis Hæschelii notis ad calcem librorum Origenis contra Celsum, 1605. 4. FABRICIUS. Et separatim Stutgardiæ 1722. 12mo. operâ J. A. Bengelii.

^f Hæc quoque Paraphrasis Ecclesiastæ ætatem tulit, edita tum alibi sæpius tum in meliore operum Gregorii Thaumaturgi editione Græco-Latina, quæ Frontone Ducæo curante prodiit Paris. 1621. fol. Meminit hujus Metaphraseos Hieronymus

etiam in c. iv. Ecclesiastæ, et Rufinus vii. 25. Hist. Eccles. ubi inter alia de Gregorio inserta quæ in Eusebio incassum quæras, *in Ecclesiastem Metaphrasin magnificentissime scripsit.* FABRICIUS.

g Ex Epistolis Gregorii, quarum etiam Suidas, et Freulfus, atque Honorius ex Hieronymo faciunt mentionem, unica hodie exstat inter Canonicas Patrum Epistolas sæpe vulgata et in Conciliorum Tomis tom. I. edit. Labbei p. 837. ad *πάπαν* sive episcopum quendam Ponti data circa A. 258. FABRICIUS. Hanc S. Gregorii Epistolam, Canonica quæ appellatur, congruenter proposito meo edendi omnes canones Ante-Nicænos, hic positurus sum.

h Hæc miracula a quibus Thaumaturgi nomen tulit quam plurima cum commemoret Gregorius Nyssenus in laudatione Gregorii Neocæsariensis, tamen tom. ii. p. 1009. plura quod incredibilia possint videri omittere se est testatus. Diem obiit supremum Gregorius Thaumaturgus non ante A. 270. sive annum primum Aureliani. FABRICIUS.

CANONES S. GREGORII,
NEOCÆSAREÆ IN PONTO EPISCOPI,
MEDIO SÆCULO TERTIO FLORENTIS.

Ἐπιστολὴ Κανονικὴ τοῦ ἁγίου Γρηγορίου Νεοκαισα-
ρείας ἐπισκόπου τοῦ Θαυματουργοῦ, περὶ τῶν ἐν
τῇ καταδρομῇ τῶν βαρβάρων εἰδωλόθυτα φαγόν-
των, ἧ καὶ ἕτερα ἅτινα πλημμελησάντων.

*Epistola Canonica Sancti Gregorii Episcopi Neocæsariensis, quæ
Thaumaturgus dicitur esse, de iis qui in barbarorum incursionibus
idolothytia comederant, aut alia quædam peccata commiserant.* 10

KANON A.

ΟΥ τὰ βρώματα ἡμᾶς βαρεῖ, ἱερεῖ πάπα, εἰ ἔφαγον
οἱ αἰχμάλωτοι ταῦτα, ἅπερ παρετίθεσαν αὐτοῖς οἱ
κρατοῦντες αὐτῶν, μάλιστα ἐπειδὴ εἰς λόγος παρὰ
πάντων, τοὺς καταδραμόντας τὰ ἡμέτερα μέρη βαρ-
βάρους εἰδώλοις μὴ τεθυκέναι. ὁ δὲ ἀπόστολός φησι,
* Τὰ βρώματα τῇ κοιλίᾳ, καὶ ἡ κοιλία τοῖς βρώμασιν.

Interprete Gentiano Herveto.

CANON I.

Non sibi nos gravant, sanc-
te Papa, si captivi comederint
ea, quæ qui in eos dominium

ime quando una de omnibus
facta est, barbaros qui in nos-
tras regiones incursiones fece-
runt, idolis non sacrificasse.
Dicit autem apostolus: Escæ
ventri, et tenter escis: Deus

ὁ δὲ Θεὸς καὶ ταύτην καὶ ταῦτα καταργήσει. ἀλλὰ
καὶ ὁ Σωτὴρ ὁ πάντα καθαρίζων τὰ βρώματα· ^b Οὐ
τὸ εἰσπορευόμενον, φησὶ, κοινοῖ τὸν ἄνθρωπον, ἀλλὰ
τὸ ἐκπορευόμενον. καὶ (for. legend. ὅμοιον καὶ) τὸ τὰς
5 γυναικας αἰχμαλώτους διαφθαρήναι, ἐξυβριζόντων τῶν
βαρβάρων εἰς τὰ σώματα αὐτῶν. ἀλλ' εἰ μὲν καὶ
πρότερον κατέγνωστό τινος ὁ βίος πορευομένης ὀπίσω
^c ὀφθαλμῶν τῶν ἐκπορευόντων κατὰ τὸ γεγραμμένον,
δηλὸν ὅτι ἡ πορνικὴ ἕξις ὑποπτος καὶ ἐν τῷ καιρῷ
10 τῆς αἰχμαλωσίας· καὶ οὐ προχείρως δεῖ τὰς τοιαύτας
κοινωνεῖν τῶν εὐχῶν. εἰ μέντοι τις ἐν ἄκρᾳ σωφρο-
σύνη ζήσασα, καὶ καθαρὸν καὶ ἔξω πάσης ὑπονοίας
ἐπιδεδειγμένη βίον τὸν πρότερον, νῦν περιπέπτωκεν
ἐκ βίας καὶ ἀνάγκης ὑβρει, ἔχομεν παράδειγμα τὸ ἐν
15 τῷ Δευτερονομίῳ ^d τὸ ἐπὶ τῇ νεανίδι, ἣν ἐν τῷ πεδίῳ
εὔρεν ἄνθρωπος, καὶ βιασάμενος αὐτήν, ἐκοιμήθη μετ'
αὐτῆς· 'Τῇ νεανίδι οὐ ποιήσετε, φησὶν, οὐδὲν, οὐκ

autem et hunc et has destruet.
Sed Servator quoque omnes ci-
20 bos mundans: Non quod in-
trat, inquit, coinquinat homi-
nem; sed quod egreditur. Et
hoc quoque, quod captivæ mu-
lieres corruptæ fuerunt, bar-
25 baris earum corporibus inso-
lenter abutentibus: sed si pri-
us quoque damnata vita fuerat,
procul ab oculis abeuntibus, ut
dixi, fornicatoribus, ut scrip-
30 tum est; fornicarius scilicet
habitus est etiam tempore cap-
tivitatis: et non oportet fa-

cile orationibus cum ejusmodi
communicare. Sed siquidem
aliqua, quæ in summa conti-
nentia vixerit, et puram, ab
omnique suspicione alienam,
priorem vitam ostenderit; nunc
vi et necessitate in probrum,
contumeliamve lapsa sit: ha-
bemus exemplum quod est in
Deuteronomio, de adolescen-
tula quam homo in agro inve-
nit, et ea vi compressa, cum
ipsa dormiit: Adolescentulæ,
inquit, nihil facietis; non erit
adolescentulæ peccatum mor-

^b Matt. xv. 11.^c Num. xvi. 39.^d Deut. xxii. 25—28.

ἔστι τῇ νεανίδι ἀμάρτημα θανάτου· ὅτι ὡς εἶτις ἀναστῆ ἄνθρωπος ἐπὶ τὸν πλησίον αὐτοῦ, καὶ θανατώσει αὐτοῦ τὴν ψυχὴν, οὕτω τὸ πρᾶγμα τοῦτο· ἐβόησεν ἡ νεανὶς, καὶ ὁ βοηθῶν οὐκ ἦν αὐτῇ· Ταῦτα μέντοι τοιαῦτα.

5

ΚΑΝΩΝ Β.

Δεινὴ δὲ ἡ πλεονεξία· καὶ οὐκ ἔστι δι' ἐπιστολῆς μιᾶς παραθέσθαι τὰ θεῖα γράμματα, ἐν οἷς οὐ τὸ ληστεύει νμόνον φευκτὸν καὶ φρικῶδες καταγγέλλεται, ἀλλὰ καθόλου τὸ πλεονεκτεῖν καὶ ἀλλοτρίου ἐφάπτεσθαι ἐπὶ αἰσχροκερδείᾳ. καὶ πᾶς ὁ τοιοῦτος ἐκκήρυκτος ἐκκλησίας Θεοῦ. τὸ δὲ ἐν καιρῷ τῆς καταδρομῆς ἐν τῷ αὐτῇ οἰμωγῇ καὶ τοσοῦτοις θρήνοις τολμῆσαί τινας τὸν καιρὸν τὸν πᾶσιν ὄλεθρον φέροντα, νομίσαι ἑαυτοῖς κέρδους καιρὸν εἶναι, ἀνθρώπων ἔστιν ἀσεβῶν καὶ θεοστρυγῶν, καὶ ὑπερβολὴν ἀτοπίας ἐχόντων. ὅθεν ἔδοξε τοὺς τοιοῦτους πάντας

tis : quia, quemadmodum si quis homo adversus proximum suum insurrexerit, et ipsius animam morte affecerit ; sic hanc rem adolescentula proclamavit, et non erat qui ei opem ferret. Hæc quidem certe ita se habent.

CANON II.

Gravis res est avaritia, et plura habendi cupiditas, nec possunt una epistola proponi Scripturæ, in quibus non solum prædari fugiendum hor-

rendumque prædicatur ; sed plura etiam concupiscere, et aliena propter turpe lucrum attingere : et quicumque est ejusmodi, is est a Dei ecclesia abdicatus. In tempore autem incursionis, in tanto luctu tantisque fletibus, ausos esse aliquos, tempus, quod omnibus exitium afferebat, existimare esse sibi lucri tempus ; est hominum impiorum, et Deo invisorum, et quorum improbitati nihil potest adjici. Unde eis omnibus ejusmodi, interdicere visum est, eosque

ἐκκηρύξαι, μήποτε ἐφ' ὅλον ἔλθῃ τὸν λαὸν ἡ ὀργή,
καὶ ἐπ' αὐτοὺς πρῶτον τοὺς προεστῶτας, τοὺς μὴ ἐπι-
ζητοῦντας. φοβοῦμαι γὰρ, ὡς ἡ γραφὴ λέγει, ^e μὴ
συναπολέσῃ ἀσεβῆς τὸν δίκαιον. ^f πορνεία γὰρ, φησὶ,
5 καὶ πλεονεξία, δι' ἃ ἔρχεται ἡ ὀργὴ τοῦ Θεοῦ ἐπὶ τοὺς
υἱοὺς τῆς ἀπειθείας. μὴ οὖν γίνεσθε συμμέτοχοι αὐ-
τῶν. ἦτε γάρ ποτε σκότος, νῦν δὲ φῶς ἐν Κυρίῳ· ὡς
τέκνα φωτὸς περιπατεῖτε· ὁ γὰρ κάρπος τοῦ φωτὸς
ἐν πάσῃ ἀγαθωσύνῃ καὶ δικαιοσύνῃ καὶ ἀληθείᾳ·
10 δοκιμάζοντες τί ἐστὶν εὐάρεστον τῷ Κυρίῳ. καὶ μὴ
συγκοινωνεῖτε τοῖς ἔργοις τοῖς ἀκάρποις τοῦ σκότους,
μᾶλλον δὲ καὶ ἐλέγχετε. τὰ γὰρ κρυφῆ γινόμενα ὑπ'
αὐτῶν, αἰσχρὸν ἐστὶ καὶ λέγειν· τὰ δὲ πάντα ἐλεγ-
χόμενα ὑπὸ τοῦ φωτὸς, φανεροῦται· τοιαῦτα μὲν ὁ
15 ἀπόστολος. εἰ δὲ διὰ τὴν προτέραν πλεονεξίαν τὴν
ἐν τῇ εἰρήνῃ γενομένην δίκην τινύοντες, ἐν αὐτῷ τῷ
καιρῷ τῆς ὀργῆς πάλιν πρὸς τὴν πλεονεξίαν ἐκτρα-

abdicare; ne forte ad totum
populum ira veniat; et in
20 eos primum qui præsunt, et
non inquirunt. Vereor enim,
ut ait Scriptura, ne impius
justum una secum perdat. For-
nicatio enim (inquit) ut avari-
25 tia [non nominentur in vobis]:
per quæ venit ira Dei ad
filios inobedientiæ. Ne sitis
ergo eorum participes: fuistis
enim aliquando tenebræ, nunc
30 autem lux in Domino; ut filii
lucis ambulate: fructus enim

lucis est in omni bonitate et
justitia et veritate: probantes
quid sit Deo acceptum: et
ne communicate infructuosis
operibus tenebrarum, sed po-
tius etiam redarguite. Quæ e-
nim ab ipsis fiunt clanculum,
turpe est vel dicere: omnia
autem a luce convicta mani-
festantur. Hæc quidem apo-
stolus. Si autem qui propter
priorem plura habendi cupidi-
tatem, quæ in pace fuit, præ-
nam dant; in ipso iræ tem-

^c Gen. xviii. 23.

^f Ephes. v. 3, 6—13.

πῶσι τινές, κερδαίνοντες ἐξ αἵματος καὶ ὀλέθρου ἀνθρώπων ἀναστάτων γενομένων, ἢ αἰχμαλώτων ἢ πεφονευμένων, τί ἕτερον προσδοκᾶν χρή, ἢ ὡς ἐπαγωνιζομένους τῇ πλεονεξίᾳ ἐπισωρεῦσαι ὄργην καὶ ἑαυτοῖς καὶ παντὶ τῷ λαῷ ;

5

[ΚΑΝΩΝ Γ.]

Οὐκ, ἰδοὺ, Ἔ Αχάρ ὁ τοῦ Ζαρᾶ πλημμελείᾳ ἐπλημμέλησεν ἀπὸ τοῦ ἀναθέματος, καὶ ἐπὶ πᾶσαν συναγωγὴν Ἰσραὴλ ἐγενήθη ἡ ὄργή ; καὶ οὗτος εἰς μόνος ἤμαρτε, μὴ μόνος ἀπέθανεν ἐν τῇ ἀμαρτίᾳ αὐτοῦ ; 10 ἡμῖν δὲ πᾶν τὸ μὴ ἡμέτερον, ἀλλὰ ἀλλότριον, τῷ καιρῷ τούτῳ κέρδος, ἀνάθεμα νενομισθαι προσήκει. κακείνος μὲν γὰρ ὁ Ἀχάρ ἐκ τῆς προνομῆς ἔλαβε· καὶ αὐτοὶ νῦν ἐκ προνομῆς. κακείνος μὲν, τὰ τῶν πολεμίων· οἱ δὲ νῦν, τὰ τῶν ἀδελφῶν, κερδαίνοντες ὀλέ- 15 θριον κέρδος.

pore rursus ad avaritiam convertuntur : lucrifacientes ex sanguine et pernicie eversorum hominum captivorum, interfectorum : quid aliud expectandum est, quam ut avaritia decertantes, iram sibi et universo populo accumulent ?

CANON III.

Non ecce Achaz, Zaræ filius, in eo quod Deo dedicatum erat, peccavit : et in omnem Israël synagogam ira per-

venit ? Atqui hic unus solus peccavit, sed non solus in suo peccato est mortuus. Nobis autem quidquid non nostrum, 20 sed alienum est, ab hoc tempore lucrum Deo dicatum esse, existimandum est. Nam et ille quidem Achaz ex præda accepit : et ipsi nunc ex præ- 25 da accipiunt. Ac ille quidem, ea quæ erant hostium : qui vero nunc sunt, ea quæ sunt fratrum, lucro pernicioso lucrifacientes.

30

ΚΑΝΩΝ Δ.

Μηδεὶς ἐξαπατάτω ἑαυτὸν, μήτε ὡς εὐρών· οὔτε γὰρ εὐρόντα κερδαίνειν ἔξεστι. φησὶ τὸ Δευτερονόμιον· ^h Μὴ, ἰδὼν τὸν μόνον τοῦ ἀδελφοῦ σου, καὶ 5 τὸ πρόβατον πλανώμενον ἐν τῇ ὁδῷ, περιίδης αὐτὰ, ἀποστροφῇ ἀποστρέψεις αὐτὰ τῷ ἀδελφῷ σου. εἰ δὲ μὴ ἐγγίξῃ ὁ ἀδελφός σου πρὸς σε, μηδὲ ἐπίστη αὐτὸν, συνάξεις αὐτὰ, καὶ ἔσται μετὰ σοῦ, ἕως ἂν ἐκζητήσῃ αὐτὰ ὁ ἀδελφός σου, καὶ ἀποδώσεις αὐτὰ, καὶ 10 οὔτω ποιήσεις τὴν ὄνον αὐτοῦ, καὶ οὔτω ποιήσεις τὸ ἱμάτιον αὐτοῦ, καὶ οὔτω ποιήσεις κατὰ πᾶσαν ἀπώλειαν τοῦ ἀδελφοῦ σου, ὅσα ἂν ἀπόληται παρ' αὐτοῦ, καὶ εὐρης αὐτά· ταῦτα τὸ Δευτερονόμιον. ἐν δὲ τῇ Ἐξόδῳ, οὐ μόνον εἰς τὰ τοῦ ἀδελφοῦ τις εὐρη, ἀλλὰ 15 καὶ ἐχθροῦ, ⁱ Ἀποστροφῇ, φησὶν, ἀποστρέψεις αὐτὰ εἰς τὸν οἶκον τοῦ κυρίου αὐτῶν· εἰ δὲ ἐν εἰρήνῃ ἄρα ῥαθυμοῦντος καὶ τρυφῶντος καὶ τῶν ἰδίων ἀμελοῦντος ἀδελφοῦ ἢ ἐχθροῦ, κερδάναι οὐκ ἔξεστι, πόσω

CANON IV.

20 Nemo se ipsum seducat, neque tanquam invenerit: neque enim fas est ei qui invenit, lucrifacere, ait Deuteronomium: Viso fratris tui vitulo, et ove 25 errante in via, ea ne despexeris: sed ea, restitutione restitues fratri tuo. Sin autem frater tuus ad te non approximet, neque ipsum noveris; coges ipsum, et erit tecum donec ea 30 frater tuus quæsierit, et reddes

ea; et sic facies de ejus asino, et sic facies de ejus veste, et sic facies post omnem perditionem fratris, quæcunque ipsi perierint, et tu ea inveneris. Hæc Deuteronomium. In Exodo autem, non solum si quis res fratris, sed etiam inimici invenerit; restitutione, inquit, restitues ipsa domui domini ipsorum. Si autem ab eo qui in pace, et in ocio delicate vitam transigit, vel etiam ab inimico non licet lucrari; quanto

h Deut. xxii. 1, 2, 3.

f Exod. xxiii. 4.

μᾶλλον δυστυχοῦντος καὶ πολεμίους φεύγοντος, καὶ κατὰ ἀνάγκην τὰ ἴδια ἐγκαταλείποντος ;

ΚΑΝΩΝ Ε.

Ἄλλοι δὲ ἑαυτοὺς ἐξαπατῶσιν, ἀντὶ τῶν ἰδίων τῶν ἀπολλυμένων, ἃ εὖρον ἀλλότρια κατέχοντες. ἵν' 5 ἐπειδὴ αὐτοῖς Βοράδοι καὶ Γότθοι τὰ πολέμου εἰργάσαντο, αὐτοὶ ἄλλοις Βοράδοι καὶ Γότθοι γένωνται. ἀπεστείλαμεν οὖν τὸν ἀδελφὸν καὶ συγγέροντα Εὐφρόσυνον διὰ ταῦτα πρὸς ὑμᾶς, ἵνα κατὰ τὸν ἐνθάδε τύπον, καὶ αὐτοῦ δώῃ ὁμοίως, καὶ ὧν δεῖ τὰς κατηγο- 10 ρίας προσίεσθαι, καὶ οὐδ' ἐκκηρύξαι τῶν εὐχῶν.

ΚΑΝΩΝ ς'.

Ἀπηγγέλη δὲ τὶ ἡμῖν καὶ ἄπιστον ἐν τῇ χώρᾳ ὑμῶν γενόμενον πάντως πού ὑπὸ ἀπίστων καὶ ἀσεβῶν καὶ μὴ εἰδότην μὴδὲ ὄνομα Κυρίου, ὅτι ἄρα εἰς το- 15 σοῦτον τινὲς ἀπανθρωπίας καὶ ὠμότητος προεχώρη-

magis ab eo qui rebus adversis premitur, et fugit, et necessitate coactus propria relinquit ?

CANON V.

Alii autem seipsos seducunt, pro propriis quæ perierunt, aliena quæ invenerunt, detinentes. Ut quoniam Boradi et Gotthi eis hostilia fecerunt ; ipsi sint aliis Boradi et Gotthi. Propterea ergo fratrem et consenem nostrum Eufrosynum ad vos misimus, ut se-

cundum formam quæ hic est, etiam ibi det similiter. et quorum accusationes admittere oporteat, et quos a precibus ab- 20 dicare.

CANON VI.

Denunciatum autem est nobis, quidpiam factum esse in nostra regione incredibile vel 25 utique ab infidelibus vel impiis, et qui ne nomen quidem Domini novere : quod nonnulli eo inhumanitatis, crudelitatisque processere, ut captivos ali- 30

σαν, ὥστε τινὰς τοὺς διαφύγοντας αἰχμαλώτους βία κατέχειν. ἀποστείλατε τινὰς εἰς τὴν χώραν, μὴ καὶ σκηπτοὶ πέσωσιν ἐπὶ τοὺς τὰ τοιαῦτα πράσσοντας.

ΚΑΝΩΝ Ζ.

5 Τοὺς μὲν οὖν ἐγκαταλεχθέντας τοῖς βαρβαροῖς, καὶ μετ' αὐτῶν ἐν αἰχμαλωσίᾳ ἐπιλαθομένους ὅτι ἦσαν Ποντικοὶ καὶ Χριστιανοὶ, ἐκβαρβαρωθέντας δὲ, ὡς καὶ φονεύειν τοὺς ὁμοφύλους ἢ ξύλῳ ἢ ἀγχόνῃ, ὑποδεικνύναι δὲ ἢ ὁδοὺς ἢ οἰκίας ἀγνοοῦσι τοῖς βαρβάροις,
 10 καὶ τῆς ἀκροάσεως ἀπειρῆσαι δεῖ· μέχρις ἂν κοινῇ περὶ αὐτῶν τι δόξη συνελθοῦσι τοῖς ἀγίοις, καὶ πρὸ αὐτῶν τῷ ἀγίῳ Πνεύματι.

ΚΑΝΩΝ Η.

Τοὺς δὲ οἴκοις ἀλλοτρίοις ἐπελθεῖν τολμήσαντας,
 15 ἂν μὲν κατηγορηθέντες ἐλεγχθῶσι, μηδὲ τῆς ἀκροάσεως ἀξιῶσαι· ἂν δὲ ἑαυτοὺς ἐξείπωσι καὶ ἀποδῶσιν, ἐν τῇ τῶν ὑποστρεφόντων τάξει ὑποπίπτειν.

quos qui effugerunt, vi retineant. Mittite aliquos in regionem, ne vel fulmina in eos cadant, qui hæc agunt.

CANON VII.

Eos itaque qui inter barbaros enumerati sunt, et cum eis
 25 in captivitate invaserunt, obliti se esse Ponticos, et Christianos: efferati autem, barbarique redditi, ut et eos qui sui sunt generis, vel ligno, vel suffocatione interficiant: vias autem vel domos nescientibus

barbaris ostendant: etiam ab auditione arcere oportet: donec, de iis, congregatis Sanctis, aliquid communiter visum fuerit, et ante eos, sancto Spiritui.

CANON VIII.

Eos autem qui alienas domos invadere ausi fuerint: si accusati quidem convicti fuerint, nec auditione dignos existimare [oportet]: sin autem seipsos enunciarint, et reddiderint; in eorum qui convertuntur, ordinem substerni.

ΚΑΝΩΝ Θ.

Τοὺς δὲ ἐν τῷ πεδίῳ εὐρόντας τι (for. τινα), ἢ ἐν ταῖς ἐαυτῶν οἰκίαις, καταλειφθέντα ὑπὸ τῶν βαρβάρων, εἰ μὲν κατηγορηθέντες ἐλεγχθῶσιν, ὁμοίως ἐν τοῖς ὑποπίπτουσιν· εἰ δὲ ἐαυτοὺς ἐξείπωσι καὶ ἀπο- 5 δῶσι, καὶ τῆς εὐχῆς ἀξιῶσαι.

ΚΑΝΩΝ Ι.

Τοὺς δὲ τὴν ἐντολὴν πληροῦντας, ἐκτὸς αἰσχροκερδείας πάσης πληροῦν δεῖ μήτε μήνυτρα ἢ σῶστρα ἢ εὐρητρα, ἢ ᾧ ὀνόματι καλοῦσιν, ἀπαιτοῦντας. 10
Extat hæc Epistola cum alibi, tum in S. Gregorii Neocæsareæ Operum edit. Paris. p. 37.

CANON IX.

Eos autem qui in campo aliquid invenerunt, vel in suis ædibus a barbaris relictum, si accusati quidem convicti fuerunt, sint similiter in iis, qui substernuntur: sin autem se ipsos enunciaverint, et reddi-

derint, etiam precibus digni habeantur.

CANON X.

15

Eos autem qui servant mandata, absque omni turpi lucro servare oportet; nec indicationis, vel custodiæ, vel inventionis precium, vel quocunque no- 20 mine appellant, exigentes.

ANNOTATIONES

IN S. GREGORII NEOCÆSARIENSIS

EPISTOLAM CANONICAM.



P. 256. l. 4. Ἐπιστολὴ Κανονικὴ τοῦ ἁγίου Γρηγορίου] Hic Gregorius episcopus Neocæsariensis, ob multa quæ fecit miracula Θαυματουργὸς dictus, discipulus fuit Origenis, ut Eusebius et Socrates tradiderunt. Quo autem tempore Gothi et Boradi, quorum ipse canone quinto mentionem fecit, inter alias Asiæ provincias, Pontum quoque invaserunt, istaque barbarorum incursio gravissimis inter Christianos perpetrandis delictis occasionem præbuit, is ecclesiæ Neocæsariensi præfectus ad eorum correctionem hanc canonicam epistolam conscripsit, et ad episcopum quendam misit; ut ex ipso exordio constat, quo dicit, οὐ τὰ βρώματα ἡμᾶς ἱερώτατε (ιερεῖ) Πάππα. Episcopi enim *Papæ* tunc dierum vulgo audiebant. BEVEREGIUS. Anno Christi CCLVIII. scripta fuisse videtur epistola. Tillemont. *Mem.* tom. iv. pag. 339. Quum itaque Christianorum complures qui ex hac barbarorum incursione in captivitatem inciderant, multa et gravia peccassent, hos Canones exaravit

sanctus præsul Neocæsariensis, quo eorum saluti bonus pastor prospiceret: de quibus in Concilio Quinisexto hæc sanctio edita. Can. II. *Obsignamus reliquos omnes canones, qui a sanctis et beatis nostris Patribus expositi sunt, id est—Gregorii Neocæsareæ episcopi Thaumaturgi, &c.* GALLANDIUS in Prolegomenis. Hanc ego epistolam, dum affero omnia ad rem canonicam Ante-Nicænorum pertinentia, propter publicam ejus auctoritatem separatim ab aliis Gregorii operibus edendam curavi. Eadem sancti patris epistola cum consensu aliorum episcoporum, aut saltem cleri sui, mihi quidem scripta fuisse videtur, non tantum suo, sed et suorum, nomine dictata; quod quidem ex usu frequenti numeri pluralis præcipue in canonibus quinto et sexto apparet; etsi haud perinde ac Cypriani aliquot epistolæ, auctoritate concilii fruebatur, id quod ex septimo canone palam est. Monuit autem vir cl. Joan. Johnsonus in præclara sua *Codicis Canonum Ecclesiæ Synopsi*, κυκλικὰς, sive *publicas*, has literas fuisse, a Gregorio ad singulos et omnes provinciæ suæ episcopos per Euphrosynum missas, quem in canone quinto *συγγέροντα*, sive æqualem vocat. Ἀπεστείλαμέν γε, inquit, τὸν ἀδελφὸν καὶ συγγέροντα Εὐφρόσυνον διὰ ταῦτα πρὸς ὑμᾶς.

Ad tempus quod attinet scriptionis epistolæ, etsi Gothorum et Boradorum sive, ut Zosimus *Hist.* lib. i. p. 28. ed. Oxon. eos appellat, Boranorum irruptio imperantibus Valeriano et Gallieno facta est, tamen illam ad ultimum barbarorum recessum censet Basnagius retrahendam esse, qui anno demum Christi 262. Gallieni autem solius regnantis tertio, contigerat. Vide eum in *Annalibus Politico-Eccles.* tom. i. ad an. 240. p. 328. et an. 262. p. 406. Res in dubio esse mihi videtur, propterea quod plures iis temporibus factæ sunt harum gentium in Asiam irruptiones, atque earundem ex illa discessus. Lectu autem digna est, ut ait vir idem cl., hæc epistola, ex qua cladis a Gothis illatæ magnitudo intelligetur. Et video Orosium in *Historiis* de istis Gothorum irruptionibus tradentem, *Græcia, Macedonia, Pontus, Asia, Gothorum inundatione delentur.* *Hist.* lib. vii. p. 518. ed. Havercamp. Verum victores a

victis, quos in servitutum' abduxerant, meliores mores eductos fuisse, perinde ac veram religionem, historici ferunt.

Ceterum monuit, ubi supra, in Prolegomenis suis Gallandius, qui in tertio volumine *Bibliothecæ Patrum* S. Gregorii, quæ restant, opuscula collocavit, se hanc epistolam una cum *Balsamonis et Zonaræ Commentariis* exhibuisse ex *Synodico Beveregii*, collatis insuper editionibus Parisiensibus Balsamonis an. 1620. et Zonaræ 1622, ad calcem operum Thaumaturgi. At ne verbo quidem differt textus Beveregianus in hac quidem epistola a Parisiensibus illis editionibus Balsamonis Zonaræque. Et vero melius fecisset Gallandius, si epistolæ textum, qualis extat in priori parte ejusdem editionis Parisiensis edidisset, non autem Gregorii Thaumaturgi epistolam in posteriori parte commentariis Zonaræ cinctam lectoribus suis proposuisset. Contextus enim a Gerardo Vossio Borchlonio anno 1604. Moguntiæ e duobus scriptis, Nomocanone Græco et Card. Sirleti codice, primum editus, deinde in priore parte voluminis Parisiis an. 1622. a Frontone Duçæo repetitus, emendatior videtur esse, quam epistola istæ apud Zonaram atque edita Concilia extans. Quapropter eundem hic sistendum duxi ope novem codicum scriptorum, qui in bibliotheca servantur Bodleiana, castigatiorem nunc factum. De quibus libris canonum manuscriptis nonnulla ad Dionysii Alex. EPISTOLAM AD BASILIDEM, Vol. hujus pag. 233. jam notavi. Multiformem fuisse hujusce epistolæ in singulos canones divisionem, tum ex vet. codicibus, tum ex editionibus commentariisque apparet. Atque integram ipsam epistolam esse vix affirmaverim. Sed tamen, dum alium quendam Gregorii canonem commemorat Harmenopulus in *Epitome Canonum* lib. iv. apud Leunclavii *Jus Græco-Romanum* p. 63. collocata, is potius canonem decimum quartum concilii Nicæni breviasse videtur.

P. 256. l. 5. ἐπισκόπου] Vulgo ἀρχιεπισκόπου, sed in edit. principe atque septem libris manuscriptis nomen ἐπισκόπου, quod verius est, extat. Nam duo tantum codices numeris 158. et 205. designati, iique ceteris omnibus, ni fallor,

recentiores, alteram præ se lectionem ferebant; neque non consentit in hac re codex Græcus, quem Latine vertit Gentianus Hervetus. Prodiit autem Herveti interpretatio non tantum canones continens Apostolorum et Conciliorum vetustiss. sed et Epistolas Patrum commentario Balsamonis itidem cinctas, anno 1561. Parisiis ante Canones Græce editos.

CANON I.

P. 300. l. 1. EX ACTIS DE PAULO SAMOSATENSI &c.] Anno 1833: cum exacti jam essent fere viginti anni post editam hanc partem Reliquiarum Sacrarum, prodierunt duo ultima volumina *Collectionis Novæ Scriptorum Veterum* e Vaticanis codicibus ab Angelo Maio clarissimo ejusdem bibliothecæ præfecto, et Romanæ ecclesiæ cardinali, depromptorum. In hujus operis volumine penultimo, seu septimo, inter multos alios veterum scriptorum libellos nunc primum editos positus est *Imperatoris Justiniani Contra Monophysitas Tractatus*; in quo nonnullæ Pauli Samosateni sententiæ ab imperatore adducuntur, his præmissis; Καὶ ὁ ἐν ἁγίοις γὰρ Κύριλλος (præsul ille Alexandrinus de incarnatione Verbi disserens) κατ' οὐδὲν ἕτερον τῷ τοῦ ἀνθρώπου κέχρηται παραδείγματι, πλὴν διὰ μόνον τὸ ἐκβαλεῖν τὴν Παύλου καὶ Νεστορίου βλασφημίαν, τῶν διαιρούντων τὰς φύσεις ἀπ' ἀλλήλων, καὶ εἰς δύο πρόσωπα ἤγουν ὑποστάσεις ταύτας λαμβανόντων, καὶ ἐντεῦθεν δύο υἱοὺς καὶ δύο Χριστοὺς λεγόντων· ἓνα καὶ τὸν ἐκ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς υἱόν· ἕτερον δὲ τὸν ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου καὶ Θεοτόκου Μαρίας διαπλαττόντων· ὡς διὰ τοῦτο μηδὲ Θεοτόκον αὐτὴν παρ' αὐτῶν ὁμολογεῖσθαι, ἀλλὰ τὸν ἐξ αὐτῆς ψιλὸν ἀνθρωπον λέγεσθαι, χάριτι δὲ καὶ οἰκειώσει καὶ σχέσει τῇ πρὸς τὸν κατὰ φύσιν υἱὸν τῆς υἰότητος ἐκ προκοπῆς ἡξιῶσθαι. Πρὸς ἀπόδειξιν δὲ τοῦ ὅτι ταῦτα οὕτως ἐβλασφήμησεν Παῦλος τε καὶ Νεστόριος ἐκ τῶν γεγραμμένων αὐτοῖς ἀσεβειῶν ὀλίγας παρεθέμεθα, τὴν τούτων μανίαν πᾶσι Χριστιανοῖς στηλιτεύοντες. Λέγει γοῦν ὁ ἀσεβὴς Παῦλος ἐν ΤΟΙΣ ΠΕΡΙ ΑΥΤΟΥ ΠΕΠΡΑΓΜΕΝΟΙΣ, ΣΥΝΗΛΘΕΝ ὁ Λόγος τῷ ἐκ Δαβίδ &c. p. 299.

Ibid. l. 17. ὁ Λόγος μείζων ἦν &c.] Pergit scribere Justinianus, καὶ πάλιν ὁ αὐτὸς ἀσεβὴς Παῦλος λέγει, Ὁ ΛΟΓΟΣ μείζων ἦν &c.

P. 301. l. 2. — ἵνα μήτε ὁ ἐκ Δαβίδ &c.] Extat quod tertium locatum est fragmentum non tantum in *Contestatione ad Clerum CP.* quæ apud *Concilia*, et in Anastasii Sinaitæ

Hodego p. 324. servatur, sed etiam apud Leontium Byzantinum lib. iii. *Adv. Nestorianos et Eutychianos*; quod quidem Leontii opus Latine tantum editum est, et in tomo secundo collocatur *Auctarii Bibliothecæ Patrum Ducavani*. Ibi enim Leontius pag. 636. *Testimonium idem Publicum* adversus Nestorium Constantinopoli propositum attulit, et alia deinceps verba Samosatani Pauli produxit. Primam autem hujus *ρήσεως* clausulam, una eum *ρήσει* quarta, *ὁ φαινόμενος οὐκ ἦν*, ex alia parte operis Leontii Latine edidit Baluzius in *Nova sua Collectione Conciliorum* p. 19. Pertinere hæc ultima duo Pauli ad *Disputationem* ejus *contra Malchionem* idem Leontius indicavit, qui partem prioris fragmenti iterum adducens titulum hunc præmisit: Τοῦ αὐτοῦ (Pauli) ἐκ τοῦ πρὸς Μαλχίωνα (Μαλχίωνα) λόγου, ita Græce scribitur in Codice MS. Bodleiano Leontii. Immo vero ex titulo operis Malchionis adversus Paulum, quem ex Leontio infra transcribam, colligendum videtur, ambo ista Pauli et Malchionis sub uno fortasse *Dialogo* comprehensa, reposita fuisse in Concilii Antiocheni Actis, quod nunc Justiniani tractatus stabilivit.

P. 301. l. 5. *κύριος*] Extant apud omnes præter Justinianum istæc, quæ olim edidi, καὶ γὰρ ἐν τοῖς προφήταις ἦν, μᾶλλον δὲ ἐν Μώσει, καὶ ἐν πολλοῖς κυρίοις, μᾶλλον δὲ ἐν Χριστῷ ὡς ἐν ναφ̄ Θεοῦ. Habetque margo tom. iii. *Concil.* ed. Labbe. ἴσως ἀγίοις: pro κυρίοις. Sed *μυρίοις* a scriptura proprius abesset; et postquam hæc scripsi, vidi in *Conciliis* Romæ Græce editis margini adpositum fuisse, ἴσως *μυρίοις*, nihilo tamen minus de hac conjectura an probanda sit, dubito. Immo, quoniam vix arbitror feliciter exponendum esse istud, ἐν πολλοῖς κυρίοις, quod in *Contestatione ad Clerum* repertum est, totam sententiam ex Justiniano nuper redivivo reposui, apud quem *κύριος* extat; pro qua tamen voce, cujus interpretatio itidem satis obscura est, videndum, annon Paulus potius posuerit *ἐγχώριος* *locum inhabitans*, et καὶ ἐν πολλοῖς ἐγχώριος pro καὶ ἐν πολλοῖς κύριος legi oporteret. Nunc quoque addidi, ἄλλος γὰρ ἐστὶν Ἰησοῦς Χριστὸς, καὶ ἄλλος ὁ λόγος, quod Justiniano debemus.

P. 301. l. 5. ἐν ναῶ] Extat quidem ἐν ναῶ Θεοῦ in *Contestatione ad Clerum* seu *Testimonio Publico*, sed apud Leontium et Justinianum vox Θεοῦ abest. Habet Anastasius Sinaita ἐν οὐρανῶ pro isto ἐν ναῶ, corrupte.

Ibid. l. 17. Ὁ φαινόμενος] Ex MS. Codice Leontii Byzantini Græce hæc deprompsi. Latinus interea interpres post prius illud fragmentum allatum vocem *Ejusdem* huic ῥήσει præfixam habet, Baluzius autem istud, *Et paulo post*, qui, ut jam dixi, ex alia Leontii parte hæc descripsit. Mox, οὐ γὰρ ἦν δύνατος, hæc est, σοφία.

Ibid. l. 20. Extat hoc Pauli apud Leontium &c.] Alia nonnulla hujusce Pauli effata afferuntur in *Contestatione Cleri*, quæ supra nominata est, sive in eodem *Testimonio* apud Leontium, tum vero sunt alia præterea Pauli a Leontio alibi commemorata, sed aliunde forsitan quam ex Dialogo desumpta. Cum enim in reliquis hic adductis non nominentur libri Pauli, e quibus ea collecta fuerant, ipsa illa in textu, quem vocant, collocare nolui tanquam ad Concilium Antiochenum pertinentia; sed omnia hoc loco inter se digerenda curavi, quo major lux affulgeret tum Pauli opinionibus, de quibus varie disputatum est, tum ἀποσπασματίοις quæ sequuntur Malchionis Epistolæque Antiochenisium.

*Pauli Samosatensi Sententiæ quædam ex Codice Leontii
Bodleiano desumptæ.*

*Ἄνθρωπος χρίεται ὁ Λόγος οὐ χρίεται. Ὁ Ναζωραῖος χρίεται, ὁ Κύριος ἡμῶν. (Habet Latinus interpres, *Dominus non ungitur.*) καὶ γὰρ ὁ Λόγος μείζων ἦν τοῦ Χριστοῦ (Interpres habet, *Domino Christo*); Χριστὸς γὰρ διὰ σοφίας μέγας ἐγένετο. Λόγος μὲν γὰρ ἄνωθεν Ἰησοῦς δὲ Χριστὸς ἄνθρωπος ἐντεῦθεν. (Quæ adhuc allata sunt, solus Leontius habet; cetera, quæ sequuntur, in *Contestatione* quoque *ad Clerum* CPol. apud *Concilia* extant. Adverbium interea ἐντεῦθεν apud Eusebium in *Onomastico Urbium* voce Σωφειρὰ, et in Petri Alexandrini *Canone* X, ubi mors appellatur ἡ ἐντεῦθεν ἀνάλυσις, simili cum significatione adhibitum videas;

cons. et *S. Joan.* xviii. 36. Paulum λέγειν Ἰησοῦν Χριστὸν κάτωθεν, tradunt itidem Antiocheni in *Epistola* parte, quam Eusebius servavit; qui tamen Jesu Christus, ut obiter id notem, apud evangelistam est ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβάς. *Joan.* iii. 13. Adverbium quoque δεῦρο eodem sensu atque hoc loco ἐντεῦθεν Samosatenus alibi habet.) Μαρία τὸν Λόγον οὐκ ἔτεκεν, οὐδὲ γὰρ ἦν πρὸ αἰώνων ἡ Μαρία. Μαρία τὸν Λόγον ὑπέδέξατο (for. legend. οὐχ ὑπέδέξατο. Apud Leontium his Pauli dictis subjunctum est, *Nestorius dixit, Quomodo igitur Maria antiquiorem se peperit?*) καὶ οὐκ ἐστὶ πρεσβυτέρα τοῦ Λόγου, ἀλλὰ ἄνθρωπον ἡμῖν ἴσον ἔτεκεν· κρείττονα δὲ κατὰ πάντα, ἐπειδὴ ἐκ πνεύματος ἁγίου καὶ ἐξ ἐπαγγελιῶν καὶ ἐκ τῶν γεγραμμένων ἢ ἐπ' αὐτῷ χάρις. (His autem sententiis subjuncta est ἡ ῥῆσις, quam in textu tertiam collocavi tanquam ex Pauli Disputatione sumptam; deinde positum est istud quod hic sequitur.) Καὶ ἀλλαχοῦ λέγει (Paulus) ἄλλον εἶναι τὸν Ἰησοῦν Χριστόν· (Leontius habet τὸν τὸν Ἰησοῦν Χριστόν, f. τὸν Κύριον I. X.) καὶ ἄλλον τὸν Θεὸν (Θεὸν abest a *Contestatione Cleri*) Λόγον. Conf. p. 325.

Postquam vero ex Græcis dispersis hæc digessi, mihi constitit, Pauli verba, quæ a Leontio quidem repetita sunt, partim jam ante edita Græce fuisse a Jacobo Guil. Feverlino ex Codice MS. 2503. Biblioth. Regiæ Paris. in *Dissert. de Hæresi Pauli Samosatēni* Gottingæ 1741. 4to. in §. iii. pag. 10. de qua Dissertatione dicturus sum. Theodorus autem de Raithu, sæculi septimi scriptor (qui similiter ac vetus auctor horum Collectaneorum in medium iis temporibus adductorum, quibus fervebant lites Nestorianæ, dumque Catholici cum Paulo Nestorium, dicta ejus ex adverso collocantes, libenter conferebant, cognatos esse hæreticos hos credidit) Pauli dōgma ita exposuit.—ψιλὸν ἄνθρωπον εἶναι τὸν Κύριον ἐδυσφήμησεν (Paulus)· ὥσπερ δὲ εἰς ἕκαστον τῶν προφητῶν, οὕτω καὶ ἐν αὐτῷ γενέσθαι τοῦ Θεοῦ λόγον τὴν ἄσκησιν· ἔνθεν καὶ δύο φύσεις διηρημένως ἐχούσας καὶ ἀκωινωνήτους πρὸς ἑαυτοὺς εἶναι παντάπασιν ἐν τῷ Χριστῷ, ὡς ἄλλον ὄντος αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ καὶ

ἄλλον τοῦ ἐν αὐτῷ κατοικοῦντος Θεοῦ Λόγου. *De Incarnat. Domini*, ad calcem Gelasii Cyziceni *De Actis Synodi Nicænae* a Balforeo editi, cap. ii. pag. 231. Sed Paulus Verbum Dei οὐκ ἐνούσιον *substantivum*, sed *προφορικὸν prolativum* tantum esse statuebat; in qua quidem re ab eo dissensisse Nestorium tradit sæculo quinto adulto Marius Mercator in *Epistola De Discrimine inter hæresin Nestorii &c.* pag. 50. ed. Baluz. itidem in *Nestorii Blasphemiarum Capitulis* p. 165. Confer et Leontium Byz. *De Sectis* Act. iii. §. 3. Nunc demum adjicere mihi licuit his Pauli sententiis quinque præterea alias ex Sermonibus ejus πρὸς Σάβινον ab auctore operis in bibliothecis diu abditi, *Doctrinæ Patrum de Verbi Incarnatione*, olim desumptas. Cujus quidem libri Anastasio attributi partes nonnullas nuper edidit vir a me modo commemoratus, de republica litterarum multis nominibus optime meritus, Angelus Maius, nunc Cardinalis, in Septimo *Novæ Collectionis suæ Vet. Scriptorum* Volumine, p. 1—73. Interea de Pauli libro supra dicto ita scribit Cavius in *Hist. Lit.* Tom. I. p. 135. “ Superest
 “ Fragmentum Gr. MS. ἐκ τῶν πρὸς Σαβειανὸν λόγων (Pauli)
 “ in collectione quadam testimoniorum, cap. 36. quam Da-
 “ masceno tribuunt nonnulli, quæque in bibliotheca Col-
 “ legii Claromontani reponitur, uti nos docet Labbeus
 “ *Conspect. Damasceni*, p. 53.” Hæc Cavius. In editione tamen *Sacrorum Parallelorum* una cum Eclogis codicis Claromontani a Lequieno adornata haud extat hoc Pauli excerptum. Confer et Fabricii *Biblioth. Græc.* lib. v. cap. 30. vol. ix. pag. 722—732. edit. novæ. In *Doctrina* autem *Patrum* a Maio edita præfixus est hic titulus pag. 68. sententiis Pauli aliorumque hæreticorum; χρήσεις θεοστυγῶν αἱρετικῶν, ὧν ὁμοφρόνες εἰσὶν οἱ μίαν ἐνέργειαν καὶ θέλησιν ὁμολογοῦντες ἐπὶ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ. Scil. hæretici Monothelitæ oppositi Nestorianis. Tum post tria Ebionis excerpta sequuntur Pauli istæ :

Παυλοῦ Σαμοσατέως ἐκ τῶν αὐτοῦ πρὸς Σάβινον λόγων.

Τῷ ἀγίῳ πνεύματι χρισθεὶς προσηγορεύθη Χριστὸς, πάσχων κατὰ φύσιν, θαυματουργῶν κατὰ χάριν. τῷ γὰρ ἀτρέπτῳ τῆς γνώμης ὁμοιωθεὶς τῷ Θεῷ, καὶ μείνας καθαρὸς ἀμαρτίας ἠνώθη αὐτῷ, καὶ ἐνηργήθη πού ἐλέσθαι τὴν τῶν θαυμάτων δυναστείαν, ἐξ ὧν μίαν αὐτῷ καὶ τὴν αὐτὴν πρὸς τῇ θελήσει ἐνέργειαν ἔχων (1. ἔχειν) δειχθεὶς, λυτρωτῆς τοῦ γένους καὶ σωτὴρ ἐχρημάτισεν.

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τῶν αὐτῶν.

Αἱ διάφοροι φύσεις καὶ τὰ διάφορα πρόσωπα ἕνα καὶ μόνον ἐνώσεως ἔχουσι τρόπον τὴν κατὰ θέλησιν σύμβασιν, ἐξ ἧς ἡ κατὰ ἐνέργειαν ἐπὶ τῶν οὕτως συνβαθέντων (for. συμβιβασθέντων) ἀλλήλοις ἀναφαίνεται μονάς.

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τῶν αὐτῶν.

Ἅγιος καὶ δίκαιος γεγενημένος ὁ σωτὴρ, ἀγῶνι καὶ πόνῳ τὰς τοῦ προπάτορος ἡμῶν κράτησας ἀμαρτίας· οἷς κατορθώσας τὴν ἀρετὴν (for. τῇ ἀρετῇ) συνήφθη τῷ Θεῷ, μίαν καὶ τὴν αὐτὴν πρὸς αὐτὸν βούλησιν καὶ ἐνέργειαν ταῖς τῶν ἀγαθῶν προκοπαῖς ἐσχηκώς· ἦν ἀδιαίρετον φυλάξας τὸ ὄνομα κληροῦται τὸ ὑπὲρ πάντων ὄνομα, στοργῆς ἔπαθλον αὐτῷ χαρισθέν.

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τῶν αὐτῶν.

Μὴ θαυμάσης ὅτι μίαν μετὰ τοῦ Θεοῦ τὴν θέλησιν εἶχεν ὁ σωτὴρ· ὡσπερ γὰρ μίαν τῶν πολλῶν καὶ τὴν αὐτὴν ὑπάρχουσαν φανεροῖ τὴν οὐσίαν· οὕτως ἡ σχέσις τῆς ἀγάπης μίαν τῶν πολλῶν καὶ τὴν αὐτὴν ἐργάζεται θέλησιν διὰ μιᾶς καὶ τῆς αὐτῆς φανερουμένης (for. φανερουμένην) εὐαρεστήσεως.

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τῶν αὐτῶν.

Τὰ κρατούμενα τῷ λόγῳ τῆς φύσεως οὐκ ἔχουσι ἔπαινον· τὰ δὲ σχέσει φιλίας κρατούμενα ὑπεραίνεται, μιᾶ καὶ τῇ αὐτῇ γνώμῃ κρατούμενα, διὰ μιᾶς καὶ τῆς αὐτῆς ἐνεργείας βεβαιούμενα, καὶ τῆς κατ' ἐπαύξεισιν οὐδέποτε πανομένης κινήσεως· καθ' ἣν τῷ Θεῷ συναφθεὶς ὁ σωτὴρ οὐδέποτε δέχεται μερισμὸν

εἰς τοὺς αἰῶνας, μίαν αὐτῷ (for. αὐτὸς) καὶ τὴν αὐτὴν ἔχων θέλησιν καὶ ἐνέργειαν, ἀεὶ κινουμένην τῇ φανερώσει τῶν ἀγαθῶν.

Ad hæc *Catena in S. Joannem* a cl. Cramero nuperrime edita in pag. 235. hoc præstat. Χρῆ δὲ γινώσκειν ὅτι ὁ μὲν Παῦλος ὁ Σαμοσατεὺς οὕτω φησὶν· "Ἐδῶκεν αὐτῷ κρίσιν ποιεῖν, ὅτι υἱὸς ἀνθρώπου ἐστίν (S. Joan. v. 27). Fortasse Paulus in scripto aliquo sententiam suam de persona Christi propugnans hoc evangelistæ dicto usus erat. His denique Athanasii verba subjungam, quæ de Pauli opinionibus agentia cum superioribus bene conveniunt.—ἐπειδὴ καὶ πάντες αἰρετικοὶ τοῦτο λέγειν εἰώθασιν, ὡς Παῦλος ὁ Σαμοσατεὺς Θεὸν ἐκ τῆς παρθένου ὁμολογεῖ, Θεὸν ἐκ Ναζαρέτ ὄφθέντα, καὶ ἐντεῦθεν τῆς ὑπάρξεως τὴν ἀρχὴν ἐσχηκότα, καὶ ἀρχὴν βασιλείας παρεληφότα, Λόγον δὲ ἐνεργόν ἐξ οὐρανοῦ, καὶ σοφίαν ἐν αὐτῷ ὁμολογεῖ, τῷ μὲν προορισμῷ πρὸ αἰωνῶν ὄντα, τῇ δὲ ὑπάρξει ἐκ Ναζαρέτ ἀναδειχθέντα, ἵνα εἰς εἶη, φησὶν, ὁ ἐπὶ πάντα Θεὸς ὁ πατήρ. Τοιαύτη τούτου ἡ ἀσέβεια. *Contra Apolinarem*, lib. xi. cap. 3. pag. 942. ed. Montfaucon.

P. 302. l. 2. οὐ πάλαι τοῦτο ἔλεγον] In *Versione Latina* Leontii Byzantini pag. 636. tomi secundi *Auctar. Biblioth. PP. Paris.* hujusce fragmenti sic se habet index, *Confutatio ex Actis contra Paulum Samosatenum a Malchione*, Græce in Codice MSto Bodleiano, Ἐκ τῶν αὐτοῦ (for. περὶ αὐτοῦ ut supra apud Justinian) πεπραγμένων, πρὸς αὐτὸν (Paulum) παρὰ Μαλαχίωνος (recte codex in superioribus nomen Μαλχίων scripserat) ἀντιρρήσεις. Unde suspicabar, Pauli Disputationem illam adversus Malchionem, cujus fragmenta supra attulerat Leontius, insertam Concilii hujus Antiocheni Actis fuisse cum Malchionis responsis. Sæculo autem ecclesie sexto Leontius scripsit. Porro ipsam hanc disputationem, aut saltem, partem ejusdem, sæculo etiam nono adhuc extitisse, ostendere videretur. Freculphus Lexoviensis in *Chronico* apud tom. v. *Biblioth. Patr. Paris.* p. 520. ubi ait, *hunc dialogum usque hodie extare, nisi omnia sua ex Hieronymo idem scriptor desumpsisset.* Sed de Malchione ipso et disputatione ejus adversus Paulum videantur Eusebiana, quæ initio harum

notarum transcripsi. Ubi Valesius hoc adnotavit; “ Hic
 “ (Malchio) ex confutatione Pauli Samosatemi tantam
 “ gloriam retulit, ut ea de causa in Menologiis Græcorum
 “ meruerit consecrari die 28. Octobris.” Ad hæc statuit
 S. Hieronymus, *De Viris Ill.* cap. 71. postquam Eusebii
 verba representavit, scriptam a Malchione epistolam syn-
 odicam fuisse, quæ ex Eusebio desumpta mox sistitur;
 quod tamen tam Cavio quam Fabricio propter silentium
 Eusebii, qui magnam illius partem adduxit, dubium vide-
 batur. Ceterum hoc fragmentum a me primo Græce edi-
 tum, Latine præstitit, sicut illud quod antecedit, Baluzius
 in *Nova Collect. Concil.* p. 21. et post eum Gallandius in
 tomo iii. *Bibliothecæ suæ PP.* ubi in Prolegg. p. xxxix.
 sententiam deinceps mutasse Fabricium ait, Malchionem
 epistolæ synodicæ auctorem agnoscentem in *Bibl. Gr.* tom.
 xi. pag. 346. Eandemque de epistolæ auctore opinionem
 habet cl. Keilius ad edit. recent. tom. vii. *Fabriciani
 Operis* p. 308.

P. 302. l. 11. Ex simplicibus fit &c.] Petrus Diaconus, qui
 sæculo scripsit sexto, Malchionis locum ita induxit: *Hinc
 etiam a sanctis patribus adunatione ex divinitate et humani-
 tate Christus Dominus noster compositus prædicatur. Quod
 nolens Paulus Samosatenus confiteri, damnatus est ab Antio-
 cheno concilio; Malchione presbytero ejusdem Antiochencæ
 ecclesiæ, viro per omnia eruditissimo, et ab universis sacer-
 dotibus, qui contra eundem Paulum concenerant, tunc electo,
 qui summum disputationis certamen a concilio memorato
 suscipiens, ita eundem hæreticum inter cetera redarguit, di-
 cens: EX simplicibus fit &c.*

Ibid. l. 17. et ideo composita esse non possit.] Censebat Pau-
 lus, siquidem sapientia propter incrementi et diminutionis
 receptionem cum alio nequeat componi substantialiter,
 hoc sequi, Christum non posse constare ex Sapientia sub-
 stantiva, seu Filio vel Verbo Dei, et homine. Male abest
 particula *non* ante *possit* apud Baluzium; itidem in edit.
 principe opusculi Petri Diaconi.

P. 303. l. 4. Ἐπιστολή. Διονυσίῳ &c.] Capite 30. lib. vii.
Hist. Eccl. Eusebius epistolæ hujus synodicæ partem scrip-

tis consignavit, paucis istis præmissis, Μίαν δὴ οὖν ἐκ κοινῆς γνώμης οἱ ἐπὶ ταῦτὸ συγκεκροτημένοι ποιμένες διαχαράξαντες ἐπιστολὴν εἰς πρόσωπον τοῦ τε Ῥωμαίων ἐπισκόπου Διονυσίου, καὶ Μαξίμου τοῦ κατ' Ἀλεξάνδρειαν, ἐπὶ πάσας διαπέμπονται τὰς ἐπαρχίας· τὴν αὐτῶν σπουδὴν τοῖς πᾶσι φανερὰν καθιστάντες· καὶ τοῦ Παύλου τὴν διάστροφον ἑτεροδοξίαν· ἐλέγχους τε καὶ ἐρωτήσεις ἅς πρὸς αὐτὸν ἀνακεκινήκασι· καὶ ἔτι τὸν πάντα βίον τε καὶ τρόπον τοῦ ἀνδρὸς διηγούμενοι· ἐξ ὧν μνήμης ἔνεκεν καλῶς ἂν ἔχοι ταύτας αὐτῶν ἐπὶ τοῦ παρόντος διελεθῆναι τὰς φωνάς. Ἐπιστολή. ΔΙΟΝΥΣΙΩ &c. *Omnes itaque in unum congregati antistites, unam ex communi sententia ad Dionysium Romanæ urbis episcopum, et ad Maximum Alexandrinum scripserunt epistolam: eamque ad omnes deinde provincias transmiserunt: tum ut studium suum ac diligentiam omnibus declararent; tum ut perversum Pauli dogma, confutationes quoque et disputationes adversus illum habitas; cunctamque hominis vitam ac mores exponerent. Porro ipsamet illorum verba, ad perpetuam posterorum memoriam non incommodum fuerit hic referre.* Epistola. DIONYSIO, &c. Hieronymus tradit, ut modo dixi, Malchionem hanc epistolam ex persona synodi scripsisse, quod quidem propter testimonium Hieronymi, verisimile videtur, sed de re silet Eusebius. Opellam vero ante me Gallandius, partim ex Eusebio, partim vero ex Leontio Byzantino sumptam, tomo iii. *Bibliothecæ* suæ *PP.* inscripto Malchionis nomine una cum Valesii notis adjecit. Ceterum vocem Ἐπιστολή, quam ex scriptis suis codicibus addidit Valesius, in *Cod. Savil* seu *Bodl.* inveni; prætermisit autem Strothius in sua Eusebii editione, neque extat hæc ἐπιγραφὴ in *MS. Norfolk.* Neque in codice *Mediceo-Florentino*, quem ultra septingentos annos fuisse scriptum refert Jacobus Gronovius.

P. 303. l. 6. *πάση τῇ ὑπὸ τὸν οὐρανὸν καθολικῇ ἐκκλησίᾳ*] Orta fortasse est formula solennis, quæ extat et supra p. 473. ex Paulino illo in *Epist. ad Coloss.* i. 23. τοῦ εὐαγγελίου—τοῦ κηρυχθέντος ἐν πάση τῇ κτίσει τῇ ὑπὸ τὸν οὐρανόν,

Ibid. l. 9. Νικόμας] Νικομαδιανὸς *Gruteri et Castellani*

Codicis Lectt. mox Αλιμιανὸς ed. Steph. Extat vero lectio Αλιανὸς in marg. ed. Genev. et Christoph. *Versione* (et in codd. a Valesio infra memoratis). Sed etiam ex lectione *Gruteri*, seu *codicis Palatini*, Νικομαδιανὸς, orta ex duobus nominibus Νικόμας et Αλιανὸς, patet librarium istum legisse Αλιανός. STROTH. Habent Νικόμαχος et Νικομαδιανὸς *MSS. Norfolk.* et *Paris.* 1.

P. 303. l. 9. Αλιανὸς] Αλιμιανὸς ed. Steph. In codice Maz. Fuk. Sav. et Med. Αλιανὸς legitur. Rufinus quoque Αelianum vocat, atque ita fere Nicephorus et Syncellus. Ceterum Athanasius in libro de Synodis Arimini et Seleucia, testatur in hac Synodo 70. fuisse Patres qui Paulum Samosatensem deposuerunt. HEN. VALESIIUS. Αλιανὸς praestant, referente Burtono, *codd.* quoque *Norf. Venet. Florentini*que. Αλιμιανὸς *codd. Reg.* et *Paris.* 2, a *Paris.* vero *priori* vox abest. In *Scaligeri MS.* Αλιανὸς extabat. Hilarius in libro *De Synodis*, notante Harduino ad marg. ed. suae *Conciliarum*, ubi Eusebiana pars epistolae collocatur, patres dicit fuisse octoginta. Immo auget numerum usque ad centum et octoginta Basilius Diaconus in *Libello Supplici*, quem Theodosio obtulit et Valentiniano, ut in *Annalibus* suis narrat Basnagius ad an. 269. n. 4. Dum vero scribit de postrema hac synodo Eusebius, cap. 29. τελευταίας συγκροτηθείσης πλείστων ὄσων ἐπισκόπων συνόδου, recte monent ad Athanasium *De Synodis* pag. 757. editores Benedictini a Readingio huc allati, vertendum esse, *quamplurimorum episcoporum*. Idemque notant, nullam fortasse dissensionem inter Hilarium esse et Athanasium, numero enim pleno 70. et 80. dici posse, qui septuagenarium aliquot numeris excedant. Interea, dum ait Photius in *Erotematis* a cl. Fontano Florentiae anno 1785. primum editis, *Erot.* vi. p. 42. Paulum Samosatenum a *duodecim* episcopis, quod nudum hominem esse Christum diceret, condemnatum fuisse, illud spectat ad episcopos initio epistolae Synodicae commemoratos. Partem vero Catalogi patrum istorum ex Germano CPolitano protulit Cavius in *Hist. Literaria* voce *Magnes*. in qua quatuor nova nomina existunt, *Leo Tarsensis*, *Magnes*, *Photinus*, *Marcellus*. Ait Cavius, “ Germanus CP. in Dogmatico ad Anthimum

“ MS. apud cl. Galeum, ubi de Synodo Antiochena advers.
 “ Samosatenum agit, hæc habet. *Intererant, inquit, Concilio*
 “ contra Paulum Samosatenum, Gregorius Thaumaturgus,
 “ Leo Tarsensis, Maximus Bostrensis, καὶ Ἱεροσολύμων
 “ Μάγνης τις ἱερεὺς, καὶ τῆς ἡμετέρας Καππαδοκίας, Φιρμι-
 “ λιανὸς ὁ θαυμάσιος, Theotecnus, Photinus, Marcellus, &c.”
 Vol. I. p. 235. Tantum, nec plura, Cavius.

P. 303. l. 9. καὶ Παῦλος] Omisit particulam καὶ Strothius, ut edit. *Steph. et Christophorsoni Interp.* sequeretur. Hoc nomen et cetera a *MSto Norfolk.* absunt, usque dum ad illa καὶ Μαλχίων veneris. Statim post habet *Bolatus* pro *Bolanus* vetus interpret *Rufinus*, atque *Εὐτυχῆς* pro *Εὐτύχιος* Georgius Syncell. in *Chronographia* hæc afferens.

Ibid. l. 11. Θεόδωρος] Hunc Gregorium Neocæsariensem esse, cui testante Hieronymo supra Theodoro nomen fuit, existimat Tillemont. Vid. *Mem. Eccl.* tom. iv. in Paulo Samos. Art. 4. Etenim ex Eusebio capite 28. constat, eum cum fratre Athenodoro synodis, quæ adversus Paulum convocabantur, interfuisse. Porro eisdem præfuisse Gregorium, tradit Maximus in *Collatione cum Theodosio* episcopo Cæsareæ Bithyniæ. pp. 161, 162. Op. S. Maximi. Primumque stat nomen Gregorii in Catalogo patrum a Cavo allato. Canonicam Gregorii epistolam proxime ante collocavi. Ceterum addidit *Rufinus* vocem *presbyteri* post ultima nomina, *Malchion* et *Lucius*.

Ibid. l. 13. ἐπίσκοποι—ἐκκλησίαι] Notanda est imprimis hujus epistolæ inscriptio, quæ non solum episcoporum, sed presbyterorum et diaconorum, atque adeo plebis ipsius nomen præfixum continet, eodem plane modo in Actis Carthaginensis Synodi, cui præfuit Cyprianus, cum in unum Carthagine convenissent episcopi plurimi, cum presbyteris et diaconis, præsentem etiam plebis maximam parte, &c. Idem legitur in Concilio Eliberitano. VALESIIUS. Καὶ ἐπίσκοποι *MS. Norfolk.* sed minus apte, et in hoc codice Φιρμιλλιανὸς cum duplici λ semper scribitur.

P. 304. l. 7. οὐδὲ πρὸς πρόσωπον γράψας αὐτῷ] eis pr. *MS. Norfolk.* Contra τὴν γνησιότητα, quam tamen multi tuentur, epistolæ, quæ dicitur, *Dionysii Alexandrini ad Paulum*

Samosatensem, ex his verbis argumentum Valesius recte ducit, ejus adnotatio sequitur. Falsa est igitur ac supposititia Epistola Dionysii Alexandrini ad Paulum Samosatensem, quæ edita est in tomo xi. sanctorum Patrum una cum x propositionibus Pauli Samosatensis, cl. Dionysii ad eas responsionibus. Nam Patres quidem Antiocheni Concilii affirmant Dionysium non dedisse literas ad Paulum, sed tantum ad Ecclesiam Antiochensem. In illa autem Epistola quæ Dionysii nomine publicata est Dionysius bis Paulo scripsisse dicitur. Sed nec stilus illius epistolæ ac responsionis reliquis Dionysii scriptis respondet. Itaque opus illud adulterinum esse, ob eas quas dixi rationes mihi persuadeo, licet Baronius eam Epistolam pro vera ac germana habuerit. VALESIVS.

P. 304. l. 12. πολλοὶ συνίσασιν] πολλοὶ σὺν ἡμῶν *Gruteri Lectt. et exemplaris Jonesiani Margo.* Addit Burtonus *cod. Paris.* 1. Abest πολλοὶ a *MS. Norfolc.*

Ibid. l. 13. ἀνευ τινὸς περὶ τὸν λόγον λοιδορίας] Male hunc locum vertit Christophorsonus, qui Rufinum recte præeuntem sequi noluit. Vertit enim *sine ulla verborum contumelia*, cum vertendum esset *sine ulla religionis nostræ contumelia*. VALESIVS.

Ibid. l. 15. ὑπ' αὐτοῦ τοῦ] Abest αὐτοῦ a *MS. Norfolc. Syncelloque.* Nunc addit Burtonus *codd. Paris. 1. Florentinusque.*

Ibid. l. 16. τὸν Θεὸν τὸν ἑαυτοῦ καὶ Κύριον ἀρνούμενου] Spectare videntur patres comm. 4. *Judæ, καὶ τὸν μόνον δεσπότην Θεὸν καὶ Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν ἀρνούμενοι:* Hoc, ut supra dixi ad CAII Fragmenta p. 148. lectioni Θεὸν, quæ abest quidem a plurimis apostoli codicibus, aliquatenus patrocinator. Absunt verba καὶ Κύριον a *MS. Eusebii Bodl. seu Savil.* Addit Burtonus *codd. Med. Maz. Fuket. Heinichenus Dresdensem.* Habent καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἀρν. *MSSti Florentini* sed *prior illorum* a secunda manu. Ita vertit Rufinus ac si solum invenisset καὶ τὸν Θεὸν ἀρνούμενου, *Deum autem negavit ac fidem in qua renatus fuerit.* Unde mutata esse videntur verba a contradicentibus fidei catholicæ. Mox infra commemoratur ἡ ἀρνησίθεος

Pauli κακία, et simili de causa apud eundem Caium, seu saltem Parvi Labyrinthi auctorem, hæresis Theodotiana ἡ ἀρρησίθεος ἀποστασία vocatur.

P. 305. l. 3.] Ταρσῶν Pro Ταρσοῦ.

Ibid. l. 9. Ὅπου δὲ] Ὅπου γε *Niceph.* STROTH. Sic et *MS. Bodl.* Addit Burtonus *codd. Med. Maz. Fuket. Florentinosque.* ὅπως pro ὅπου *MS. Norfolk.*

Ibid. ἀποστὰς τοῦ κανόνος] Sic vocant patres regulam fidei. Ita Eusebius in libro iv. cap. 23. de Dionysio Corinthiorum episcopo loquens τῷ τῆς ἀληθείας παράστατο κανόνι. VALESIIUS. Μοχ οὐδ' ὅτι per apocopen pro οὐδὲ ὅτι post *MS. Bodl. Syncellum Nicephorumque* reposui.

Ibid. l. 11. πένης καὶ πτωχὸς ὦν] Ammonius a cl. Heinecheno allatus, πένης καὶ πτωχὸς διαφέρει. πένης μὲν γὰρ, ὁ ἀπὸ τοῦ ἐργάζεσθαι καὶ πονεῖν ποριζόμενος τὸν βίον· πτωχὸς δὲ, ὁ ἐπαίτης, ὁ τοῦ ἔχειν ἐκπεπτωκός· ἢ ἀπὸ τοῦ πτώσσειν etc. p. 111. ed. Valcken.

Ibid. l. 12. καὶ μήτε παρὰ πατέρων] μήτ' ἐκ π. sine καὶ, et μοχ μήτ' ἐκ τέχνης *Niceph.* STROTH. μηδὲ ἐκ τ. *Syncell.*

Ibid. l. 15. αἰτεῖ καὶ σείει] ἀπαιτεῖ καὶ διασειεῖ *Niceph.* STROTH. ἔτι ἐκσειεῖ *MS. Bodl.* errore orto ex vitiosa pronunciatione vocalium. Addit Burtonus *codd. Med. Maz. Fuket.* ἔτι καὶ διασειεῖ *Flor. 1. Flor. 2.* a sec. manu.

Ibid. l. 16. σείει τοὺς ἀδελφοὺς] Duplici ratione concussionis crimen admittitur; aut cum terrore potestatis, magistratus vel miles aliquid exigit; aut cum per fraudem et calumniam, suffragii prætextu aliquid a quopiam elicitur, ut in lege 1. D. de calumniatoribus. Hoc secundum genus concussionis intelligunt patres concilii Antiocheni. De primo genere concussionis loquitur Maximinus in Epistola ad Sabinum, quam refert Eusebius in libro ix. cap. 9. Nescio autem cur tantopere refugerit Christophoronus vocem *concutere* et *concussiones*, cum tamen sint Latinæ, et a veteribus jurisconsultis crebro usurpatæ. Sed et in evangelio ea vox habetur, ubi Joannes militibus ita præcipit: *neminem concutiatis: contenti estote stipendiis vestris.* Apud Græcos antiquissimus est usus vocis *σειεῖν* eo sensu pro calumniari. Sic enim Aristophanes et Teleclides loquuntur,

teste Suida in voce *σεῖσαι*. VALESIIUS. Atque ita fortasse Tertulliani locus emendandus est, qui extat in lib. ii. *Adv. Marcionem*, ipso init. cap. 18. *Sed quæ potius legis bona defendam, quam quæ hæresis (Marcionis) concupiit? Lego concoussit, sed locum vide.*

P. 305. l. 16. *καταβραβεύων*] Langus vertit *præmia accipiens*, non male. Utitur hac voce Paulus in Epist. ad Colossenses cap. ii. 18. VALESIIUS. *βραβεύω, intercedo* Vet. Gloss. Anne verba sic exponenda sunt, *καταβραβεύων τοὺς ἀδικουμένους injuria affectos male defendens, ut prævaricator? Sed egit de voce Paulina cl. Schleusner. Lexico in Nov. Test.*

Ibid. i. 18. *μάτην καρπούμενος*] Vox *μάτην* referenda est non ad Paulum ipsum qui hac arte pecuniam corradebat, sed ad litigantes qui pecuniam suam quam Paulo dederant ut suffragium suum ipsis commodaret, perdebant absque ullo fructu. VALESIIUS.

P. 306. l. 2. *καὶ οὐτ' ὡς ὑψ. φρ.*] In vetustissimo codice Mazarino, Fuk. et Med. legitur *καὶ οὕτως ὑψηλοφρονεῖ*. Sed rectior est vulgata scriptura, (*οὕτε ὡς ὑψηλὰ φρονεῖ*, quam *edd. Steph. atque Valesii* præ se ferunt) quam Regius codex et Syncellus et Nicephorus confirmant. (Nunc addit Burtonus *codd. Paris. Norf. Venet. Florentinosque*.) Hæc enim verba pendent ex superioribus. VALESIIUS. Ego Strothium secutus sum, qui *καὶ οὐτ' ὡς* reposuit, notatque habere *Bongarsii et Jonesiani exemplaris Lectt. καὶ οὕτως ὑψηλοφρονεῖ, Nicephorum* autem *καὶ οὕτε ὡς ὑψηλοφρονεῖ*. Scriptum habetur in *MSto Savil. seu Bodl. καὶ οὕτως ὑψηλοφρονεῖ*, prout in *codd. Med. Maz. Fuket.* recepitque *ὑψηλυφρονεῖ* Heinichenus.

Ibid. l. 3. *δοικηνάριος*] De procuratoribus ducenariis vide quæ scripsit Salmasius in notis ad Historiam Augustam. Sic dicebantur procuratores, qui ducenta sestertia annui salarii nomine accipiebant a principe, ut clare docet Dio in lib. liii. pag. 506. VALESIIUS. Ducenarii principes officii erant, ut testatur Scotus (De Insignibus Magistratuum) vel apud præfectum Augustalem, vel apud Comitem Orientis, Cancellariis nostris similes. Habebant sub se,

Cornicularium, Adjutorem, Commentariensem, ab Actis, Numerarios, Exceptores, et cæteros officiales. Dicebantur autem ducenarii, quia ducenta sestertia annui salarii nomine accipiebant. STROTH. Et de hoc munere, quod ex Romanorum imitatione transiit ad Palmyrenos, erudite agit Abednego Sellerus in Appendice *Hist. Palmyræ* Anglice scriptæ c. iii. p. 210. &c. Sed et cl. Moshemius in *Comment. De Rebus Christianorum ante Constant. M.* Sæc. iii. §. 35. p. 705. scribit, se cum aliis nonnullis putare, Paulum hunc Samosatensem ducenarii munus revera gessisse, idemque fortasse a Zenobia Palmyrenorum regina obtinuisse, quæ ipsius patrona fuit. Verum, ut fuerit ducenarius Paulus, tribunal, de quo Patres mox objiciunt, thronus excelsus secretumque, haud propterea pertinerent, ut sibi persuasit Sellerus, ad ducenarii officium; cum istæ Paulus homo superbissimus in rebus divinis et ecclesiasticis agendis per imitationem quidem sæcularium iudicum sibi comparasset, quod disertis verbis hic traditur.

P. 306. l. 6. ὑπαγορεύων] Post hanc vocem punctum in summo notatur tum in codice Regio, tum apud Nicephorum et Syncellum. Sed cum in codice Medicæo et Mazarino nulla hic notetur distinctio, malim legere uno ductu ὑπαγορεύων ἅμα βαδίζων δημοσίᾳ, &c. Certo Rufinus hunc locum ita legit atque intellexit, ut ex ejus versione apparet. *Nam et incedens per plateas, tali quadam ambitione utebatur, publice epistolas relegens, atque in auditu omnium et oculis dictans.* VALESIIUS.

Ibid. l. 10. οὔτε τὴν] οὔτε ὡς τὴν, omissio ἦν ante μηχανηται MS. *Norfolc.* Nec male. Abest τὴν a *Syncello*, qui *τερθρείαν* pro *τεραπείαν* invenit, quod perinde est.

Ibid. l. 14. βῆμα μὲν καὶ θρόνον ὑψηλὸν] Reprehendunt patres Antiocheni Concilii in Paulo episcopo Antiochiæ, non quod thronum habuerit. Hoc enim insigne erat episcoporum, ut in throno seu cathedra sederent. Qui mos jam inde ab apostolicis temporibus invaluerat in ecclesia. Certe Jacobi fratris Domini thronum, Hierosolymis adhuc sua ætate servatum fuisse testatur Eusebius in capite 19. supra. Id igitur in Paulo damnant memorati patres, quod

tribunal sibi extrui curasset in ecclesia, et in eo thronum sublimem sibi statuisset. Recte itaque Rufinus hunc locum ita vertit. *In ecclesia vero tribunal sibi multo altius quam fuerat extrui, et thronum in excelsioribus collocari jubet.* Episcopi quidem sedebant in cathedra paulo altiore quam reliqui presbyteri, ut dicemus ad lib. x. Sed tribunal non habebant. Postea vero invaluerunt absidæ gradatæ et exhedræ, de quibus Ambrosius loquuntur et Augustinus: quæ quidem a tribunali parum differebant. VALESIIUS.

P. 306. l. 16. *σήκητον δὲ*] Hunc locum non intellexerunt interpretes Musculus et Christophorus. Secretum proprium erat magistratum et majorum Judicium; locus scilicet interior prætorii, cancellis munitus, ac velis obpansis inclusus, in quo magistratus sedebant, dum reorum causas cognoscerent. Vide quæ notavi ad Amm. Marcellini lib. xv. pag. 87. In codice Maz. Med. et Fuk. legitur *σήκητόν τε* rectius ut opinor. (Addit Burtonus *MSS. Bodl. et Florentinos.*) Sed mox legendum est, *παίων δὲ*, non ut vulgo editum est *τε*. VALESIIUS. *σίκητον Niceph. τὸ παίειν τὸν μηρὸν* jam præcis temporibus indignationis signum erat, quale certe militem magis quam episcopum decebat. STROTH. Mox *ταράττων* pro *ἀράττων*, sed mendose, *MSS. Bodl. et Norfolk.* Addit Burtonus codd. *Med. Maz. Fuket. Florentinosque.*

Ibid. l. 16. *ῶσπερ*] *ὡς ed. Steph.* STROTH.

P. 307. l. 2. *κατασείλουσι ταῖς δόνοις*] Solebant olim in theatris spectatores in signum favoris oraria concutere. Vide quæ notavit Casaubonus ad Vopiscum in Aureliano. Ubi Vopiscus dicit Aurelianum primum omnium oraria dedisse populo Romano ad favorem. Aurelianus igitur id acceperat ab Orientalibus, qui longe ante ipsum orariis ad eam rem utebantur, ut docet hic locus, et Philostratus in cap. v. lib. i. de vita Apollonii, loquens de Tarsensibus, et Dio libro lxi. in fine. VALESIIUS.

Ibid. l. 3. *ἐκβοῶσι τε καὶ ἀναπηδῶσι*] Fertur de Hierace quodam Alexandrino, episcopi Cyrilli ferventissimo auditore, quod in ejus concionibus *κρότους ἐγείρειν plausus excitare solitus erat*; ut narrat Socrates lib. vii. cap. 13.

Unde conjiciat quis morem fuisse, sed serius introductum, nonnullis saltem in locis ut insigniorum concionatorum sermones plausibus exciperentur. *READING.* Nonnihil de hoc more, ab ethnicorum scholis atque theatris accepto, notavi ad Platonis *Euthydemum* §. v. pag. 14. Mox *γυναιξὶν* pro *γυναικίαις* *MS.* et *γούν* pro *δ' οὖν* *Norfolc.*

P. 307. l. 6. *σεμνοπρεπῶς*] *σεμνοπροσώπως* *Niceph.* *STROTH.*

Ibid. l. 8. *ἐκ τοῦ βίου τούτου*] Haud male abest *τούτου* a *MSS. Bodl.* et *Norfolc.* sed *τοῦτο* habet *Syncell.*

Ibid. *παροιωνῶν*] *παραιωνῶν* *Castellani cod. Lectio.* *ἐξηγηταὶ Bongarsii* et *exemplaris Jones. Lectt.* *ἐξηγείται Christoph. Lectt.* *STROTH.* *ἐξηγῆται* editionis Steph. exemplum Scalligerianum. Scribitur *ἐξηγείται* in *MS. Bodl.* Addit *Burtonus codd. Med. Maz. Fuket. Florentinosque.* Sed recte *Rufinus vet. interp. Sed et antiquis et defunctis jam tractatoribus insultabat, et illis derogans, &c.*

Ibid. l. 11. *ψαλμοὺς δὲ τοὺς μὲν*] *τε* pro *δὲ* *Niceph.* *STROTH.* *ψ. μὲν τοὺς*, dum abest *δὲ* a *Syncel.* et *μὲν*, a *MS. Norfolc.* Ponas in dubio id situm esse, utrum vetusta fuerint scripta, quæ ab usu ecclesiæ suæ amandaverat Paulus; hominem tamen perfrictæ frontis eum fuisse necesse est, si universos psalmos in Christum novicio invento compositos fuisse affirmaverit. Extat enim hymnus in honorem Jesu Christi a Clemente Alexandrino sæculo conscriptus secundo, vel ineunte tertio, qui ad finem *Pedagogi* ejus positus est. Et quanta antiquitate gauderent psalmi hymnique in honorem Christi, testatur, ut *Plinianam epistolam* taceam, *Parvi Labyrinthi* auctor apud Eusebium lib. v. *Hist.* cap. 28. qui diu quoque ante hunc Paulum, sed post initia sæculi tertii opus suum composuit. *ψαλμοὶ δὲ ὅσοι*, inquit, *καὶ ᾠδαὶ ἀδελφῶν ἈΠ' ἈΡΧΗΣ ὑπὸ πιστῶν γραφείσαι τὸν Λόγον τοῦ Θεοῦ τὸν Χριστὸν ὑμνοῦσι θεολογοῦντες.* Res satis clara est. Nonnihil interea ad levandam invidiam, quæ Paulo alioquin ex institutione odarum et encomiorum in sui ipsius laudem jure merito conflata est, hoc faciet, quod *hosannas* dici episcopis antiqui moris fuerit, ut discimus ex S. Hieronymi *Comm. in Matt.* c. xxi. pag. 38. ed. Froben. qui tamen ipse illam consuetudinem improbat. Addam, bene præcipere

Concilium Laodicenum in Canone penult. ὅτι οὐ δεῖ ἰδιωτικὸς ψαλμοὺς λέγεσθαι ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, qui in Dei quidem honorem facti sint, publica vero auctoritate haud sanciti. Utinam antiquo huic canoni hodierni fideles in nostra ecclesia Anglica auscultarent.

P. 307. l. 12. Χριστὸν] Omittit *Niceph.* STROTH.

Ibid. l. 15. ὦν] ὡς *Castellani Cod.* STROTH. et teste *Burtono cod. Par. 1. ita ut horresceret*, si quis audiret, habet *Rufinus vet. interp.*

Ibid. l. 17.] ἐπισκόπους τῶν ὁμόρων ἀγρῶν] Chorepiscopos intelligere videtur. Eos enim distinguit epistola ab episcopis urbium. Hos igitur in concionibus ad populum, similia ac mulieres illas psaltrias de Paulo dixisse asserunt patres: quod Christophorsonus non intellexit. VALESIUS.

P. 308. l. 1. τὸν μὲν γὰρ υἱὸν τοῦ Θεοῦ] τὸν μὲν Χριστὸν υἱὸν Θεοῦ *MS. Norfolk.* Abest τοῦ Θεοῦ a *Syncello.* Ceterum de ipsa Pauli sententia, vide quæ sequuntur p. 300. Dum vero hoc loco κατεληλυθότα pro κατεληλυθέναι, sicut infra quoque lin. 9. p. 308. *idem MS.* habet, ita similiter in codicibus scriptis sacer textus variatur apud 1 *Joan.* iv. 2.

Ibid. l. 3. προλαβόντες] προσλαβόντες *MS. Steph. Christoph.* *Lectt. Jonesianique Exemplaris Marg.* Μοχ τῶν μελλόντων ῥηθήσεσθαι *ed. Steph.* Stephani lectio e mox sequente ῥηθήσεται orta videtur. STROTH. προσλαβόντες *MS. Savil. seu Bodl.* Addit *Burtonus Med. Max. Fuket. Florentinosque.* λεχθήσεται pro ῥηθήσεται, referente eodem, præstat *cod. Paris. 1. λεχθήσεσθαι Regius.*

Ibid. l. 5. ὑπομνημάτων] Quod supra observavimus, errare vulgo interpretes in hujus vocis explicatione, id perspicuum fit hoc loco. - Nam et *Langus* et *Musculus* et *Christophorsonus commentarios* interpretati sunt; cum acta seu gesta vertere debuissent. Acta autem illa Synodi Antiochenæ, nihil aliud erant quam disputatio *Malechionis* adversus *Paulum Samosatenum*, quæ a notariis excepta fuerat, ut supra dixit *Eusebius.* Ex iis actis testimonia quædam profert *Leontius Byzantius* in libro iii. contra *Nestorium*, eaque distinguere videtur a disputatione *Mal-*

chionis contra Paulum. ubi etiam doctus interpres *commentarios* vertit. VALESIIUS. At quidquid de Latina interpretatione vocis ὑπομνημάτων statuendum est, hoc constat ex patrum horum apud Leontium verbis, φησὶ τολύβυ (Paulus) ἐν τοῖς ὑπομνήμασι, scripta ipsius Pauli, vel dicta ejus, quæ notarii excipiebant, in iisdem extitisse. Et quoniam testis est Leontius, partem illorum, quæ descripsit, ad Concilii Epistolam Synodicam pertinere, ideo pars illa a me infra adjecta est. Utraque autem disputatio, tam Pauli adversus Malchionem, quam Malchionis illa Paulo respondens, *Dialogus* fortasse appellata, Concilii Actis addita fuisse videtur. Adi sis illa quæ supra notata sunt p. 325.

P. 308. l. 6. ὄπου] που pro ὄπου *MS. Bodl. et Niceph.* Addit Burtonus *codd. Med. Maz. Fuket. Florentinosque.*

Ibid. l. 8. ἐαυτῶν] αὐτῶν *ed. Steph. et Niceph.* Hic quoque edit. Steph. lectionem revocavit Strothius; sed cum Valesio faciunt *MSS. Bodl. et Norfolk. Syncellusque.*

Ibid. l. 11. συνεισάκτους αὐτοῦ γυναῖκας] Quid essent *συνείσακτοι* mulieres, jam pridem notavit Joannes Langus vir doctissimus ad librum vi. Nicephori cap. 30. et post illum Beatus Rhenanus ad librum vii. Rufini. Quorum doctis observationibus nihil est quod addamus. Hujusmodi mulieres a clericis vulgo sorores vocabantur. Id me docuit canon 3. Concilii Nicæni, qui in vetustissimo codice Corbeiensi hanc habet inscriptionem, *De subintroductis, id est adoptivis sororibus.* Ex quibus explicanda est lex Honorii 44. in codice Theod. de episcopis et clericis. *Eum qui probabilem sæculo disciplinam agit, decolorari consortio sororiæ appellationis non decet, &c.* Sic etiam devotæ Deo virgines quosdam sibi extraneos adjungebant, quos fratres vocare consueverant. Quam nequitiam perstringit Hieronymus in Epistola ad Eustochium de custodia virginitatis. *Frater sororem virginem deserit. Cælibem spernit virgo germanum: fratrem quærit extraneum. Et cum in eodem proposito esse se simulent, quærunt alienorum spirituale solatium, ut domi habeant carnale commercium.* Dicebantur etiam *Commanentes* ejusmodi mulieres. Sic enim inscri-

bitur canon illo concilii Nicæni in vetustissimo eod. C. Justelli. *De Commanentibus*. Agapetas quoque eas vocabant teste Hieronymo in dicta Epistola, ubi acerrimo in eas invehitur. VALESIIUS. Verba canonis III. Concilii Nicæni primi sunt: Ἀπηγόρευσε ἡ μεγάλη σύνοδος καθόλου, μήτε ἐπισκόπων, μήτε πρεσβυτέρων, μήτε διακόνων, μήτε ὅλων τινῶν τῶν ἐν κλήρῳ ἐξεῖναι συνεισάκτων ἔχειν, πλὴν εἰ μὴ ἄρα μητέρα, ἢ ἀδελφὴν, ἢ θεῖαν, ἢ ἂ μόνον πρόσωπα πᾶσαν ὑποψίαν διαπέφυγεν. *Vetuit magna Synodus omnino, ne liceat episcopo, nec presbytero, nec diacono, nec ulli penitus eorum, qui sunt in clero, introductam habere mulierem, præterquam utique matrem, vel sororem, vel amitam, vel eas solas personas, quæ omnem suspicionem effugiunt.* In quem canonem vide quæ doctissime annotavit Gulielmus Beveregius: ut et Henrici Dodwelli Dissertationem iii. in iv. Cypriani Epistolam (Pamel. lxii.) cui titulus: *De flagitio mulierum cum clericis concumbentium, eaque occasione de συνεισάκτοις*. READING. Αἱ συνεισάκτοι mulieres erant, neque uxores, neque concubinæ, sed tales inter quas et virum, Christiani seu Platonicæ amoris quoddam vinculum intercedebat. Optime eas describit Chrysostomus: εἰσὶν γὰρ τινες, οἱ γάμου καὶ συνουσίας χωρὶς κόρας ἀπειρογάμους ἀγόμενοι, καθίζουσιν οἴκοι διὰ παντὸς, καὶ εἰς ἔσχατον γῆρας ἑαυτοῖς συγκατακλείουσιν, οὔτε ἐπὶ παιδοποιῆα, οὐ γὰρ φασὶν αὐταῖς συγγενέσθαι· οὔτε ἐξ ἀκολασίας, λέγουσιν γὰρ αὐτὰς ἀκεραίους διατηρεῖν. Quem locum Beato Rhenano debeo. Huic addo versus nonnullos Gregorii Nazianz. a Lango ad Nicephorum allegatos.

Ζωὴ καὶ θάνατος οὐδὲν ἔχουσι μέσον,
 Τοὺς δὲ συνεισάκτους, ὡς δὴ φάσκουσιν ἅπαντες,
 Οὐκ οἶδ' εἴτε γάμῳ δώσομεν, εἴτ' ἀγάμους
 Θήσομεν, εἴτε μέσον τι φυλάξομεν.

Unde patet viros quoque respectu fœminarum appellatos fuisse συνεισάκτους. STROTH. Dodwellus quidem in *Dissert.* a Readingio commemorata, nullo adducto scriptore Cypriani temporibus vetustiore, qui istarum συνεισάκτων meminisset, in ea opinione est, numerandum esse hoc de-

lictum inter pacis illius longæ mala, quorum mentio facta est apud Cyprianum. At diu ante exprobraverat Tertullianus hunc ipsum, ni fallor, morem Catholicis in fine libri sui *de Jejuniiis*;—*apud te agape in caccabis fervet, fides in culinis calet, spes in ferculis jacet. Sed major his est agape, quia per hanc adolescentes tui cum sororibus dormiunt.* Porro ex Irenæo liquet, inquinatos fuisse τόλμη istac Valentianos hæreticos eodem sæculo secundo. ἄλλοι δὲ, inquit, αὐτῶ πάλιν σεμνῶς κατ' ἀρχὰς, ὡς μετὰ ἀδελφῶν προσποιούμενοι συνοικεῖν, προΐόντος τοῦ χρόνου ἠλέγχθησαν, ἐγκύμονος τῆς ἀδελφῆς ὑπὸ τοῦ ἀδελφοῦ γενηθείσης. lib. I. c. vi. §. 3. al. c. i. §. 12. Hæc autem Irenæi atque Tertulliani loca utrum alius præter me quisquam in hac re adduxerit, nescio; certe præterita sunt a Beato Rhenano, Lango, Beveregio, Basnagio *Dissert.* 7. ad calcem tomi ii. *Annal.* Lardneroque in *Dissert. de Epistolis duabus Clementi Romano a Wetstenio adscriptis.* Sect. iii. 3. pag. 48. Anglica lingua conscripta. Pro αὐτοῦ habent αὐτῶ *MS. Bodl.* et *Syncellus.* Nunc addit his Burtonus *codd. Med. Maz. Fuket. Florentinosque.*

P. 309. l. 5. ὥστε καὶ εἰ δοίη] ὥστε καὶ εἰ δοίη *ed. Steph.* Rectius in codice Mazar. Fuk. et Med. legitur ὡς τ' εἰ καὶ δοίη. Atque ita-Nicephorus et Syncellus, nisi quod apostrophen non habent. VALESIIUS. Addit Strothius *Christoph. Lectt.* ego *MSS. Bodl.* seu *Savil.* et *Norfolc.* sed δῶν *codex Norfolc.* habet. Præfert, et recte, ut videtur, lectionem alteram καὶ εἰ *cl. Heinichen.* cujus hæc verba sunt, “Dicitur hoc loco nullo modo hoc, vere quenquam concedere, nihil a Paulo Samosateno turpe committi, quod si diceretur, scribendum esset εἰ καὶ, imo illud concedi, non nisi poni ac sumi patet.” Et refert Burtonus *codd.* quoque *Reg.* et *Venet.* καὶ εἰ præstare: καὶν habet, Heinichen teste, *cod. Dresdensis.* Paulo ante exhibet οὐδ' ἐκεῖνο per apocopen *MS. Bodl.*

Ibid. l. 6. τὴν γε ὑπόνοιαν] τὴν omittitur in *Niceph.* STROTHI. Abest γε a *MS. Norfolc.* Addit Burtonus *codd. Reg.* et *Paris.* *utrumque.*

P. 309. l. 9. προτρέψηται] προτρέψη *ed. Steph. et Niceph. et Syncell.* quod in suam edit. revocavit Strothius, sed alteram lectionem *Valesianam* firmant *MSS. Bodl. et Norfolk.* Addit Burtonus *codd. Med. Maz. Fuket. Florentinosque. προτρέπη cod. Venet.*

Ibid. àν] Omittit *Niceph.* paulo post καὶ ταύτας τυρφῶν *idem.* STROTHI.

Ibid. l. 11. ὡς γέγραπται] Intelligit locum, qui habetur in cap. xxv. Ecclesiastici. Aut certe locum ex cap. vi. Proverbiorum. VALESIIUS. Supra εἰς ταὐτὸ *MS. Norfolk.* pro vulgato εἰς ταυτὸ, sed εἰ καὶ mendose pro γυναικὶ *MS. Bodl.*

Ibid. l. 13. τὴν ὄψιν] τὰς ὄψεις *MS. Bodl.* Addit Burtonus *codd. Med. Maz. Fuket. Florentinosque.*

Ibid. l. 15. ὑπερεμπιπλάμενος] ὑπερεμπιπλάμενος *ed. Steph.* Melius in codice *Maz. et Fuk.* scribitur ὑπερεμπιπλάμενος, quam vocem non intellexerunt interpretes. Arguunt patres Paulum, quod formosas mulieres semper secum haberet; idque luxu diffuens, et vino atque epulis sese ingurgitans, quæ libidinis incentiva sunt. VALESIIUS. Dum *editioni Steph.* consentiunt *MS. Norfolk. Syncellus Nicephorusque,* restituente id Strothio, contra favet *Valesiana* lectioni *MS. Savil. seu Bodl.* qui habet divisim, ὑπὲρ ἐμπιπλάμενος. Addit Burtonus *codd. Maz. Fuket. Par. 1. Venet. Florentinosque,* cum Valesio facientes.

Ibid. l. 16. οὕτω δὲ τὴν τυραννίδα καὶ δυναστείαν αὐτοῦ πεφόβηται] οὕτω δὲ τὴν δυναστείαν αὐτοῦ πεφόβηται καὶ τὴν τυραννίδα *ed. Steph.* Nostra lectio extat in *Niceph. Syncell. Christoph. Lectt. et ed. Valesii.* mox ὡς εἰρήκαμεν *Niceph.* STROTHI. Firmant quoque Valesii lectionem *MSS. Bodl. et Norf.* etsi in his addita est particula καὶ ante τὴν τυραννίδα. Addit, sed sine τῷ καὶ, Burtonus *codd. Maz. Med. Venet. Florentinosque,* dum refert *codicem Paris. priorem* habere τὴν δ' αὐτοῦ καὶ τυρ. πεφ. et voces *τυραννίδα καὶ* omittere *codd. Reg. et Paris. posteriorem.* πεφόβηται *marginis exempli Scaligeriani edit. Steph.* adscriptum est.

P. 310. l. 2. τὸν ἄνδρα] τὸν abest a *MS. Norfolk.*

Ibid. l. 4. ἐξορχησάμενον τὸ μυστήριον] Ἐξορχεῖσθαι μυστήριον proprie de eo dicitur, qui res arcanas seu mysteria

prodit, de quo uberius disputavimus ad Herodiani lib. v. cap. 5. STROTHI. Valesius ita interpretatur, quasi in aliquo codice legisset ἐξορκισάμενον. *Ex corrigendis ad calcem edit. Cantabr.* Lectionem quidem vulgatam exhibent quoque Syncellus et Nicephorus: sed vim vocis ἐξορχησάμενον satis expressit Valesius verbis illis, *prodito mysterio*. Interpretationem confirmat Budæus ex Luciano et Synesio in Comment. L. G. v. Ἐξορχεῖσθαι. De aliis hujus vocis acceptionibus vide sis Hesychium edit. noviss. v. Ἐξορχήσομαι. (χλευάσω, ὑβρίσω) ubi tamen præter rem ex nostra epistola synodica locus iste laudatur. Neque omittas velim Harpocrationem v. Ἐξορχησάμενος, ad quem item locum plura noster Valesius. Adi quoque, si lubet, Suidam v. Ἐξορχησάμην. GALLAND. Hæc Gallandius in nota sua ad hanc epistolam. Ceterum spectari hic monet Semlerus, *Hist. Eccl. Select. Capit.* vol. i. pag. 85. Apostoli locum in *Ep. priori ad. Timoth.* cap. iii. comm. 16. καὶ ὁμολογουμένως μέγα ἐστὶ τὸ τῆς εὐσεβείας μυστήριον, Θεὸς ἐφανερῶθη ἐν σαρκί. In *MSto* autem *Bodl.* per apocopen scribitur τὸν δ' ἐξορχ.

Ibid. ἐμπομπεύοντα] ἐκπομπεύσαντα *ed. Steph.* Nicephorus et Syncellus habent ἐμπομπεύσαντα. Sed in codice Maz. Fuk. ac Med. ἐμπομπεύοντα scribitur rectius. Ceterum in hujus loci versione corrigendus est Rufinus hoc modo. *Hic vero qui abjurato fidei mysterio ad pollutissimam se Artemæ hæresim contulit.* Et paulo post ubi leguntur hæc verba. *Hic vero qui indignus habitus est esse in ecclesia catholica, anathema scribatur.* Lego *Artemæ scribat*, ut fere scriptum habent duo vetustissimi codices. Ex quibus etiam sequentia corrigenda sunt in hunc modum. *Artemæ scribat, et illius hæresis sectatores ei communicent.* Sic enim habet Græcum exemplar epistolæ, ex quo hæc conversa sunt. Atque ita diserte scriptum habet vetustissimus codex Rufini in bibliotheca S. Germani. VALESIIUS. ἐμπομπεύσαντα in editionem suam recepit Strothius, testibus insuper adductis, *Codicis Veneti Christophorsonique Lectt. et Interpretatione Rufini.* Adde *marg. edit. Steph.* olim *penes Scaligerum.* Sed Valesianæ lectioni patrocinantur *MSS. Bodl. et Norf.*

in hoc tamen ἐμποπεύοντα positum est. Facere autem cum edit. Steph. codd. Req. et utrumque Parisiensem refert Burtonus Vocem interpretatus est Hesychius θριαμβεύειν. Quod ad Rufini correctionem attinet, in veteri MSto Rufini penes Collegium nostrum, deleta penitus priori scriptura (quæcumque tandem ea fuerit, in editis enim extat *artem ac*) antiquitus ad oram codicis repositum est *Artemonis*. Posteriori autem loco exaratum est, *artemon* (sed *mon* ultima syllaba supra inserta) *scribit et illius hæreseos sectatores communicat*. Quæ quidem veræ lectionis vestigia sunt. Ipsamque vocem *artem* sine *ac* habet vetustissimus Rufini codex, quem libris meis nunc addidi, posteriori autem loco positum est, *artem et scribat, et illius hæresis successores ei communicent*.

P. 310. l. 5. μόλις] Vertit Valesius *tandem*; suffragantibus Glossariis vet. quæ habent: Μόλις. *Tandem*. *Vix*. *Vix tandem*. μόλις δὲ, *Vix dum*. μόλις ποτὲ, *Tandem aliquando*. *vix tandem*. Scribitur μόλις in *MS. Norfolk*. vel referente Burtono μέγιστον corrupte pro μόλις τόν. Paulo ante habent τοῦ Ἄρτεμᾶ pro τῆ Ἄρτεμᾶ *Syncell.* et *Niceph.* quibuscum consentit *cod. Flor. prior.* teste Burtono, sed manu secunda.

Ibid. l. 11. Φησὶ τοίνυν &c.] Leontius Byzantinus in libro supra laudato, comparatis jam Pauli effatis cum hæreticorum sui temporis opinionibus, pergit Epistolam synodicam excerpere, quæ integra usque ad illius tempora permanserat. Verba, quæ synodicis istis præmisit Leontius, Græce nunc primum præstabo ex codice MSto Bodleiano sumpta. Ταῦτα ἡμεῖς ὡς ὀλίγα ἐκ τῶν πολλῶν ἀντιπαρεθήκαμεν· τὴν ἐν τῷ κακῷ συμφωνίαν πρὸς τοὺς παλαιοὺς τῶν αἰρετικῶν, πατέρας τούτων, παραστήσαι βουλόμενοι. ἕξεστι δὲ τῷ θέλοντι ἐντυχεῖν τῇ κατὰ τοῦ Σαμοσατέως γραφείσῃ ἐγκυκλίῳ ἐπιστολῇ τῆς αὐτὸν καθελούσης ἀγίας συνόδου, καὶ μέντοι καὶ τῷ διαλόγῳ ὃν πρὸς αὐτὸν ὁ πρεσβύτερος Μαλχίων ἐνεστήσατο. γινώσεται γὰρ ἀσφαλῶς, ὡς γνήσιοι ἐκείνου τυγχάνουσι μαθηταὶ οἱ περὶ Θεόδωρον (Mopsuestiæ). σχεδὸν γάρ τι καὶ διὰ τῶν αὐτῶν χωροῦσι λέξεων, ὡς μὴ συγγραφὴν δοκεῖν εἶναι τὰ τούτων συντάγματα, ἀλλὰ μεταγραφὴν μᾶλλον τὰ ἐκείνου εἰς τὰ οἰκεία μετα-

βαλλόντων. Ὅπως δὲ ἐφρόνησαν οἱ (for. delendum οἱ) περὶ τῆς ἐνώσεως οἱ ἀπ' ἀρχῆς ἅγιοι πατέρες, αἳ τε ὑπ' αὐτῶν κυβερνώμεναι ἀγιώταται ἐκκλησίαι, ἐκ τῆς κατὰ τοῦ Σαμοσατέως γενομένης ἀγίας συνόδου, καὶ τῆς ἐγκυκλίου αὐτῶν ἐπιστολῆς σαφῶς ἐστὶ γινῶναι· ἐν ἧ πρὸς τοῖς ἄλλοις καὶ ταῦτα αὐτοῦ κατηγοροῦσιν αὐταῖς λέξεσι. ΦΗΣΙ τοίνυν ἐν τοῖς ὑπομνήμασιν &c. Addo Turriani versionem editam, *Hæc nos pauca ex multis contulimus et comparavimus, ut ostenderemus consensionem et convenientiam horum cum antiquis hæreticis eorum patribus. Potest qui voluerit, legere Epistolam encyclicam scriptam contra Paullum Samosatensem a Sancta Synodo depositum, et Dialogum quem contra eum Malchion presbyter disputans scripsit. Certo enim cognoscet, quam verus illius discipulus sit Theodorus; fere enim iisdem verbis utitur, ut horum libri non scripti, sed transcripti videantur; vel potius illa Paulli translata a Theodoro in sua. Quomodo autem de unione sancti patres, et ecclesie quas gubernabant a principio senserint, ex Sancta Synodo contra Paullum Samosatensem habita, clare licet cognoscere, in quibus præter alia, de his eum accusant his verbis. ΑΙΤ igitur in commentariis &c. Memoria illud servandum est, testari Eusebium in loco supra exscripto pag. 318, explicasse in sua epistola patres Antiochenos *perversum Pauli dogma, confutationes quoque ac disputationes adversus illum habitas, non tantum hominis vitam atque mores. Omne autem illud disputationis prætermisit Eusebius in Historicis, de qua quidem controversia patres ipsi sic loquuntur in epistolæ parte, quam jam modo ex Eusebio attulimus; τὸν μὲν γὰρ υἱὸν τοῦ Θεοῦ οὐ βούλεται (Paulus) συνομολογεῖν ἐξ οὐρανοῦ κατεληλυθέναι, ἵνα τὶ προλαβόντες τῶν μελλόντων γραφήσεσθαι θῶμεν· καὶ τοῦτο οὐ λόγῳ ψιλῶ ῥηθήσεται, ἀλλ' ἐξ ὧν ἐπέμψαμεν ὑπομνημάτων δείκνυται πολλαχόθεν· οὐχ ἥκιστα δὲ ὅπου λέγει Ἰησοῦν Χριστὸν κάτωθεν. Ad hanc igitur alteram partem epistolæ, τὰ μέλλοντα γραφήσεσθαι, a patribus hic designatam ῥήσεις pertinent, quæ ex Leontio desumptæ sunt, examussim convenientes eum omnibus, quæ de Pauli sententia veteres tradiderunt. Eadem exhibuit fragmenta Steph. Baluzius in *Nova Collect. Conciliorum*, p. 22. sed Latine tantum, sicut**

Gallandius in tomo iii. *Bibliothecæ suæ Patrum*, pag. 561. Immo vero, ut post didici, annotatum est a cl. Keilio ad edit. Harlesianam *Fabricianæ Bibl. Gr.* tom. vii. pag. 307. Græcum textum publici juris factum fuisse ex Parisinis quidem codicibus a Jac. Guil. Feverlino in *Dissert. de Hæresi Pauli Samosatani* &c. Gottl. 1741. 4. §. iii. p. 10. et ex Bodleianis a Jo. Guil. Ehrlich. in *Dissert. de Erroribus ejusdem Pauli*, Lips. 1745. 4. §. xv. pag. 22. seq. Quibus interea lebellis ex Germania ad me perlatis, hanc quidem Leontii partem Synodica continentem, non autem præfationem modo adductam, ab Ehrlichio Græce editam fuisse inveni; sed et alia quædam a Feverlino sunt ex eodem Leontio sumpta; de quibus supra p. 327.

P. 310. l. 11. ἐν τοῖς ὑπομνήμασιν] Ipsa hæc videntur esse acta, seu commentarii, quos sancti patres apud Eusebium sese in epistola sua allaturos esse jam promiserant.

Ibid. l. 12. τηρεῖν τὸ ἀξίωμα τῆς σοφίας] Anne ita locus intelligendus? Paulus *affirmat servare se dignitatem sapientiæ*. Ea enim confer, quæ supra, et in sequentibus, de sapientia hæreticus iste effutiit. Si res sic se habet, legendum foret, φησὶ τοίνυν—αὐτὸν τηρεῖν κ. τ. λ. vel reponendum putarem τηρεῖν δεῖν. Habet *Biblioth. PP. Ait igitur in commentariis, de Paulo loquuntur, servare dignitatem*; additur vox *sapientiæ* apud Canisium tom. iv. *Antiq. Lectt.* vel *Thesaur.* tom. i. ubi Leontii opus Latine extat. Baluzius vero in *Nov. Collect. Concil.* hoc fragmentum omisit. Hæc ante notaveram, cum editum est ab Angelo Maio excerptum illud Pauli a me loco secundo collocatum, pag. 300. ὁ Λόγος μείζων ἦν τοῦ Χριστοῦ. Χριστὸς διὰ σοφίαν μείζων ἐγένετο, τὸ ἀξίωμα τῆς σοφίας μὴ κατέλωμεν. Quæ quidem tuentur verborum Pauli expositionem, qua δεῖν, quod olim proposui, τῷ τηρεῖν additur.

Ibid. l. 15. συνῆστο] Subaudiendum est ἡ σοφία, ut ex ῥήσει proxime sequente patet; postque συμβάλειν intelligendum est aliquid hujusmodi, φησὶ ὁ Παῦλος. Hoc vero fieri posse negabat Paulus, ut sapientia homini *substanti-aliter*, vel aliter atque *contingenter* tanquam qualitas, uniretur. Ait cl. Ehrlich, vocem σύστασις minus recte Tur-

rianum vertere, *formationem*, siquidem ista potius *initium ortus*, seu *conceptionem*, denotet. p. 23. *Dissert.* suæ.

P. 311. l. 7. ἀξιούντων] Locum ita Latine reddidit Turrianus, quasi patres suam ipsorum opinionem, non Pauli ὁμοδόξων errorem exposuerint. Mea vero sententia res contrarie se habet, quod et hujus loci constructio, et ἡ ῥῆσις, quæ proxime post sequitur, ostendunt. Hæretici scilicet asserebant, verbum seu rationem Divinam in Christo, οὐκ οὐσιωδῶς ἀλλὰ κατὰ ποιότητα existentem, rationi in nobis humanæ ἀντίστροφον esse. Sed locum de ecclesiæ dogmate exposuit Hen. Canisius, quo confertur unitas personæ hominis exterioris et interioris cum unitate personæ Dei Verbi et humanitatis. Qua de re agit Gelasius, *Adv. Eutychn.* et *Nestorium* p. 565. apud *Biblioth. PP.* Paris. 1589. tom. iv. Aliter vero, ut dixi, exponenda verba videntur.

Ibid. l. 9. ἡ τὸ ἐνοικῆσαι] Ponas hæc verba pendere ex illis, τί δὲ βούλεται &c. tum additamentum, καὶ μεθ' ἕτερα, abesse deberet. Ait cl. Ehrlich, ubi supra, “Ante τὸ re-
“petas τί βούλεται.” Ceterum legebat in codice suo interpres εἰ non ἡ, sed perperam.

P. 312. l. 2. Καί τοι φησὶν] Sic *MS. Bodl.* Latina interp. habet, *dicunt.* Ait vero cl. Ehrlich. φησὶν se probare, quia episcopi, ut ex initio fragmenti liquet, solum Paulum loquentem faciant. Ad hoc recte statuit, ponendum esse *υἱὸν* pro *υἱὸς*, quomodo vertit interpres.

Ibid. l. 3. υἱὸς δὲ καὶ ἡ σοφία] At rarius, opinor, Sapientiam seu Verbum Dei nomine Filii Dei appellare Pauliani ipsi consueverunt. Certe Photiniana gemella illa hæresis prius extitisse Verbum, de Filio hoc negato, staturbat. Vide Epiphanium *Hæc.* lxxi. n. 2. et 4. Itaque damnare anathemate se aiunt Ancyrani Samosatenum Paulum, aliosque consimiles hæreticos, ὅτι μὴ φρονούσι τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ αὐτὸν εἶναι τὸν Λόγον, ἀλλὰ διαιροῦσιν ἀλόγως, καὶ ἀρχὴν τῷ υἱῷ διδοῦσιν ἀπὸ τῆς ἐκ Μαρίας κατὰ σάρκα γενέσεως, βλασφημοῦντες· ὅτι οὐδὲ Θεὸν ἀλήθινον αὐτὸν εἶναι πιστεύουσιν. Eugenii Diaconi *Legatio ad Athanasium*, apud Montfaucon. *Collect. PP. Græc.* tom. ii. p. 3. Sed tamen

de Paulo ait Ephræmus Antiochenus supra pag. 321. adductus, ἄλλον μὲν τὸν πρὸ αἰώνων υἷον, ἕτερον δὲ τὸν ἐπὶ ἐσχάτων φρενοβλαβῶς ἐδογματίζε. Id vero prorsus contrarium est huic dicto, καὶ τοι φησὶν μὴ δύο ἐπίστασθαι υἱοὺς, et professioni quidem Paulinæ adversatur. Ac revera Paulus, qui Verbum Dei neque substantivum, nec personale, esse confessus est, illud quidem Verbum Filium Dei esse non docebat, sed tantum statuebat Christum Filium Dei esse, jam factum Verbi, nec tamen substantialiter, participem.

P. 312. l. 7. τὴν δὲ συνάφειαν] Humanitatem aiebat Paulus unitam esse cum sapientia, sicut disciplina unitur cum discente per participationem. H. CANISIUS. Similiter de Ebionitis Epiphanius, τὸν δὲ Χριστὸν προφήτην λέγουσι τῆς ἀληθείας, καὶ Χριστὸν υἷον Θεοῦ κατὰ προκοπὴν, καὶ κατὰ συνάφειαν ἀναγωγῆς τῆς ἄνωθεν πρὸς αὐτὸν γεγενημένης. *Hæres.* xxx. num. 18. Confer num. 34.

Ibid. *νοεῖ*] Ita *Codex Bodl.* et *Interpres Latinus*, qui habet, *intellige*, sed fortasse scribendum est *νοεῖ*, ut de Paulo hoc dicatur.

Ibid. l. 10. καὶ μεθ' ἕτερα.] Fortasse hoc itidem Leontii est excerptoris, non patrum Concilii.

Ibid. l. 11. Οὔτε δὲ τῶν ἀνθρωπίνων προηγουμένως παθῶν &c.] Statuit atque firmat hæc ῥήσις insignis dogma istud; existere communicationem proprietatum, seu idiomatum utriusque naturæ Christi, quarum nonnullæ ad humanam naturam sensu primario ac præcipuo pertineant, aliæ autem eodem sensu ad divinam; singulæ vero proprietates de utraque natura prædicandæ sint. Vertit minus bene Turrianus, *passionum humanarum principaliter expers erat*, atque ita in sequentibus; nam utroque loco vocem προηγουμένως cum voce altera ἀνθρωπίνων, vel θείων, conjungendam esse vidit pater meus reverendus, ὁ νῦν ἐν εἰρήνῃ, quem consului, et in exponendis verbis secutus sum. Ad vocem προηγουμένως quod attinet, haud dissimili sensu ea usus est Irenæus, lib. I. cap. ix. §. 3.

Displicet interea cl. Ehrlichio postrema patrum sententia, atque se non intelligere ait, “cur Deus in ventre

“*Mariæ secundo tantum fuisse dicatur, cum, ut ipsi opinantur, passionum principaliter haud expers fuerit.*” Sed hoc posterius haud affirmant de Verbo Deo patres, ut modo ostendi. Contraque ego nondum intelligo, etsi, ut ait Theodotus Ancyranus in *Expos. Symboli Nicæni* §. 3. ἢ εἰς Θεὸν ἕνωσις οὐκ ἀφίησιν εἰς ἄνθρωπον μόνον περιγράφεσθαι τὰ παθήματα, haud vere et orthodoxe utrumque dici, *Formatus est principaliter ut homo in ventre; et habita secunda ratione*, hæc est, Dei cum homine conjuncti, *Deus fuit in ventre cum humanitate conjunctus*, sive, ab ipso conceptionis momento unitus. Neque Antiochena istæc, quæ de utraque natura, non de persona, Christi, agunt, cum communione idiomatum discordant; cujus quidem egregiam explicationem præstitit cum alibi tum vero in libro suo tertio *Expositionis Orthodoxæ Fidei* Joannes Damascenus, ubi postquam in cap. 49. (al. 2.) hæc de incarnatione posuit, οὐ γὰρ προϋποστάσει καθ' ἑαυτὴν σαρκὶ ἠνώθη ὁ Θεὸς Λόγος, ἀλλ' ἐνοικήσας ἐν τῇ γαστρὶ τῆς ἁγίας παρθένου, ἀπεριγράπτως ἐν τῇ ἑαυτοῦ ὑποστάσει, ἐκ τῶν ἁγίων τῆς ἀειπαρθένου αἱμάτων, σάρκα ἐψυχωμένην ψυχῇ λογικῇ τε καὶ νοερᾷ ὑπεστήσατο, ita pergit scribere cap. 51. Θεότητα μὲν οὖν λέγοντες, οὐ κατονομάζομεν αὐτῆς τὰ τῆς ἀνθρωπότητος ἰδιώματα· οὐ γὰρ φαμὲν Θεότητα παθητὴν, ἢ κτιστὴν· οὔτε δὲ τῆς σαρκὸς ἦτοι τῆς ἀνθρωπότητος κατηγοροῦμεν τὰ τῆς Θεότητος ἰδιώματα. οὐ γὰρ φαμὲν σάρκα, ἦτοι ἀνθρωπότητα ἄκτιστον. ἐπὶ δὲ τῆς ὑποστάσεως, κἄν ἐκ τοῦ συναμφοτέρου, κἄν ἐξ ἑνὸς τῶν μερῶν ταύτην ὀνομάσωμεν, ἀμφοτέρων τῶν φύσεων τὰ ἰδιώματα αὐτῇ ἐπιτίθεμεν. καὶ γὰρ ὁ Χριστὸς, ὅπερ ἐστὶ τὸ συναμφοτέρον, καὶ Θεὸς καὶ ἄνθρωπος λέγεται, καὶ κτιστὸς καὶ ἄκτιστος, καὶ παθητὸς καὶ ἀπαθής. καὶ ὅταν ἐξ ἑνὸς τῶν μερῶν, υἱὸς Θεοῦ καὶ Θεὸς ὀνομάζεται, δέχεται τὰ τῆς συννφεστηκυίας φύσεως ἰδιώματα, ἦτοι τῆς σαρκὸς, Θεὸς παθητὸς ὀνομαζόμενος, καὶ κύριος τῆς δόξης ἐσταυρωμένος, οὐ καθὸ Θεὸς, ἀλλὰ καθὸ καὶ ἄνθρωπος. ὁ αὐτὸς, καὶ ὅταν ἄνθρωπος καὶ υἱὸς ἀνθρώπου ὀνομάζεται, δέχεται τὰ τῆς θείας οὐσίας ἰδιώματα καὶ ἀρχήματα, παιδίον προαιώνιον, καὶ ἄνθρωπος ἀναρχος, οὐ καθὸ παιδίον καὶ ἄνθρωπος, ἀλλὰ καθὸ Θεὸς ὢν προαιώνιος γέγονεν ἐπ' ἐσχάτων παιδίου. καὶ οὗτός ἐστιν ὁ τρόπος τῆς ἀντιδόσεως, ἐκατέρας φύσεως

ἀντιδιδούσης τῇ ἑτέρα τὰ ἴδια διὰ τὴν τῆς ὑποστάσεως ταυτότητα, καὶ τὴν εἰς ἄλληλα αὐτῶν περιχώρησιν. κατὰ τοῦτο δυνάμεθα εἰπεῖν περὶ Χριστοῦ, οὗτος ὁ Θεὸς ἡμῶν ἐπὶ τῆς γῆς ὤφθη, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συνανεστράφη, καὶ ὁ ἄνθρωπος οὗτος, ἄκτιστός ἐστι καὶ ἀπαθὴς, καὶ ἀπερίγραπτος. fol. 66. edit. Veron. an. 1531. Ipse vero Ehrlichius audiatur, cujus verba hæc sunt §. xv. p. 26. etsi de dictorum patrum ac Pauli opinionibus me secum consentientem non habet. “ In explicatione
 “ horum verborum diu multumque, sed non satis feliciter,
 “ me desudasse, ingenue fateor. Id enim venerandi epi-
 “ scopi asserere videntur, quod in proxime antecedentibus
 “ negant. Profecto non intelligo, cur Deus in ventre
 “ Mariæ secundario tantum fuisse dicatur, cum, ut ipsi
 “ opinantur, passionum principaliter haud expers fuerit.
 “ Deinde modo dicta loquendi ratio, ab illis adhibita, a
 “ Samosatensianismo ne latum quidem unguem distat. Cum
 “ enim hæreticus docuerit, Deum Verbum cum homine, in
 “ ventre virginis adhuc latente, conjunctum fuisse, ut mox
 “ pluribus ostendemus, efficitur, ut Deus Verbum, ex ip-
 “ sius Pauli sententia, in ventre Mariæ secundario fuerit.
 “ Hæc tamen difficultates fortasse superantur, si primo
 “ supponamus, Antiochenos verba: *Deus secundario in*
 “ *ventre erat*, ex mente Samosatensii protulisse; deinde vero
 “ statuamus, particulam *neque ante formatus est ἀπὸ τοῦ*
 “ *κοινοῦ* supplendam esse. Inde hic sensus nascitur: ne-
 “ que Deus Verbum passionum, neque corpus humanum
 “ operum divinorum principaliter expers erat; neque illud
 “ veritati consentaneum, Christum hominem saltem prin-
 “ cipaliter, Deum vero secundario in ventre fuisse. Id
 “ enim quo minus Paulo concedamus, unio duarum natu-
 “ rarum substantialis prohibet. Atque hæc quidem ex
 “ mente Antiochenorum.” Hæc ille. Notatu dignum est,
 dici istud a patribus, Deum *συνουσιωμένον* esse cum ho-
 mine, quod quidem Paulum unquam confessum esse, vix
 videbitur verum illis, qui attento animo superius collocata
 consideraverint. Tametsi forsitan accuratius scribit de
 hac re disserens S. Cyrillus in *Epistola Synodica Alexan-*
drina, ἐνωθεὶς σαρκὶ καθ’ ὑπόστασιν. §. 5. pro isto, *συνουσιω-*

μένος. Ceterum egregie sex illi hujusce concilii patres de unione duarum in Christo naturarum in *Epistola* priore scripserunt pag. 297—299. Lutheranorum autem et Reformatorum de communicatione idiomatum lites non attingo, qui tamen omnes unum Christum verum Deum et verum hominem se adorare profitentur.

P. 312. l. 13. τῶν θείων ἔργων] Confer MELITONIS excerptum, Vol. I. p. 121.

P. 313. l. 4. καὶ μὴ εἴκοντα] καὶ μὴ ἤκοντα *MS. Bodl. et Syncellus*. Nunc addit Burtonus *codd. Med. Maz. et Fuk.* Sed *Rufinus* vetus interp. habet, neque *acquiescentem veræ fidei*.

Ibid. l. 5. ἐπίσκοπον] Omittit *Niceph. STROTH.*

Ibid. l. 6. τοῦ μακαρίου] τοῦ μακαρίτου *ed. Steph.* In codice Medicæo, Fuketiano et Mazarino, et apud Nicephorum et Syncellum legitur τοῦ μακαρίου. nec multum refert utro modo scribatur. VALESIIUS. τὴν τοῦ μ. *ed. Steph.* vitiose. STROTH. μακαρίου præstant *MSS. Bodl. seu Savil. et Norfolc.* μακαρίτου Burtono teste *codd. Regius et Parisini*. Ceterum Demetriano proxime successisse Paulum ex lib. vii. *Eusebianæ Hist.* cap. 27. constat. Domno prioris episcopi Demetriani filio nomen ortum est ex Latino, *Domino, Domno*; et alius fuit postea cognominis episcopus ejusdem Antiochiæ, ad quem scripserunt Cyrillus Alexandrinus et Theodoretus. Mox pro τε ὑμῶν *Syncell.* οὖν habet.

Ibid. l. 10. καὶ τὰ παρὰ τούτου κοινωνικὰ] Communicatorias literas vocant Latini, quarum usus est antiquissimus in ecclesia. Easdem etiam formatas dixerunt, ut testatur Augustinus in *Epistola* 163. Duplex autem fuit earum genus. Aliæ enim clericis et laicis peregrinaturis dabantur, ut a peregrinis episcopis ad communionem admitterentur. Aliæ erant quas episcopi testandæ communionis suæ causâ ad alios mittebant episcopos, et quas ipsi vicissim ab aliis accipiebant: de quibus hic loquitur Synodus. Eæ autem paulo post ordinationem mitti solebant a recens ordinatis episcopis. De his intelligendus videtur Augustinus in *Epistola* 162. Cyprianus in *Epistola* ad Cornelium p. 92. Denique *Epistola* synodica Concilii Sardicensis.

Si quis tamen cuncta hæc loca de formatis etiam intelligere voluerit, equidem non repugnabo. Porro notanda est hoc loco diligens cautela sanctorum patrum, qui deposito hæretico sacerdote, nomen catholici episcopi qui in ejus locum substitutus fuerat, cunctis episcopis significant, ut scilicet sciant a quo Ecclesiasticas literas accipere, et ad quem scribere debeant. Eandem ob causam Cyprianus misit Cornelio Papæ nomina catholicorum episcoporum totius Africæ, ut scribit in Epistola citata ad Cornelium. Patres quoque Sardicensis Concilii eandem adhibuerunt diligentiam. Sed et quoties mortuis episcopis alii in eorum locum fuerant ordinati, eorum nomina reliquis episcopis indicare consueverat ordinator; ut scirent ad quos scribere, et a quibus pacificas literas accipere deberent, ut discimus ex Theophili Epistolis Paschalibus. VALESIIUS. Expunxit τὰ, quod addiderat Valesius, ante vocem κοινωρικὰ Strothius, cui favent Nicephorus, et referente Burtono *codd. Regius Norfolk. ac Parisini*, dum reliqui præstant alteram lectionem; ego olim, et nunc nuperi editores, Strothum secuti sumus.

P. 313. l. 11. τῷ δὲ Ἀρτεμῷ οὗτος ἐπιστελλέτω] Artemas, quem eundem fuisse atque hæreticum Artemonem abunde constat, valde senex hoc tempore fuisse videretur, si modo contra eum scripserit, ut omnes fere statuunt, auctor libri Caio vulgo tributi, qui *Parvus Labyrinthus* inscribitur. Hoc vero vix colligendum est ex fragmentis ipsis, quæ ex illo excerpserit opere Eusebius lib. v. *Hist.* cap. ult. Neque necesse esse, ut ita intelligatur Eusebius, satis probasse videtur, ut ante ibidem dixi pag. 144. vol. II. vir doctissimus Pet. Wesselingius, *Probab.* cap. 21. ubi quæritur, Artemon fueritne Theodoto coriario antiquior, recentior autem ostenditur fuisse ex hoc epistolæ synodicæ loco, quoniam nisi superstes ille fuisset temporibus istis, ita de eo vix loquerentur Antiocheni patres. Tamen Artemonis hæresin a Paulo renovatam fuisse *temporibus suis* ait ibidem Eusebius, quod probat nonnihil certe temporis intercessisse inter Artemonis ortum et Samosatenum Paulum, utcumque vetustior fuerit Artemone *Labyrinthi* auctor.

Immo etiam, quoniam elapsi fuerant sexaginta fere anni inter tempus, quo historiam scripsit suam Eusebius Paulique depositionem, id vero, ni fallor, ostendit satis diu ante Paulum exortam fuisse hæresin, quam quidem idem Paulus temporibus Eusebii renovasse dicitur. Nihilominus fieri, opinor, posset, ut Artemon iste ad Pauli tempora pervenerit, etiamsi *Parvi Labyrinthi* auctor, quod quidem pernegat Wesselingius, contra eum revera scripserit. Et enim, si opus illud, ut veri simile est, circiter annum Christi 230. ab auctore, quicumque is demum fuerit, compositum esset, tum vero vixisset Artemon nunc, ut dixi, superstes annos circiter quadraginta post impugnatam hæresin suam ab eodem scriptore; hoc vero fidem vix superat. Vulgo quidem Artemon iste diu ante annum illum 230. floruisse a recentioribus statuitur, sed tamen ἀμαρτύρως, etsi Epiphanium scimus de Paulo hæc scribere, ἀνεκαίμισε τὴν αἵρεσιν τοῦ Ἀρτέμωνος, πρὸ ἐτῶν πολλῶν καὶ ἐσβεσμένον. *Hæc.* lxx. num. 1. pag. 608. Ceterum, ut in posteriori tempore sæpe usu venit, ita S. Pamphilus martyr *Apologia pro Origene* cap. 5. duos istos hæreticos Artemam et Paulum conjunxit; *Tertia* (criminatio) *quæ his omnibus valde contraria est, quod dicunt eum, secundum Artemam vel Paulum Samosatenum purum hominem, id est, non etiam Deum, dicere Christum Filium Dei.* Ac revera simplicem Christi humanitatem docuisse utrumque hæreticum affirmat Auctor *Commentarii in Definitionem Synodi Chalcedonensis* apud *Patrum Doctrinam De Verbi Incarnatione*, quam partim edidit cl. Maius in tomo vii. *Novæ Collectionis Vet. Scriptorum.*—Θεὸν ἀληθῶς καὶ ἄνθρωπον ἀληθῶς τὸν αὐτόν. Ταῦτα διὰ Μανέντα, ὃς Θεὸν μὲν ψιλὸν αὐτὸν (Christum) ὁμολογεῖ, καὶ οὐκ ἄνθρωπον· καὶ διὰ Παῦλον τὸν Σαμοσατέα, καὶ Ἀρτεμᾶν, οἳ τινες ἀρνοῦνται αὐτοῦ τὴν Θεότητα, ψιλὸν ἄνθρωπον αὐτὸν ὁμολογοῦντες. p. 38. et 48. Denique notabo, nomen *Artemam* ad finem *epistolæ Pauli ad Titum* extare.

P. 313. l. 12. κοινωνείτωσαν] Addidit hæc historicus: Καὶ ταῦτα μὲν ἐνταυθοῦ κείσθω. τοῦ δὲ οὖν Παύλου σὺν καὶ τῇ τῆς πίστεως ὀρθοδοξίᾳ τῆς ἐπισκοπῆς ἐκπεπτωκότος, Δόμνος, ὡς εἴρηται, τὴν λειτουργίαν τῆς κατὰ Ἀντιόχειαν ἐκκλησίας διε-

δέξατο. ἀλλὰ γὰρ μηδαμῶς ἐκστήναι τοῦ Παύλου τοῦ τῆς ἐκκλησίας οἴκου θέλοντος· βασιλεὺς ἐντευχθεὶς Αὐρηλιανὸς, αἰσιώτατα περὶ τοῦ πρακτέου διείληφε· τούτοις νεῖμαι προστάτων τὸν οἶκον, οἷς ἂν οἱ κατὰ τὴν Ἰταλίαν καὶ τὴν Ῥωμαίων πόλιν ἐπίσκοποι τοῦ δόγματος ἐπιστέλλοιεν. οὕτω δῆτα ὁ προδηλωθεὶς ἀνὴρ μετὰ τῆς ἐσχάτης αἰσχύνης, ὑπὸ τῆς κοσμικῆς ἀρχῆς ἐξελαύνεται τῆς ἐκκλησίας. *Et hæc quidem a nobis hic relata sint. Igitur cum Paulus a recta fide simul et episcopatu excidisset, Dominus ut dictum est administrationem Antiochensis ecclesiæ suscepit. Sed cum Paulus e domo ecclesiæ nullatenus excedere vellet; interpellatus imperator Aurelianus rectissime hoc negotium dijudicavit, iis domum tradi præcipiens, quibus Italici Christianæ religionis antistites et Romanus episcopus scriberent. Hoc modo vir supra memoratus cum summo dedecore per sæcularem potestatem ab ecclesia exturbatus est.* Vir quidem eruditissimus Nic. Fullerus *Miscell. Sacr.* lib. ii. cap. 9. τὸν τῆς ἐκκλησίας οἴκον, quo absistere Paulus noluit depositus, quem alii *domum episcopi* interpretantur, ex ipsius Eusebii verbis ἐκκλησίαν esse, sive ἱερὸν οἶκον, ostendit. At vero iis quoque temporibus habitasse clericos in domibus ecclesiæ annexis credendum est. Certe domicilium episcopi Arvernorum in Gallia, qui fuit sub sæculi quarti finem, *ecclesiæ domum* appellat Gregorius Turonensis *Hist. Francorum* l. 44. Confer et lib. ii. cap. 21. De turbis autem, quæ Synodale adversus Paulum decretum secutæ sunt, ita Basilii Diaconus et Monachi in *Supplicatione Impp. Theodosio et Valentiniano adversus Nestorium oblata*. Τούτου ἕνεκα τοῦ ἀληθοῦς δόγματος, τοῦ ἐν τῇ ἀγιωτάτῃ ἐκκλησίᾳ ἀκριβῶς κηρυττομένου, καὶ τοῦ αἰρετικοῦ Παύλου δικαίως ἐξωσθέντος, ἐγένοντο σχίσματα λαῶν, ἀκατασταταὶ ἱερέων, ταραχὴ ποιμένων. Inter *Acta Concil. Ephesini*, tom. iii. *Concil.* p. 427. ed. Labbe. Similia habet Græcus quidam ad finem *Aristiniana*, quæ dicitur, *Epistolarum Canonicarum Synopsis*, quam edidit Beveregius in tomo *Synodici* sui secundo; cui quidem scribenti πρὸς τοὺς λέγοντας ὡς ἡ Ῥώμη πρῶτος θρόνος, videbatur relatio illa Aureliani Imp. ad Romanum episcopum prima jecisse fundamenta pontificiæ, quam vocat, tyrannidis. Malim dicere, auctoritatis

papalis augmentum attribuendum esse patrociniō Athanasii, quod suscepit Julius episcopus Romanus, ex quo ortæ sunt ad Romanam sedem appellationes a concilio Sardicensi constitutæ. Male res ipsi Paulo cecidisse colligas itidem ex Cyrillo Alex. in *Homilia de Virgine Deipara* a cl. Maio nuper edita. Τί γὰρ ὦνησεν, inquit Cyrillus, τῆς Ἀρείου βλασφημίας ἢ πλάνη· τί δὲ ἡ Εὐνομίου καὶ τῶν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον βλασφημούντων· καὶ τοῦ Σαμοσατέως Παύλου καὶ τοῦ καλουμένου Ἀπολλιναρίου ἢ παραφροσύνη; πάντες γὰρ οὗτοι καὶ ἐν τῷ παρόντι ἐπονείδιστον τέλος ἐσχήκασιν, καὶ τῶν ἐκκλησιαστικῶν περιβόλων ἐξώσθησαν, καὶ τῆς ἐν οὐρανοῖς δὲ &c. p. 115. vol. viii. seu ultimi *Novæ Collectionis Vet. Scriptorum*. Conferas interea cum verbis, οἱ κατὰ τὴν Ἰταλίαν καὶ τὴν Ῥωμαίων πόλιν ἐπίσκοποι, titulum *Epistolæ Ægyptiorum contra Origenem* apud tom. iv. Concil. pag. 660. Ἐκ τῆς ἐκτεθείσης ὑπὸ τῶν κατ' Αἴγυπτον καὶ Ἀλεξάνδρειαν ἐπισκόπων συνοδικῆς ἐπιστολῆς κατὰ τῶν Ὠριγένους δογμάτων.

P. 314. l. 8. ἐκφωνηθέντος.] Hoc, ἐξ οὐρανοῦ ἀποτεθεῶσθαι τὸν Κύριον, in dogmatis Synodi adversus Paulum invenerat Apollinaris, sano quidem sensu, ut sex episcoporum *Epistolæ* verba supra p. 297. ostendunt, posita adversus hæreticum, qui ἐντεῦθεν, seu κάτωθεν, docuit esse Dominum Christum. Etenim episcopi illi docebant humanam naturam Christi τῇ Θεότητι ἀτρέπτως ἠνωσθαι καὶ τεθεοποιῆσθαι, dum Paulus et sequaces ejus Christum ὕστερον μετὰ τὴν ἐνανθρώπησιν ἐκ προκοπῆς τεθεοποιῆσθαι αἶεβαν, τῷ τὴν φύσιν ψιλὸν ἄνθρωπον γεγονέναι. Verba sunt *Expositionis Fidei ab Arianis* Italiam missæ apud Athanasium *De Synodis* cap. 3. p. 739. edit. Montfaucon. Pergit autem Gregorius, cujus tractatum adversus Apollinarem primus edidit anno 1692. Zacagnius bibliothecarius Vaticanus in *Collectaneis* suis *Monumentorum Veterum*, hæc scribere:—καὶ τοῦ κατὰ Νίκαιαν ἐκφωνηθέντος, οὗ (dogmatis Nicæni) τὴν ῥῆσιν ἐπὶ λέξεως τοῦτου τὸν τρόπον εἰρημένην παρέθετο, τὸ ἐξ οὐρανοῦ καταβάντα, καὶ σαρκωθέντα, καὶ ἐνανθρωπήσαντα. καὶ ταῦτα εἰπὼν (Apollinaris) ὡς προκατασκευάσας τὸν μέλλοντα ῥηθήσεσθαι λόγον, οὕτως ἀπογυμνοῖ τοῦ ἰδίου βουλήματος τὴν διάνοιαν, καὶ φησὶν, οἷονεὶ προσικειῶν τοῖς ἀποδεδειγμένοις, οὕτως κατὰ τὴν

λέξιν. Τὸ δὴ πνεῦμα, τουτέστι τὸν νοῦν, Θεὸν ἔχων ὁ Χριστὸς μετὰ ψυχῆς καὶ σώματος, εἰκότως ἄνθρωπος ἐξ οὐρανοῦ λέγεται. Τί κοινὸν ἔχει τὰ εἰρημένα πρὸς τὰ προάγοντα; ποῦ τοῦτο ἢ κατὰ τοῦ Σαμοσατέως ἐδογμάτισε σύνοδος;—*itemque alterius fidei definitionis apud Nicæam promulgatæ, cujus dictum hisce disertis verbis conceptum allegat, Qui de cælo descendit, et incarnatus est, et homo factus est. Et ubi hæc dixit, quasi jam antea adstruxisset, quæ mox dicturus erat, propositi sui sensum hoc pacto aperit, et veluti demonstratis jam rebus sequentia accommodans, hæc ad verbum ait, Spiritum sane, hoc est, mentem Deum habens Christus una cum anima et corpore, jure merito homo e cælo veniens dicitur. Quid hæc dicta cum præcedentibus commune habent? Ubinam hoc congregata adversus Samosatenum Synodus definivit?*

P. 315. l. 8. οὐκοῦν ὁμοούσιος] In *Collect. Nova sua Patrum* tom. ii. p. 19. adnotabat postea Montfauconius, cecidisse particulam *non* interpretatione sua, quam lector, inquit, restituat. Tum vero scribendum foret οὐκοῦν pro οὐκοῦν, cui quidem emendationi, immo veræ sententiæ corruptioni, repugnandum est.

P. 316. l. 7. πέπρακται] Ultima hæc protulit Montfauconius, in tomo quoque ii. *Collect. Nov. PP.* p. 20. ex codice quodam Steph. Baluzii desumpta, tanquam quæ olim excerpta essent ex opere quidem Athanasiano, non vero ex *Libello de Synodis*, cum nonnulla ibi ommissa in codice Baluzii extarent, sed alio, non ad synodum Antiochenam spectantia; ista tamen quæ in hoc codice reperta sunt, mihi videbantur ab otioso quopiam homine adjecta, etsi viri quidam doctissimi in hac re sibi imponi passi sint. Sed hac missa ad rem hæc inter tractatam veniamus.

QUAMOBREM VOX celebris ὁμοούσιος, h. e. *ejusdem*, vel, ut scribit Tertullianus, atque ut Latina ecclesia loquitur, *unius substantiæ*, a concilio Antiocheno repudiata fuerit, etsi prius a duobus illis Dionysiis, Romano et Alexandrino, concilioque Romano, et fidelibus apud Ægyptum aliisque etiam vetustioribus admissa fuisset, quorum nonnullos τῶν παλαίων τινὰς λογίους καὶ ἐπιφανεῖς ἐπισκόπους καὶ συγγραφέας vocat ipse quoque Eusebius in *Epistola ad Cæsarienses* suos apud Socratem et Theodoretum servata; quamobrem, inquam, vox ista ab Antiochenis improbata fuerit, duo hi sancti patres Athanasius et Basilius supra ostenderunt. E quibus ille alia multa longiora, præter verba quæ hic exscribuntur, de admissione posuit vocabuli apud Synodum Nicænam; Basilius vero statim post verba jam adducta, quod sequitur, addidit: Τοῦτο δὲ ἐπὶ χαλκοῦ μὲν καὶ τῶν ἀπ' αὐτοῦ νομισμάτων ἔχει τινὰ λόγον τὸ διανόημα. ἐπὶ δὲ Θεοῦ πατρὸς, καὶ Θεοῦ υἱοῦ, οὐκ οὐσία πρεσβυτέρα, οὐδὲ ὑπερκειμένη ἀμφοῖν θεωρεῖται. ἀσεβείας γὰρ ἐπέκεινα τοῦτο καὶ νοῆσαι καὶ φθέγξασθαι. τί γὰρ ἂν γένοιτο τοῦ ἀγεννήτου πρεσβύτερον; ἀναιρεῖται δὲ ἐκ τῆς βλασφημίας ταύτης καὶ ἡ εἰς τὸν πατέρα καὶ υἰὸν πίστις· ἀδελφὰ γὰρ ἀλλήλοις τὰ ἐξ ἑνὸς ὑφιστάμενα. Quæ quidem cogitatio locum aliquem habet in cære et in confatis ex eo numismatibus: at in Deo Patre et in Deo Filio substantia non est antiquior, neque utrique superposita intelligitur: hoc enim cogitare aut dicere, omnem impietatis modum excedit. Quid enim ingenito antiquius sit? Tollitur etiam hac blasphemia fides in Patrem et Filium: nam inter se fratrum rationem habent quæ ex uno subsistunt. Et postea Basilius ait, ὅταν καὶ τὸ αἴτιον καὶ τὸ ἐκ τοῦ αἰτίου τὴν ὑπαρξιν ἔχον τῆς αὐτῆς ὑπάρχει φύσεως, ὁμοούσια (non, fraterna) λέγεται. §. 2. Similiter apud S. Hilarium *Libro De Synodis* §. 81. Nonnulli primum ideirco respuendam vocem ὁμοούσιος pronuntiabant, quia per verbi hujus enuntiationem substantia prior intelligeretur, quam duo inter se partiti essent. (Ubi notatum hoc velim, quod quidem notare nonnulli Athanasium defendentes omiserunt, ab his adversariis vocis ὁμοουσίου illud esse objectum, quod ei oppositum fuisse ab Antiochenis patribus Basilius et Athanasius

affirmant.) *Intelligo*, pergit scribere Hilarius, *vitium in intelligentia. Et profanus hic sensus est, et communi iudicio ab ecclesia respiciendus. Secundo quoque id addidistis, quòd patres nostri, cum Paulus Samosatenus hæreticus pronuntiatus est, etiam homoousion repudiaverint: quia per hanc unius essentiae nuncupationem solitarium atque unicum sibi esse Patrem et Filium prædicabat. Et hoc sane nunc quoque profanissimum ecclesia recognoscit, Patrem et Filium in his nominum professionibus ad unionis ac singularis solitudinem, negata personarum proprietate, revocare.* p. 1196. ed. Benedictin. Et postea §. 86. *Male homoousion Samosatenus confessus est: (hoc est, ni fallor, τοῦ Λόγου homoousion confessus est, negata ὑποστάσει vel personalitate ejus) sed numquid melius Arii negaverunt? Octoginta episcopi olim respuerunt, sed trecenti et decem octo nuper receperunt.* Similiter, propterea quod vocabulo male usus esset Sabellius, idem sustulisse Dionysium Alexandrinum, qui tamen ipse τὸ ὁμοούσιον agnoscebat, tradit Basilius M. in *Epist.* ix. *ὡν μὲν ἀναίρων (Dionysius) τὸ ὁμοούσιον διὰ τὸν ἀθετήσαι τῶν ὑποστάσεων κακῶς αὐτῷ κεχρημένον (Sabellium), ὡν δὲ προσιέμενον ἐν οἷς ἀπολογεῖται πρὸς τὸν ὁμόνυμον pag. 90.* Postea, teste Sozomeno, *πάλιν πρὸς ἑαυτοὺς ἐστασίαζον οἱ ἐπίσκοποι, ἀκριβολογούμενοι περὶ τὸ ὁμοούσιον ὄνομα. οἱ μὲν γὰρ τοὺς τοῦτο προσδεχομένους βλασφημεῖν ᾤοντο, ὡς ὑπάρξεως ἐκτὸς τὸν υἱὸν δοξάζοντας, καὶ τὰ Μουτάνου καὶ Σαβελλίου φρονούντας: οἱ δ' αὖ πάλιν, ὡς Ἑλληνιστὰς τοὺς ἑτέροισ ἐξετρέποντο, καὶ πολυθείας εἰσάγειν διέβαλλον, &c.* *Hist. Eccl.* lib. ii. cap. 18. Eadem Socrates quoque lib. I. *Hist.* cap. 23. Sed hæc obiter. Paulum vero unquam hoc verbum vel pravo suo sensu amplexum fuisse, id alii Athanasium atque Basilium supra allatos pag. 314—316. interpretati negarunt; inter quos eminent Bullus, *Defensione Fidei Nicænæ*, sect. ii. cap. 1. §§. 9—14. p. 29—34. Styanusque Thirlbius, *Respons. ad Whiston.* §. xv. pag. ci—cvii. et Gul. Berriman. in *Concionibus suis Moyesianis Conc.* iii. p. 146—149. et *Conc.* iv. p. 183. Quibus scriptoribus indicatis, hoc addam, satis evidentem probari hujus vetustissimi concilii orthodoxiam, cum ex fine epistolæ syno-

dicæ, quæ ad Dionysium Romanum, ejusdem fidei testimonium luculentum, missa est, in qua dicitur Paulus τὸν Θεὸν τὸν ἑαυτοῦ καὶ Κύριον denegasse, ut alia multa supra inde excerpta omittam, tum vero præcipue ex epistola priore, quæ Sex episcoporum appellatur; ubi, post definitum Filium οὐσίᾳ καὶ ὑποστάσει Θεὸν esse, et postquam unionem duarum naturarum in Christo commemoraverint, οὗ χάριν, hi inquit, ὁ αὐτὸς Θεὸς καὶ ἄνθρωπος Ἰησοῦς Χριστὸς προεφητεύετο ἐν νόμῳ καὶ προφήταις· καὶ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τῇ ὑπὸ τὸν οὐρανὸν πάσῃ πεπίστευται Θεὸς μὲν κένωσας ἑαυτὸν ἀπὸ τοῦ εἶναι ἴσα Θεῷ· ἄνθρωπος δὲ καὶ ἐκ σπέρματος Δαβὶδ τὸ κατὰ σάρκα. Supra p. 290. et 298.

Sed vix et ne vix quidem prætereundum illud est, conatos esse ostendere viros quosdam eruditos, haud unquam repudiatum fuisse a concilio Antiocheno vocabulum ὁμοούσιον. Etenim post Prudentium Maranum, quem video docuisse in *Diss. sur les Semiariens* haud sprevisse synodum Antiochenam vocem ὁμοούσιον, idem conatus est tueri Jac. Guil. Feverlinus cum alibi, tum in *Dissert. De Hæresi Pauli Samos.* de qua supra; eo consilio, opinor, ut Symbolum in *Actis Concilii Ephesini* extans, in quo vocabulum ὁμοούσιος sæpe adhibetur, synodo Antiochenæ vindicaret, dum Athanasium, Basilium, Hilariumque ex fide tantummodo hominum a voce alienorum hæc eidem adversa nobis narrasse statuit. Vid. *Diss.* ejus §§. viii. et ix. Cuiam vero persuadebit aut Feverlinus, aut quisquam alius, magnos illos patres in his controversiis per totam vitam exercitatos se decipi passos fuisse in re tanta de celebratissimi concilii decreto? Porro, ut optime monuit Bullus, §. 14. contra Curcellæum, qui Nicænis patribus Antiochenum decretum ignoratum fuisse docuerat, “ Athanasius, qui synodo
 “ Nicænæ, ut dictum est, ipse interfuit, diserte testatur in
 “ loco supra allato patres Nicææ congregatos omnino in-
 “ tellexisse τὴν πανουργίαν τοῦ Παύλου *calliditatem* Pauli,
 “ nempe Samosatani, in eo scilicet, quod sophisticâ suâ
 “ (vide Athanasium supra) apud Antiochenos id effecerit,
 “ ut vocem aptissimam, atque a catholicis doctoribus olim
 “ usurpatam abjicerent, ideoque vocem istam iterum in

“ usum ecclesiae revocasse; quibus nihil contra figmentum “ Curcellæi disertius dici potuit.” p. 34. Vera hæc omnia; quamobrem autem tam male opinentur alii de fide testium ab Athanasio memoratorum, qui damnationem vocis ὁμοουσίου ex ipsorum Antiochenorum epistola probabant, plane ignoro, nisi quod fere nos omnes nimis proclives simus mendaces illos et perfidos existimare, qui a nobis in re quaquam dissentiant. Ad hæc, si veteri cuidam testi credendum esset, synodus Nicæna Antiochiæ illam suo comprobasse calculo recte videretur; tantum abesset, ut ignoraret illius concilii fidem et doctrinam. Hoc diserte quidem affirmat *Libellus Supplex* Theodosio et Valentiano Imp. a Basilio Diacono reliquisque Monachis oblatus; at vero in eo spectari symbolum sive ὄρον suspicor, quod Antiochenis, atque interdum Nicænis, falso attributum est, titulo hujus symboli, de quo postremo agam, persuasus. Verba *Libelli Supplices* hæc sunt;—πάντων τῶν πιστευσάντων καὶ πιστευόντων τῇ ὁμοουσίῳ Τριάδι· Εἰρηναίου, Γρηγορίου τοῦ μεγάλου ἐπισκόπου Νεοκαισαρείας, τῆς ἁγίας συνόδου τῶν ρπ'. ἐπισκόπων ἐν Ἀντιοχείᾳ συναθροισθείσης κατὰ Παύλου τοῦ Σαμοσατέως, ἣτις καθεῖλεν αὐτὸν διὰ τὴν ἀσέβειαν αὐτοῦ, διὰ τὸ μὴ ὁμολογεῖν τὸν Χριστὸν φύσει Θεὸν, καὶ υἱὸν Θεοῦ πατρός· τῆς ἐν Νικαίᾳ μεγάλης καὶ ἁγίας συνόδου τῶν τη'. ἐπισκόπων, τῆς βεβαιωσάσης τὸν ὄρον τῶν ἐν Ἀντιοχείᾳ. Apud *Concilia* ed. Labbe tom. iii. p. 426.

Sed his missis, tanquam hallucinantibus, Sozomeni narratio extat in lib. iv. *Hist.* ejus, cap. 15. huc usque, quod sciam, neglecta, quæ satis aperte hanc vocis ὁμοουσίου damnationem Antiochenam ab hominibus diverse inter se sentientibus testatam esse significat probatque. Tradit enim historicus, episcopus Semi-Arianos, quod apprime notandum est, dum Sirmii ageret Constantius Imp. in unum tunc libellum, sive fidei formulam, ab omnibus subscribendam, conjecisse, tam ea quæ contra Paulum Samosatensem in hoc vetustiori concilio Antiocheno decreta fuerant, quam alia quædam præterea, quasi quidam, verba Sozomeni sunt, *sub obtentu vocabuli ὁμοουσίου propriam sibi hæresim stabi-*

lire conarentur. Græce sunt verba, οἱ δὴ τότε εἰς μίαν γραφὴν ἀθροίσαντες τὰ δεδογμένα ἐπὶ Παύλῳ τῷ ἐκ Σαμοσάτων, καὶ Φωτεινῷ τῷ ἐκ Σιρμίου, καὶ τὴν ἐκτεθεῖσαν πίστιν ἐν τοῖς ἐγκαίνιοις τῆς Ἀντιοχείων ἐκκλησίας, ὡς ἐπὶ προφάσει τοῦ ὁμοουσίου ἐπιχειρούντων τινῶν ἰδίαν συνιστάνειν αἴρεσιν, παρασκευάζουσι συναίνεσαι ταύτῃ Λιβέριον &c. Etenim hinc, opinor, constat, decreta quædam atque scita extitisse prioris illius Antiocheni concilii contra Paulum Samosatenum habiti, quæ ab usu vocis, de qua agitur, aut derogarent, aut saltem abstinendum esse juberent. Supra, ut obiter id notem, habes τὰ ἐπὶ Παύλῳ πεπραγμένα Imp. Justinianum afferentem. Quin neque cl. Ehrlichio, cujus *Dissert. De Erroribus Pauli Samos.* sæpe commemoravi, potuit hoc persuadere Feverlinus, falli Athanasium, Hilarium, alios, dum memoriæ produnt improbasse usum vocis ὁμοουσίου Antiochenos patres; ipse tamen idem Ehrlichius formulam fidei modo memoratam, in qua sæpe adhibetur hoc vocabulum, ad eosdem patres Antiochenos referendam esse cum Feverlino censuit. At conf. nos paulo infra et Not. Ehrlichii §. ix. Denique ad vocis ὁμοουσίου reprobationem hoc pertinet, quod idem quidem Feverlinus in Dissertatione alia, quæ anno 1755 de hac re scripta est, contra narrationis veritatem argumentum ducit cum ex diuturno Arianorum de eadem silentio, tum ex approbatione vocis a Dionysio Alexandrino clare testata, qui synodi Antiochenæ initiis interfuit. Idem vero Dionysius ante comprobata in Apologia sua vocem dixerat, se nusquam in Scripturis Sacris illam legisse. Vide ad fin. DIONYSII ROMANI, num. II. Liberatum quoque Fassoni de voce *homoousio* dissertationem edidisse Romæ eodem anno 1755, cl. Harlesium narrantem habes, in qua ostendere conatus sit, vocem illam ab Antiochenis patribus proscriptam vel repudiatam non esse. Vid. Fabricii *Bibl. Gr.* tom. xii. p. 568. ed. novæ. An vero rem bene gesserit Fassoni, dubito. Hoc olim scripsi. Jam lecta Dissertatione ejus, fortiter ille pugnasce, vix tamen vicisse, mihi visus est. Haud debile quidem nec spernendum est illud

argumentum ex Arianorum de hac re silentio ductum, sed memoria tenendam est, nihil sibi favens reperturos fuisse eosdem hæreticos exposita causa atque origine reprobationis vocabuli.

EXTAT, in *Concilii Ephesini Actis* part. iii. c. 6. p. 979. tom. iii. *Concil. Labb. Confessio Fidei*, modo memorata, cujus titulus est, *Περὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Θεοῦ Λόγου, τοῦ υἱοῦ τοῦ πατρὸς, ὅρος ἐπισκόπων τῶν ἐν Νικαίᾳ συναχθέντων ἐν τῇ συνόδῳ· καὶ ἔκθεσις τῆς αὐτῆς συνόδου πρὸς Παῦλον Σαμοσατέα*. Vide præterea Euthymium Zigabenum *Panopl. Dogmat.* p. 141. ed. unicæ Tergovist. synodo Nicænae hoc symbolum attribuentem. Id ipsum vero patribus concilii Antiocheni adversus Paulum, non synodo Nicænae, *Versio* dedit *Latina* Theodori Peltani *Actorum Ephesinorum*, quæ Ingolstadii anno 1576. edita est. Index enim est, *Symbolum a patribus Antiochenis editum adversus Paulum Samosatenum de Verbi Incarnatione*. Interpretem hunc Baronius secutus, tanquam si fuerit verum Antiochensium symbolum, formulam *Annalibus* suis inseruit ad ann. 272. Neque aliud fecit Joan. Forbesius *Instruct. Hist. Theol.* i. 4. 1. eandemque porro eisdem patribus vindicare aggressus est Steph. Lemoyneus *Var. Sacr.* tom. ii. pag. 255. et post eum Christianus Wormius *Hist. Sabelliana* cap. iii. pag. 116—119. Verum alii plerique aliter statuerunt, ex ipso quoque *Symbolo* persuasi, in quo Filius dicitur esse Deo ὁμοούσιος, quod quidem vocabulum ab hac synodo nequam usurpatum fuisse iidem existimabant; quidquid de receptione ejus docuisset Lemoyneus, hoc symbolum ad suas opiniones de Pauli dogmatis tuendas detorquens. Et recte omnino Dupinius in *Biblioth. sua Auctorum Eccles.* p. 333. ed. Lat. atque Tillemontius in *Hist. Concilii Nicæni* not. xi. in §. 12. neque huic concilio Antiocheno, neque illi apud Nicæam habito, tribuendum esse hoc scriptum arbitrantur. Quod tamen symbolum, ut eruditissimi Langbæni verbis utar in *Recensione* sua nondum edita *partis alicujus Codd. Barocc. et Roenorum in bibliotheca Bodleiana*

servatorum, *communicationem idiomatum distincte nec incommode explicat.*

Quin etiam tam plene accurateque composita fuisse videtur formula, ut nonnisi post lites exortas Nestorianas conditam eam esse opiner; etsi contra disputatum sit a cl. Feverlino in *Dissert.* ante commemorata *De Hæresi Pauli Samosatani* §§. viii. et ix. Ubi nihil fere pro sua sententia statuenda vir cl. attulit præter dubiam fidem illorum testium qui patres Antiochenos vocabulum ὁμοούσιον improbavisse retulerint, et silentium postea de reprobatione ista ab Arianis ipsis servatum, in eo enim quod ait, *Contestationem Cleri CP.* in Ephesino Concilio propositam hoc ipsum afferre symbolum, fallitur Feverlinus, ut cuique constabit formulam *Antiochenum Mathema* dictam, atque in illa quidem *Contestatione* partim descriptam, cum istoc, de quo agitur, symbolo vel levi brachio conferenti. Vide *Concilia* p. 338. tom. iii. Cum majori veri specie dixisset, symbolum hoc indicari in *Libello Supplice* Basilii Diaconi, quem supra p. 363. memoravi. Neque audiendus videtur Ehrlichius, vir doctus de quo supra, qui cum assensus Feverlino esset, *Symbolum* hoc et *Mathema Antiochenum*, quod *Cleri* affert *Contestatio*, habenda pro uno atque eodem esse, idemque ad concilium contra Samosatenum habitum attribuisset, sibi porro se persuasisse ait, vocem ὁμοούσιον initio accurate exposuisse patres Antiochenos expositamque asseruisse, postea tamen, ne perversa Pauli expositione animi hominum imbuerentur, ab illa abstinendum duxisse. Vid. Not. ejus ad *Dissert. De Erroribus Pauli Samos.* §. ix. At vero conjecturæ alioquin acutæ hoc opponi posse putem, nullum alibi apparere extra hanc formulam Symbolicam vestigium receptionis apud Antiochenos hujus vocabuli. Interea eandem formam, de qua tot dicenda erant, non gravabor ex tomis *Conciliarum* proferre, cum haud ita obvia sit, tum vero a nonnullis huic Synodo Antiochenæ licet perperam adscribatur. Extat hæc eadem in Tomo quoque vii. *Collectionis Vet. Scriptorum*, a cl. Maio ex Vaticanis codicibus editorum p. 162.

Περὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Θεοῦ Λόγου τοῦ υἱοῦ τοῦ

πατρὸς, ὅρος ἐπισκόπων τῶν ἐν Νικαίᾳ συναχθέντων ἐν τῇ συνόδῳ· καὶ ἔκθεσις τῆς αὐτῆς συνόδου πρὸς Παῦλον Σαμοσατέα.

Ὁμολογοῦμεν τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν ἐκ τοῦ πατρὸς κατὰ πνεῦμα πρὸ αἰώνων γεννηθέντα, ἐπ' ἐσχάτου (αἰ. ἐσχάτων) τῶν ἡμερῶν ἐκ παρθένου κατὰ σάρκα τεχθέντα, ἐν πρόσωπον σύνθετον ἐκ θεότητος οὐρανίου καὶ ἀνθρωπείας σαρκός, καὶ καθὸ ἄνθρωπος ἐν (αἰ. καὶ καθὸ πρόσωπον ἐν, ἄνθρωπος. (cod. Vat. ἄνθρωπον) ἴσως. καὶ καθὸ Θεός, καὶ καθὸ ἄνθρωπος πρόσωπον ἐν) καὶ ὅλον Θεόν, καὶ ὅλον ἄνθρωπον· ὅλον Θεόν καὶ μετὰ τοῦ σώματος, ἀλλ' οὐχὶ καθὸ σῶμα Θεόν· καὶ ὅλον ἄνθρωπον μετὰ τῆς θεότητος, ἀλλ' οὐχὶ κατὰ τὴν θεότητα ἄνθρωπον. οὕτως ὅλον προσκυνητὸν καὶ μετὰ τοῦ σώματος, ἀλλ' οὐχὶ κατὰ τὸ σῶμα προσκυνητόν· ὅλον προσκυνοῦντα καὶ μετὰ τῆς θεότητος, ἀλλ' οὐχὶ κατὰ τὴν θεότητα προσκυνοῦντα· ὅλον ἄκτιστον καὶ μετὰ τοῦ σώματος, ἀλλ' οὐχὶ κατὰ τὸ σῶμα ἄκτιστον· ὅλον πλαστὸν καὶ μετὰ τῆς θεότητος, ἀλλ' οὐχὶ κατὰ τὴν θεότητα πλαστόν· ὅλον ὁμοούσιον Θεῷ (τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ cod. Vat.) καὶ μετὰ τοῦ σώματος, ἀλλ' οὐχὶ κατὰ τὸ σῶμα ὁμοούσιον τῷ Θεῷ. ὥσπερ οὐδὲ κατὰ τὴν θεότητα ἀνθρώποις ἐστὶν ὁμοούσιος, καίτοι γε μετὰ τῆς θεότητος ὦν κατὰ σάρκα ὁμοούσιος ἡμῖν. καὶ γὰρ ὅταν λέγωμεν αὐτὸν κατὰ πνεῦμα Θεῷ ὁμοούσιον, οὐ λέγομεν κατὰ πνεῦμα ἀνθρώποις ὁμοούσιον. καὶ πάλιν, ὅταν κηρύσσωμεν αὐτὸν κατὰ σάρκα ἀνθρώποις ὁμοούσιον, οὐ κηρύσσομεν αὐτὸν κατὰ σάρκα ὁμοούσιον Θεῷ. ὥσπερ γὰρ κατὰ πνεῦμα ἡμῖν οὐκ ἔστιν ὁμοούσιος, ἐπειδὴ Θεῷ ἐστὶ κατὰ τοῦτο ὁμοούσιος, οὕτως οὐδὲ κατὰ σάρκα ἐστὶ Θεῷ ὁμοούσιος, ἐπειδὴ ἡμῖν ἐστὶ κατὰ τοῦτο ὁμοούσιος. ὥσπερ δὲ ταῦτα διήρθρωται καὶ σεσαφήνισται, οὐκ εἰς διαίρεσιν τοῦ ἐνὸς προσώπου τοῦ ἀδιαιρέτου, ἀλλ' εἰς δήλωσιν τοῦ ἀσυγχύτου τῶν ἰδιωμάτων τῆς σαρκὸς καὶ τοῦ λόγου, οὕτω καὶ τὰ τῆς ἀδιαιρέτου συνθέσεως πρεσβεύομεν. Tantum est.



DIONYSIUS ROMANUS.

DIONYSIUS ROMANUS.

GUL. CAVIUS, *Hist. Lit.* tom. i. p. 133.

DIONYSIUS, origine, ut ferunt, Græcus, λόγιός τε καὶ θαυμάσιος ἀνὴρ, teste Dionysio Alexandrino (ap. Euseb. lib. vii. cap. 7.) ecclesiæ Romanæ presbyter, ac deinde ab anno 259 episcopus; sedem istam tenuit usque ad exeuntem annum 269. Dionysio Alexandrino hæreticarum opinionum ab episcopis quibusdam Pentapolitanis apud eum Romæ accusato synodum coegit, scriptaque suo ac synodi nomine Epistola Dionysium erroris admissi certio-rem fecit, utque semetipsum eo crimine purgaret, amice admonuit: et Sabellii dogmata confutat. Extat fragmentum apud Athanas. de Decretis Synodi Nicænæ. Hæc CAVIUS. Dionysium adduxit tanquam idoneum auctorem Athanasius fideique optimum magistrum; eumque S. Basilius M. postquam *epistolam ejus ad Cappadocas* memoravit, hoc præconio auxit, Διονύσιον ἐκείνον, τὸν μακαριώτατον ἐπίσκοπον, παρ' ὑμῶν ἐπί τε ὀρθότητι πίστεως καὶ τῇ λοιπῇ ἀρετῇ διαπρέψαντα. Epist. 70. olim 220. pag. 164. ed. Benedictin. Interea Excerptum apud Athanasium particula est operis ejus adversus Sabellianos, non epistolæ Dionysii ad cognominem Alexandrinum. Vid. infra.

EXCERPTUM DIONYSII,

PAULO POST MEDIUM SÆCULUM TERTIUM

URBIS ROMÆ EPISCOPI.

Ex Epistola, seu Opere, adversus Sabellianos.

5 ἘΞΗΣ δ' ἂν εἰκότως λέγοιμι καὶ πρὸς τοὺς διαι-
ροῦντας καὶ κατατέμνοντας καὶ ἀναιροῦντας τὸ σεμ-
νότατον κήρυγμα τῆς ἐκκλησίας τοῦ Θεοῦ, τὴν
μοναρχίαν, εἰς τρεῖς δυνάμεις τινὰς καὶ μεμερισμένας
ὑποστάσεις καὶ θεότητας τρεῖς. πέπυσμαι γὰρ εἶναί
10 τινὰς τῶν παρ' ὑμῖν κατηχούντων καὶ διδασκόντων
τὸν θεῖον λόγον, ταύτης ὑφηγητὰς τῆς φρονήσεως·
οἱ κατὰ διάμετρον, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἀντίκεινται τῇ
Σαβελλίου γνώμῃ. ὁ μὲν γὰρ βλασφημεῖ, αὐτὸν τὸν
υἱὸν εἶναι λέγων τὸν πατέρα, καὶ ἔμπαλιν· οἱ δὲ

15 Jam vero æquum fuerit dis-
putare contra eos quoque, qui
monarchiam, quæ augustissima
est ecclesiæ Dei prædicatio, in
tres quasdam virtutes ac sepa-
20 ratas hypostases tresque dei-
tates dividentes ac discindentes
destruunt. Audivi enim quos-

dam, qui apud vos divinum
verbum prædicant et docent,
hujus opinionis magistros esse,
qui quidem e diametro, ut ita
loquar, Sabellii opinioni ad-
versantur. Hic enim blasphe-
mat, ipsum Filium dicens esse
Patrem, et vicissim : illi vero

τρεις Θεους τρόπον τινὰ κηρύττουσιν, εἰς τρεῖς ὑποστάσεις ξένας ἀλλήλων, παντάπασι κεχωρισμένας, διαιροῦντες τὴν ἀγίαν μονάδα. ἠνώσθαι γὰρ ἀνάγκη τῷ Θεῷ τῶν ὄλων τὸν Θεῖον Λόγον· ἐμφιλοχωρεῖν δὲ τῷ Θεῷ καὶ ἐνδαιτᾶσθαι δεῖ τὸ ἀγίον Πνεῦμα· 5 ἤδη καὶ τὴν Θεῖαν Τριάδα εἰς ἓνα, ὥσπερ εἰς κορυφήν τινα (τὸν Θεὸν τῶν ὄλων τὸν παντοκράτορα λέγω) συγκεφαλαιοῦσθαί τε καὶ συνάγεσθαι πᾶσα ἀνάγκη. Μαρκίωνος γὰρ τοῦ ματαιόφρονος δίδαγμα εἰς τρεῖς ἀρχὰς τῆς μοναρχίας τομὴν καὶ διαίρεσιν ¹⁰ (for. excidit διορίζει), παιδεύμα ὃν διαβολικὸν, οὐχὶ δὲ τῶν ὄντως μαθητῶν τοῦ Χριστοῦ καὶ τῶν ἀρεσκομένων τοῖς τοῦ Σωτῆρος μαθήμασιν. οὗτοι γὰρ Τριάδα μὲν κηρυττομένην ὑπὸ τῆς θείας γραφῆς σαφῶς ἐπίστανται, τρεῖς δὲ Θεοὺς οὔτε παλαιὰν οὔτε ¹⁵ καινὴν διαθήκην κηρύττουσαν.

Οὐ μείον δ' ἂν τις καταμέμφοιτο καὶ τοὺς ποίημα τὸν υἱὸν εἶναι δοξάζοντας, καὶ γεγονέναι τὸν Κύριον, ὥσπερ ἓν τι ὄντως γενομένων, νομίζοντας· τῶν θείων

tres Deos quodam modo prædicant, dum sanctam unitatem in tres diversas hypostases, ab invicem omnino separatas dividunt. Necesse est enim divinum Verbum Deo universorum esse unitum, et Spiritum Sanctum in Deo manere et inhabitare: adeoque divinam Trinitatem in unum, quasi in quemdam verticem, hoc est in Deum universorum omnipotentem reduci atque colligi. Insipientis enim Marcionis doctrina, quæ in tria principia

monarchiam secat et dividit, ²⁰ diabolica sane est, non autem verorum Christi discipulorum, vel eorum quibus Salvatoris disciplina placet. Hi enim probe norunt Trinitatem quidem in divina Scriptura prædicari, tres autem esse Deos neque in veteri neque in novo Testamento doceri. ²⁵

Sed neque minus culpandi ³⁰ sunt, qui Filium opus esse existimant, et Dominum factum esse, sicut unum eorum quæ vere facta sunt, arbitrantur:

λογίων γέννησιν αὐτῷ τὴν ἀρμόττουσαν καὶ πρέπουσαν, ἀλλ' οὐχὶ πλάσιν τινὰ καὶ ποίησιν προσμαρτυρούντων. βλάσφημον οὖν οὐ τὸ τυχόν, μέγιστον μὲν οὖν, χειροποίητον τρόπον τινὰ λέγειν τὸν Κύριον.
 5 εἰ γὰρ γέγονεν υἱὸς, ἦν ὅτε οὐκ ἦν· ἀεὶ δὲ ἦν, εἴ γε
 ἂ ἐν τῷ πατρὶ ἐστίν, ὡς αὐτὸς φησί. καὶ εἰ λόγος καὶ σοφία καὶ δύναμις ὁ Χριστός· (ταῦτα γὰρ εἶναι τὸν Χριστὸν αἱ θεῖαι λέγουσι γραφαὶ, ὥσπερ ἐπίστασθε)· ταῦτα δὲ δυνάμεις οὔσαι τοῦ Θεοῦ τυγ-
 10 χάνουσιν· εἰ τοίνυν γέγονεν ὁ υἱὸς, ἦν ὅτε οὐκ ἦν ταῦτα. ἦν ἄρα καιρὸς, ὅτε χωρὶς τούτων ἦν ὁ Θεός· ἀτοπώτατον δὲ τοῦτο. καὶ τί ἂν ἐπὶ πλέον περὶ τούτων πρὸς ὑμᾶς διαλεγοίμην, πρὸς ἄνδρας πνευματοφόρους καὶ σαφῶς ἐπισταμένους τὰς ἀτοπίας
 15 τὰς ἐκ τοῦ ποίημα λέγειν τὸν υἱὸν ἀνακυπτούσας; αἷς μοι δοκοῦσι μὴ προσεσχηκέναι τὸν νοῦν οἱ καθηγησάμενοι τῆς δόξης ταύτης, καὶ διὰ τοῦτο κομιδῇ τοῦ ἀληθοῦς διημαρτηκέναι, ἐτέρως ἢ βούλεται ταύτη

cum illum genitum esse, ut
 20 congruit ac decet, non conditum aut factum, divina eloquia testentur. Non levis igitur, sed maxima est impietas, Dominum aliquo modo manufactum dicere. Nam si factus est filius, erat tempus quando non erat: atqui fuit semper, si utique est, ut ipse declarat, in Patre. Et si Christus verbum,
 25 sapientia et virtus est; hæc enim Christum esse divinæ docent litteræ, ut ipsi nostis; hæc sane virtutes Dei sunt.

Quocirca si factus est Filius; fuit tempus quando hæc non erant; adeoque fuit tempus, quo sine his erat Deus: quod perabsurdum est. Sed quid pluribus de his apud vos disse-ram, viros Spiritu plenos, et apprime intelligentes quæ sequuntur absurda ex illa sententia, quæ Filium factum asserit? Ad hæc minime attendisse mihi videntur opinionis hujus duces; et idcirco a veritate prorsus aberrasse, qui aliter, quam quod sibi vult divina

(for. αὐτῇ) ἡ θεία καὶ προφητικὴ γραφὴ, τὸ, ^b Κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ, ἐκδεξάμενοι. οὐ μία γὰρ ἡ τοῦ Ἐκτισεν, ὡς ἴστε σημασία. Ἐκτισε γὰρ ἐνταῦθα ἀκουστέον, ἀντὶ τοῦ ἐπέστησε τοῖς ὑπ' αὐτοῦ γεγυνοσιν ἔργοις, γεγυνοσὶ δὲ δι' αὐτοῦ τοῦ υἱοῦ οὐχὶ δέ γε τὸ ἔκτισε νῦν λέγοιτ' ἂν ἐπὶ τοῦ ἐποίησε· διαφέρει γὰρ τοῦ ποιῆσαι τὸ κτίσαι. ^c Οὐκ αὐτὸς οὗτός σου πατὴρ ἐκτήσατό σε, καὶ ἐποίησέ σε καὶ ἔκτισέ σε; τῇ ἐν τῷ Δευτερονομίῳ μεγάλη ὡδῇ ὁ Μωσῆς φησί. πρὸς οὓς καὶ εἶποι ἄν τις· ὡ³ ¹⁰ ῥιψοκίνδυνοι ἄνθρωποι· ποίημα ^d ὁ πρωτότοκος πάσης κτίσεως, ^e ὁ ἐκ γαστρὸς πρὸ ἑωσφόρου γεννηθεὶς, ὁ εἰπὼν ὡς σοφία, ^f Πρὸ δὲ πάντων βουνῶν γεννᾶ με; καὶ πολλαχοῦ δὲ τῶν θείων λογίων γεγεννησθαι, ἀλλ' οὐ γεγυνοῦναι τὸν υἱὸν λεγόμε- ¹⁵ νον εὔροι τις ἄν. ὑφ' ὧν καταφανῶς ἐλέγχονται τὰ ψεύδη περὶ τῆς τοῦ Κυρίου γεννήσεως ὑπολαμβά-

et prophetica Scriptura, explicant illud, *Dominus creavit me principium viarum suarum.* Non enim una est, ut scitis, verbi *creavit* significatio. Nam hoc in loco *creavit* idem est, quod præfecit operibus ab ipso factis, factis, inquam, per ipsum Filium. At hic *creavit* non perinde intelligendum est, atque *fecit*. Facere enim et creare inter se differunt. *Nonne ipse ille pater tuus possedit te, et fecit te, et creavit te?* ait

Moyses in magno Deuteronomii carmine. Sic etiam illos recte quis possit coarguere: O præ- ²⁰ cipites temerarii que homines! ergone facta res est *primogenitus omnis creatura, ex utero ante luciferum genitus*, qui ut sapientia dicit, *Ante omnes col- ²⁵ les gignit me?* Denique multis in locis divinorum eloquiorum eum genitum dici, at nusquam factum filium, quis legerit. Ex quibus aperte convincuntur ³⁰ falsa de Domini generatione

^b Prov. viii. 22.

^c Psal. cix. 3.

^e Deut. xxxii. 6.

^f Prov. viii. 26.

^d Coloss. i. 15.

νοντες, οἱ ποιήσιν, αὐτοῦ τὴν θείαν καὶ ἄρρητον
γέννησιν λέγειν τολμῶντες.

Οὗτ' οὖν καταμερίζειν χρὴ εἰς τρεῖς Θεότητας τὴν
θαυμαστὴν καὶ θείαν Μονάδα· οὔτε ποιήσει κωλύειν
5 (for. κολούειν) τὸ ἀξίωμα καὶ τὸ ὑπέρβαλλον μέγε-
θος τοῦ Κυρίου· ἀλλὰ πεπιστευκέναι, εἰς Θεὸν
πατέρα παντοκράτορα, καὶ εἰς Χριστὸν Ἰησοῦν τὸν
υἱὸν αὐτοῦ, καὶ εἰς τὸ ἅγιον Πνεῦμα· ἠνώσθαι δὲ τῷ
Θεῷ τῶν ὄλων τὸν Λόγον· ^g ἐγὼ γὰρ, φησὶ, καὶ ὁ
10 πατὴρ ἓν ἐσμεν· ^h καὶ ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ, καὶ ὁ πατὴρ
ἐν ἐμοί. οὕτω γὰρ ἂν καὶ ἡ θεία Τριάς, καὶ τὸ ἅγιον
κήρυγμα τῆς μοναρχίας διασώζοιτο. Extant hæc apud
S. Athanasium *Epistola de Decretis Nicænæ Synodi.* cap. xxvi.
p. 231. ed. Benedictin.

15 opinari, qui divinam atque in-
explicabilem ejus generationem
factionem audent dicere.

Neque igitur admirabilis et
divina unitas in tres divinitates
20 est separanda, neque factionis
vocabulo dignitas ac summa
magnitudo Domini est diminu-
enda: sed credendum est in
Deum Patrem omnipotentem,

et in Christum Jesum ejus fili-
um, et in Spiritum Sanctum:
Verbum autem Deo universorum
esse unitum. Quippe *ego,*
inquit, *et Pater unum sumus:*
et, *Ego in Patre, et Pater in me*
est. Ita scilicet divina Trini-
tas et sancta monarchiæ præ-
dicatio integra servabitur.

^g Joan. x. 30.

^h Joan. xiv. 10.

25 Scriptoribus illustribus, qui in Doxologia afferenda cum
Spiritu S. voculam *σὺν* vel *καὶ* posuerint, annumerat Dio-
nysium Romanum S. Basilius M. Libro *De Spiritu S.* cap.
29. num. 71. et 72. pag. 60. edit. Benedictin.

ANNOTATIONES

IN DIONYSII ROM. EXCERPTUM.

P. 373. l. 1. DIONYSII] Cum narrasset Eusebius ex epistola Dionysii Alexandrini ad cognominem Romanum, lib. vii. *Hist. Eccl.* cap. 8. ipsum hunc Romanum testimonio Alexandrini præsulis *eruditissimum planeque admirandum virum* fuisse, Petrus Coustantius, qui in *Romanorum Epistolis Pontificum* excerptum, quod sequitur, Dionysianum posuit, hæc adnotavit. “ Eruditionis singularis
“ laudem, quam Eusebius Dionysii Alexandrini testimonio
“ fultus Dionysio nostro attribuit, vel quod ex ejus scriptis
“ superest fragmentum, illi satis superque conciliat. In
“ eo dum Sabelliana profigare studet commenta, simul et
“ Arii et Tritheitarum placita prævertit atque pervertit,
“ ac Nicænæ synodo, quam postea sequeretur ceterisque
“ sequendam decerneret fidem, præmonstravit.” P. 271. Sed hoc loco minime omittenda sunt, quæ idem attulit Coustantius ad originem hujusce scripti pertinentia in Notitia Epistolarum Dionysii Romani.

“ *Dionysius Alexandrinus antistes, ubi apud Ptolemæidem
“ Pentapoleos urbem exortam audivit Sabellii hæresim, quæ
“ sanctæ Trinitatis personas confundebat, de hac Xystum
“ papam certiolem facere, et quasdam ea de causa epistolas a
“ se conscriptas ei mittere festinavit. Teste autem Eusebio,
“ a Dionysio Alexandrino epistolæ contra Sabellium scriptæ*

“ sunt ad Ammonem Berenicensem (*in Pentapoli*) episco-
 “ pum, una ad Telesphorum, ad Euphranorem altera, et
 “ alia rursus ad Ammonem et Euporum. *Nominatim vero*
 “ *epistolis ejus ad Ammonem et Euphranorem nonnulli moti,*
 “ *illum ad Romanum pontificem detulerunt. Dionysius vero*
 “ *Romanus rem satis gravem duxit, ut Alexandrinum, prius*
 “ *concilio habito, commonere non differret.*

“ *Epistolæ illius causam et occasionem Athanasius in epi-*
 “ *stola de sententia Dionysii n. 13. exponit in hunc modum :*
 “ Cum Dionysius Alexandrinus contra Sabellii hæresim ad
 “ Ammonem et Euphranorem studio religionis permotus
 “ scripsisset, quidam ex ecclesia fratres, sanæ quidem doe-
 “ trinæ homines, non sciscitati tamen eum (*Dionysium*
 “ *Alex.*) qua de causa ita scripsisset, Romam se contulere,
 “ illumque apud cognominem Dionysium Romanum epi-
 “ scopum accusarunt, *quod nimirum, ut et Athanasius ibid.*
 “ *n. 4. prodit, in prædicta epistola n. 4. dixisset, opus et*
 “ *rem factam esse Filium Dei, non natura proprium, sed*
 “ *alienum a Patre secundum substantiam, qualis est agri-*
 “ *cola a vite, et faber a scapha: etenim cum sit res facta ;*
 “ *non erat antequam fieret. Quibus auditis, inquit Atha-*
 “ *nasius n. 13. Dionysius Romæ episcopus scripsit et contra*
 “ *Sabellii sectatores, et contra eos qui ejus essent senten-*
 “ *tixæ, (cujus Dionysius Alexandrinus assertor putabatur, et)*
 “ *ob quam Arius postea ab ecclesia ejectus est. Scripsit*
 “ *quoque ad Dionysium (Alexandrinum) litteras, ut ex-*
 “ *planaret ea de quibus ab illis (fratribus supra memoratis)*
 “ *accusatus fuerat. De iisdem litteris idem Athanasius lib.*
 “ *de Synodis n. 43. hæc memorix commendavit: cum autem*
 “ *quidam ad Romanum episcopum de Alexandrino detu-*
 “ *lissent, quod Filium rem factam et Patri non consub-*
 “ *stantialem affirmaret, Romana synodus rem indigne*
 “ *tulit; Romanus autem episcopus scriptis ad cognomi-*
 “ *nem suum litteris omnium (ea de re) sententiam notam*
 “ *ei fecit.”* Hæc COUSTANTIUS.

Ille autem purgandi sui causa, pergit scribere Athana-
sius, τὸ βιβλίον ἐπιγράφει ἐλέγχου καὶ ἀπολογίας: de quo
libro plura adnotaveram ad ejus reliquias, priusquam novi

omnia Dionysii Alex. fragmenta separatim edita Romæ prodidiisse. Tantum dicam, mihi olim id certum visum esse post lecta non tantum illa apologetica, sed etiam cetera Dionysiana scripta, Dionysium, qui dubio procul cum Sabellico adversario suo haud sensit, contra a partibus non stetisse Arii, quippe cum Christum ὁμοούσιον Deo patri esse in hoc opere suo περὶ Ἐλέγχου καὶ Ἀπολογίας confiteretur; nec denique Paulo Samosateno, *humiliter et abjecte de Christo sentienti*, (Eusebii verba sunt lib. vii. *Hist.* c. 27.) vel minime favisse, quum Paulum tam aperte neglexerit, atque contemptui habuerit. Concilium autem in causa Dionysii Romanum habitum est anno Christi 260. ut placet Basnagio in *Annal.* tom. ii. p. 400. De cognitione vero, quam instituerunt Romani, ita scribit Is. Casaubonus in opusculo vere aureo *De Libertate Ecclesiastica* appellato, ubi de jure τῆς καθόλου ἐπισκοπῆς agitur, “ quo jure (ait ille) hoc sibi “ interdum antistites illorum temporum sumebant, ut si “ quis episcopus in alia provincia male sentire de fide “ diceretur, accusationem ejusmodi non plane rejicerent, “ sed pertinere ad se cum maxime putarent: idcirco “ Dionysius Romanus Pontifex, quum a Pentapolitanis “ accepisset, Dionysium Alexandriæ episcopum de natura “ Christi perperam sentire ac scribere; delationem hanc, “ licet falsam et calumniosam, ut exitus probavit, non neg- “ lexit; sed veræ doctrinæ patrociniū simul suscepit, ac “ falsam scripto confutavit: et cum eo qui fuerat delatus “ per literas egit: auctor Athanasius (in lib. *De Sententiæ “ Dionysii*, et alibi).” Hæc vir magnus cap. iii. §. iv. pag. 186. edit. an. 1607. Ad alios præter præsulem Romanum mittere apologias super eadem re coactum esse Dionysium, ex eodem Athanasii libro num. xix. p. 256. ed. Benedictin. colligitur, ubi refert illum Athanasius nonnullas scripsisse epistolas, quibus similes eriminationes adversariorum fuerint dilutæ, antequam celebrem epistolam Ἐλέγχου καὶ Ἀπολογίας ad Romanum Dionysium dedisset. Harum vero ipsarum ibi memoratarum, nunc autem deperditarum, una fortassis erat illa, quam memorat conscripsisse se ad eundem Romanum præsulem ipse quoque episcopus Alex-

andrinus in excerptis illius epistolæ sive apologiæ, num. xviii. p. 255. vel infra p. 392. Ceterum Gallandius in tomo iii. *Biblioth. Patrum* suæ hoc Dionysii Romani fragmentum, una cum Coustantii notitia animadversionibusque reposuit; quod mihi constitit post opus peractum meum.

P. 373. l. 5. [Ἐξῆς δ' ἀν εἰκότως &c.] Insigne istud fragmentum debemus Athanasio, a quo in epistola de decretis Nicænae synodi n. 26. sic laudatur: *Dionysius quoque Romæ episcopus, scribens contra Sabellianos, adversus illos qui talia . . . (scilicet Verbum factum et creatum esse) audent dicere, indignatur his verbis.* Ex eo opere excerptum est, quod idem Athanasius epist. de sententia Dion. n. 13. *contra Sabellianos, et eos qui ejus essent sententiæ ob quam Arius ab ecclesia postea ejectus est, scriptum dicit; quodque ab epistola ejusdem pontificis ad Dionysium Alexandrinum simul missa distinguendum esse hic probabimus.* Scriptum istud ab epistola ad Dionysium, quam Athanasius exinde memorat, distinguendum esse Baronius censet: alii de hac re dubitant. Sed potior nobis videtur Baronii sententia. Primo enim Athanasius Dionysii Romani contra Sabellianos opus simplici verbo ἔγραψε designat; ac deinde adjicit, ἐπέστειλε δὲ καὶ Διονυσίῳ, ubi particulæ δὲ καὶ distinctum quid notant, verbum ἐπέστειλε *epistolam scripsit* proprie sonat, ac subjecta vox Διονυσίῳ, cui inscripta erat epistola illa indicat. Ipsa etiam decori ratio, immo et æquitas postulabat, ut Romanus Pontifex tantæ sedis antistiti, qualis erat Alexandrinus, tanti meriti tamque arta cum Romanis præsulibus amicitia devincto, qualis erat Dionysius, ea quæ adversus illum dicta fuerant, et quæ de iis esset Romana sententia, privatis litteris, non publico scripto nota faceret. Præterea Dionysius Romanus in opere contra Sabellianos non unum singularem episcopum, sed plures alloquitur. Denique in Dionysium seu Romanum seu Alexandrinum minime convenit subnexi fragmenti exordium, in quo Dionysius Romanus tres deitates a quibusdam induci præfatus, statim adjungit: *Audio enim quosdam, qui divinum verbum apud vos prædicant et docent, hujus opinionis magistros esse.* Non enim is

amicum vagis ac generalibus hujusmodi verbis arguebat, sed speciales ipsi mittebat sententias ex scriptis illius excerptas, et ut eas explanaret admonebat. In hoc opere Dionysius Tritheitarum dogma, cui Alexandrinus præsul favere videbatur, ita refellit, ut et Sabellianorum sententiam, quam impugnabat idem antistes, simul confutet. Eaque agendi ratione defensoribus ecclesiæ magno documento fuit, quo contra hæreses ea prudentia sibi decertandum esse scirent, ut et oppositas non modo caverent, verum etiam simul debellarent. Fragmenti hujus stilus epistolam sapit, tractatus ac disceptationis fusioris more conscriptam, quales Dionysius Alexandrinus, scribens ad Xystum, fuisse docet epistolas, quas adversus nascentem Sabellii hæresim miserat. Vel ad eas Pentapoleos ecclesias, in quibus orta et propagata erat Sabellii hæresis, vel ad ipsam Alexandrinam, cui præerat Dionysius, vel ad ejus delatores probabiliter missa est. Ad initium pontificatus Dionysii una cum superiore videtur referenda, utpote cui occasionem dedit accusatio, quam litteræ Xysto papæ missæ pepererunt. CONSTANT. Huic Dionysii Romani Excerpto Athanasius ipse, quæ proxime sequuntur, præfatus est: Ὅτι δὲ οὐ ποίημα οὐδὲ κτίσμα ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, ἀλλὰ ἴδιον τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας γέννημα ἀδιαίρετόν ἐστιν, ὡς ἔγραψεν ἡ μεγάλη σύνοδος, ἰδοὺ καὶ ὁ τῆς Ῥώμης ἐπίσκοπος Διονύσιος γράφων κατὰ τῶν τὰ τοῦ Σαβελλίου φρονούντων, σχετλιάζει κατὰ τῶν ταῦτα τολμώντων λέγειν, καὶ φησιν οὕτως: ἘΞΗΣ δ' ἂν εἰκότως &c. *Quod autem Dei Verbum nec factum nec creatum sit, sed proprius et individuus Patris substantiæ factus, ut scripsit magna Synodus, ecce Dionysius quoque Romæ episcopus scribens contra Sabellianos, his verbis adversus illos indignatur qui talia audent dicere; JAM vero æquum fuerit &c.* Fere profecto indigna est, quæ hic memoretur suspicio τῆς νοθείας in hanc epistolam a Guillelmo Whistone ex usu vocabulorum τρίας et μόνas, et ἀχώριστον, et ἀδιαίρετον ducta, cui bene opposuit scriptorem antiquiorem vel Dionysio Tertullianum *adrs. Praxeam* eapp. 3. et 8. atque itidem Origenem, ccl. Hickesius in *Narratione de Grabio, et MSSis Ejus*, Anglice ab Hickesio conscripta,

pag. 50. et 67. quæ quidem Narratio *Exemplis Omissionum Whistoni* a Grabio congestis præmissa est. Alia porro exempla harum vocum usus præbet Dionysius Alexandrinus in Fragmentis tam *Epistolæ ad Euphranorem* quam *Epistolæ Quadrupartitæ*, cui quidem posteriori operi acere sed irritum bellum intulit idem Whistonus. Vide *Epist. ejus ad Thirlbium* v. cl. p. 9.

P. 373. l. 5. τοὺς διαιροῦντας] Codex Reg. τοὺς καταδιαιροῦντας. MONTFAUCON. Qui deerat in *editis* articulus, hunc fide hujus codicis nixus in textum recepi.

Ibid. l. 7. τὴν μοναρχίαν] Infra habet auctor fine ipso Fragmenti, τὸ ἄγιον κήρυγμα τῆς μοναρχίας. Vocem Τρίλας etiam sæculo ecclesiæ secundo Theophilum Antiochenum adhibuisse, notum est. Et ante Theophilum Athenagoras in *Legatione pro Christianis* hæc scripserat: Τίς οὖν οὐκ ἂν ἀπόρησαι. λεγόντας Θεὸν πατέρα, καὶ υἷὸν Θεοῦ, καὶ Πνεῦμα ἄγιον, δεικνύντας αὐτῶν καὶ τὴν ἐν τῇ ἘΝΩΣΕΙ δύναμιν, καὶ τὴν ἐν τῇ τάξει ΔΙΑΙΠΕΣΙΝ, ἀκούσας ἀθέους καλουμένους; §. 10. Vid. et horum gemina in §. 11.

Ibid. l. 9. ὑποστάσεις] Dionysius noster hic *cum tota secularium schola*, ut Hieronymi ad Damasum epist. x. n. 4. verbis utar, *nihil aliud hypostasim nisi usiam novit*, et cum ecclesia tota sacrilegam trium substantiarum prædicationem, prout *substantia* voci Græcæ οὐσία respondet, averatur. Jam tum tamen in ecclesia, saltem Alexandrina, usu receptum erat, ut ὑποστάσεως vocabulum ad personam significandam assumeretur. Id certe colligitur ex his Origenis in Johan. tract. 2. *Tres personas (τρεις ὑποστάσεις) Patrem et Filium et Spiritum esse credimus*. Idem et lib. viii. contra Celsum, Patrem et Filium δύο τῇ ὑποστάσει πράγματα affirmat. Ipse Dionysius Alexandr. [in sermone *περὶ ἐλέγχου καὶ ἀπολογίας* apud *Basil. M. De Spiritu S. c. 29.* ad quod quidem excerptum similia his adnotavit Coustantius de diversitate sensus, qua opinatus ille est Dionysium eodem ὑποστάσεως vocabulo usum esse.] εἰ τῷ τρεῖς εἶναι τὰς ὑποστάσεις [μεμερισμένας λέγουσι, τρεῖς εἰσὶ, καὶ μὴ θέλωσιν, ἢ τὴν Θεῖαν τριάδα παντελῶς ἀνελέτωσαν,] eodem intellectu dicit. Unde suspicio est id, quod nunc

disserit Dionysius Romanus, in Alexandrinum cadere, qui cum in Deo *τρεις υποστάσεις* prædicaret, velut trium substantiarum seu essentialium divinarum triumque deitatum assertor, ac monarchiæ destructor audire cœpit, quoad se ab hac opinione purgaret. Immo Basilius epist. xli. eum antea *usivæ* seu *essentialis diversitatem* inter divinas personas posuisse docet. Ubi vero Græcos *υποστάσεως* nomine personam intelligere constitit, etiam Latini *substantiæ* vocabulum ad eundem intellectum accommodare non dubitarunt, ut liquet nominatim de Augustino lib. vii. de Trin. c. 5. n. 9. COUSTANT. At veriora istis, etsi usurpari voces *ουσία* et *φύσις* pro *υποστάσει persona subsistente*, ut ex Photio supra notavi, pag. 323. solitæ sunt, de Dionysii Romani sententia scripsit postea cl. Maranus in Præfat. ad Tomum Tertium *Op. S. Basilii M.* “ S. Basilius in libro de Spiritu “ Sancto, cap. 29. citat illud Dionysii, *εἰ τῶ τρεῖς εἶναι τὰς “ υποστάσεις, &c.* Tres ergo hypostases admittit Dionysius Alexandrinus, sed eos refellit, qui ex eo quod tres “ sint, divisas esse contendebant, quasi non una esset in “ tribus essentia. Atque id quidem accurate observandum, “ ut perspiciamus quam immerito Dionysium Romanum “ cum Alexandrino pugnare existiment duo eximii scriptores, Petavius lib. iv. de Trin. cap. 1. et Pet. Coustant. “ Epist. Rom. p. 290.” [Addas his scriptoribus Tillemont. *Mem. Eccl. Vit. Dion. Al. §. 15. ad fin.*] “ Uterque enim “ unam hypostasim asseri contendit a Dionysio Romano in “ hoc testimonio apud Athanas. *ἐξῆς δ’ ἂν εἰκότως λέγοιμι “ καὶ πρὸς διαιροῦντας &c.* Nulla sane inter utrumque “ Dionysium sententiæ varietas; uterque hypostases divisas vituperat: neque una hypostasis Romano affingi “ potest, cum idem prorsus dicat ac Alexandrinus. Sed “ potius ex eo quod tres hypostases divisas refellat, non “ obscura conclusio est nihil cum reprehensurum fuisse, si “ una in tribus hypostasibus essentia fuisset admissa.” p. vi. Ita recte, ni fallor, Maranus. Est aliud præterea dictum Dionysii Alex. a Basilio M. ibidem allatum, quod his pauculis verbis constat, *Θειοτάτη γὰρ διὰ τοῦτο, μετὰ τὴν Μονάδα καὶ ἡ Τρίαις.* infra p. 397.

P. 373. l. 13. αὐτὸν τὸν υἱὸν εἶναι λέγων τὸν πατέρα] Uno verbo hanc Sabellii hæresim enuntiant Ariani apud Athanasium lib. de Synod. n. 16. dicentes illum ἑνωπάτορα prædicare, quod Hilarius lib. iv. de Trin. n. 12. Latine convertit, *ipsum dixit Filium quem Patrem*. COUSTANT.

P. 374. l. 9. Μαρκίωνος γὰρ &c.] Notior est Marcionis hæresis, qua duo principia, unum boni, alterum mali somniavit. Cyrillus tamen Jerosol. licet catech. 6. n. 16. hanc ejus doctrinam notans, dicat eum *diversos Deos statuisset, alterum bonum, et alterum justum*, hoc est unum durum et severe punientem, alterum benignum et ad misericordiam propensum, catech. 16. n. 4. de discipulis illius præmittit, *Nos tres Deos annuntiamus, sileant Marcionistæ*, tum n. 7. de ipso magistro subjicit, *Impiissimus Marcion tres Deos esse primus asseruit*. Qua autem ratione hoc ab eo assere retur, Epiphanius hæ. 42. n. 3. exponit. Verum Rhodon quidam Marcioni suppar apud Eusebium lib. v. c. 13. primum scribit, *Alii perinde ac Marcion duo inducunt principia*; ac paulo post adjungit, *Alii rursus ab his tamquam tempestate in pejus abrepti; non duas solum, sed tres naturas posuerunt: quorum princeps et antesignanus est Syneros*. Augustinus vero lib. de hæ. c. 22. Epiphaniæ Eusebiique sententias sic perstringit: *Quamvis Epiphanius eum (Marcionem) tria dicat asseruisse principia, bonum, justum, prævum: sed Eusebius Synerum quemdam, non Marcionem, trium principiorum atque naturarum scribit auctorem*. COUSTANT. Quod hic a Dionysio de Marcione refertur, tres illum principales οὐσίας docuisse, id itidem Narcisso Ariano exprobrabat Marcellus Ancyranus episcopus. Vid. Marcelliana Fragmenta a cl. Rettburgo collecta, Gottingæ 1794. Fragm. 70. et 71.

Ibid. l. 10. τῆς μοναρχίας] Superius quidem Dionysius tres personas divinas sic distinguit, ut *Dei universorum* appellationem Patri tribuere videatur: at subinde mentem suam explicans, divinam Trinitatem in unitatem naturæ, qua fit ut unus *universorum Deus* sit, convenire aperte docet. Quod cum ita sit, cumque idem sanctus pontifex *tria principia* respuat; quid *monarchiæ* nomine sibi velit,

satis indicat, nempe unicum ab ecclesia credi rerum omnium principium. Nec ab hac sententia discrepat quod Tertullianus contra Praxeam c. 3. dicit: *Monarchiam nihil aliud significare scio, quam singulare et unicum imperium.* Ideo enim unicum est imperium, quia principium est unicum. Notandum vero quomodo Tertullianus monarchiæ prædicationem cum Trinitatis fide conciliet atque componat. Exprobrarat illi Praxeas, quod monarchiam destrueret. Cui ille, *Qui filium, inquit, non aliunde deduco, sed de SUBSTANTIA PATRIS, nihil facientem sine Patris voluntate, omnem a Patre consecutum potestatem, quomodo possum de fide destruere monarchiam, quam a Patre Filio traditam in Filio seruo? Hoc mihi et in tertium gradum dictum sit, quia Spiritum non aliunde puto, quam a Patre per Filium. Vide ergo ne tu potius monarchiam destruas.* Quo ex loco perspicuum est, et Tertullianum et Praxeam sibi mutuo objectasse, quod monarchiam destruerent; utrique vero fuisse persuasum, fidem ab eo funditus destrui, qui monarchiam destrueret. Valde igitur hallucinatur nuper scriptor, qui ex male intellecto libri contra Prax. c. 10. loco, in quo Praxeas ejusque asseclæ *vanissimi Monarchiani* nuncupantur, monarchiæ assertores non secus atque hæreticos habendos, et ita a Tertulliano habitos esse contendit. Neque vero ille eis vitio vertit, quod monarchiam tenere se profiteantur, sed quod abjecta ejus vera fide illam *vanissime* profiteantur; eo fere modo quo quis Christianum sibi nomen arrogantes, atque alienam a Christianis moribus ac fide ducentes vitam, recte falsos ac vanissimos Christianos appellaret, neque tamen Christianum nomen culpæ aut respuere censeretur. Sic nec Prophetas damnat, qui falsos Prophetas vituperat. Sed de his satis. Certe Dionysio nostro *monarchia est augustissima ecclesiæ Dei prædicatio.* Justini martyris exstat liber *de monarchia Dei* ab Eusebio et Hieronymo laudatus. Irenæus quoque, eodem Eusebio teste lib. v. hist. c. 20. epistolam ad Florinum *de monarchia* inscripserat. Tatianus Or. contra gentes inter multa, quibus sibi exploratam divinarum litterarum veritatem atque indubitam docet, hoc etiam

commemorat, quod *unam universorum monarchiam* (τῶν ὅλων τὸ μοναρχικὸν) *statuerent*. Ne Apelles quidem Marcionis discipulus in colloquio, quod cum Rodone habuit, hanc inficiari ausus est monarchiæ, seu unici principii doctrinam. Ipso quippe Rodone teste apud Eusebium lib. v. c. 13. *unum principium esse dicebat sicut et nostra religio*. Athanasius similiter Or. 4. cont. Arian. n. 1. in Deo *proprie monarchiam esse probat*. Et in Oratione contra gentes, eum qui monarchiam negaverit, atheon habendum esse non obscure docet his verbis, ὡσπερ ἐλέγομεν τὴν πολυθεότητα ἀθεότητα, οὕτως ἀνάγκη τὴν πολυαρχίαν ἀναρχίαν εἶναι. Basilius lib. de Spir. S. cap. 18. hoc sibi probandum proponit, *quomodo in Deo et personas profiteamur, nec primum monarchiæ dogma excidit, καὶ τὸ εὐσεβὲς δόγμα τῆς μοναρχίας οὐ διαπίπτει*. Eadem est Gregorii Nazianz. doctrina tum Orat. 23. tum Orat. 37. ubi objectum illud diluit, εἰ Θεὸς, καὶ Θεὸς, καὶ Θεὸς, πῶς οὐ τρεῖς θεοὶ, ἢ πῶς οὐ πολυαρχία τὸ δοξαζόμενον; Monet et Gregorius Nyss. Or. catech. c. 3. *ut neque monarchiæ dominatus scindatur in diversas dissectus divinitates*. His concinit Cyrillus Jerosol. catech. 6. *In monarchia autem prædicanda, inquit Epiphanius hæc. 62. n. 3. non aberramus: sed una Trinitatem prædicamus*. Aliorum mitto ea de re testimonia: allatis tantum addo illud Augustini lib. 20, cont. Faust. c. 19. *Discat ergo Faustus, vel potius illi qui ejus litteris delectantur, monarchiæ opinionem nos ex gentibus non habere &c.*

COUSTANT.

P. 374. l. 18. δοξάζοντας] Reg. δοξάσαντας. Basil. δοξάζοντες, et alia manu γρ. δοξάσαντας. MONTFAUCON.

Ibid. l. 9. ὡσπερ ἐν τι ὄντως γενομένων] Blasphemiæ huic, quam postea Arius impie propugnavit, oppositam fidem professus esse atque Arianum dogma palam respuisse Ariminensis concilii patribus visus est Valens, cum teste Hieronymo dial. cont. Lucifer. callide clamavit, *Si quis dixerit creaturam filium Dei ut sunt ceteræ creaturæ, anathema sit*. Ubi vero ille cum sociis jactare cœpit, *se Filium non creaturam negasse, sed similem ceteris creaturis*; merito contestabantur episcopi hac fraude delusi, *qui sine con-*

scientia hæretici ferebantur, se nihil mali in sua fide suspicatos. Putavimus, aiebant, sensum congruere verbis: nec in ecclesia Dei, ubi simplicitas, ubi pura confessio est, aliud in corde clausum esse, aliud in labiis proferri timuimus.
 COUSTANT.

P. 375. l. 1. γέννησιν] His concinens Nicæna synodus in symbolo *Filium genitum, non factum* profitetur. Athanasius autem Epist. de Sententia Dion. n. 13. professionem illam primum ab hac synodo excogitatam non esse hinc recte probat. *Cum enim, inquit, Dionysius Romanus episcopus adversus eos etiam scripserit, qui Filium Dei rem creatam et factam dicunt, liquido constat, non nunc primum, sed olim ab omnibus anathemate damnatam esse inimicorum Christi Arianorum hæresim.* COUSTANT.

Ibid. l. 5. ἦν ὅτε οὐκ ἦν] Etiam hic prædamnat Dionysius celebre Arii effatum, ac præludit Nicæno concilio, ad symboli sui calcem anathematizanti τοὺς λέγοντας ἦν ποτὲ, ὅτε οὐκ ἦν. Quocirca cum Valens Arimini in ecclesia clamasset, *Si quis dixerit, Erat tempus quando non erat Filius, anathema sit;* hoc audito, inquit Hieronymus dial. adv. Lucif. *cuncti episcopi et tota simul ecclesia plausu quodam et tripudio Valentis vocem exceperunt, rati videlicet eum plane Arianam hæresim, quæ Filium creatum volebat, his verbis ejurare.* COUSTANT. Quin ex Hieronymo constat, Valentem alia plurima et ipsum pronuntiasse, et Claudio pronuntianti consensisse, quæ cum notis dogmatis istorum hæreticorum a Catholica fide alienis conciliare difficile crediderim. Exempli gratia ipse ait Valens; *Si quis dixerit de nullis extantibus filium, et non de Deo patre, anathema sit: atque Claudio hæc proferenti idem ille assensit; Si quis dixerit filium Dei esse quidem ante omnia sæcula, sed non ante omne omnino tempus, ut ei aliquid anteferat, anathema sit.*

Ibid. l. 6. εἰ λόγος καὶ σοφία καὶ δύναμις ὁ Χριστὸς] Conf. Joan. i. 14. et alibi, et 1 Cor. i. 24. et Dionysium Alex. initio Excerptorum proxime post collocatorum.

Ibid. l. 12 ἀτοπώτατον δὲ τοῦτο] Consulas Bullum, *Fidei Nicænae Defens.* Sect. III. cap. 4. §. 2. p. 175.

P. 375. l. 17. ταύτης] Sic Reg. Alii vero et editi omittunt ταύτης. Mox Reg. pro ἡ habet ἦ. MONTFAUCON. Sed hoc posteriori loco ταύτη in αὐτή mutandum videtur.

P. 376. l. 4. ἀντὶ τοῦ ἐπέστησε] Alterius verbi ἐποίησε Dionysio Al. exprobrati non alia significatio videtur esse in *Epist. ad Heb.* v. 2. Conf. comm. 1—6.

P. 377. l. 4. κωλύειν ἀξίωμα] Anne legendum κολουειν *imminuere* pro κωλύειν?

Ibid l. 15. annumerat Dionysium Romanum S. Basilius M.] Verba ipsa S. Basilius hæc sunt. Ἀναζητῶν δὲ εἴ τις ἄρα τῶν παλαιῶν καὶ μακαρίων ἀνδρῶν ἐχρήσατο ταύταις ταῖς νῦν ἀντελεγόμεναις φωναῖς, πολλοὺς εὗρον καὶ τῇ ἀρχαιότητι τὸ ἀξιόπιστον ἔχοντας, καὶ τῇ τῆς γνώσεως ἀκριβείᾳ οὐ κατὰ τοὺς νῦν ὄντας, ὧν οἱ μὲν τῇ προθέσει, οἱ δὲ τῷ συνδέσμῳ κατὰ τὴν δοξολογίαν τὸν λόγον ἐνώσαντες, οὐδὲν διάφορον δρᾶν, ὡς γε πρὸς τὴν ὀρθὴν τῆς εὐσεβείας ἔννοιαν ἐνομίσθησαν. Εἰρηναῖος ἐκεῖνος, καὶ Κλήμης ὁ Ῥωμαῖος, καὶ Διονύσιος ὁ Ῥωμαῖος, καὶ ὁ Ἀλεξανδρεὺς Διονύσιος. *De Spiritu S. c. 71.*

PROPTEREA quod inter se maxime conjunguntur duæ illæ Dionysiorum epistolæ, una a Romano præsule, altera apologetica ad eundem ab Alexandrino conscripta; quodque ad quæstionem omnium gravissimam ambæ pertinent, Deus sit colendus an creatura; posterioris epistolæ quæ restant omnia subjuncturus sum.

*Ex Dionysii Alexandrini præsulis ad DIONYSIUM ROMANUM
Epistola Quadripartita Ἐλέγχου καὶ Ἀπολογίας quotquot
Ῥήσεις adductæ sunt a SS. Athanasio et Basilio Magno.*

I.

Ex primo libro.

Οὐ γὰρ ἦν ὅτε ὁ Θεὸς οὐκ ἦν πατήρ.

Καὶ τοῦτο οἶδεν (ait Athanasius statim post) ἐν τοῖς ἐξῆς, ἀεὶ τὸν Χριστὸν εἶναι, λόγον ὄντα, καὶ σοφίαν, καὶ δύναμιν. Οὐ γὰρ δὴ τούτων ἄγονος ὦν ὁ Θεός, εἶτα ἐπαιδοποιήσατο, ἀλλ' ὅτι μὴ παρ' ἑαυτοῦ ὁ υἱός, ἀλλ' ἐκ τοῦ πατρὸς ἔχει τὸ εἶναι.

Καὶ μετ' ὀλίγα (pergit dicere Athanasius) πάλιν περὶ τοῦ αὐτοῦ φησίν.

Ἀπαύγασμα δὲ ὦν φωτὸς αἰδίου, πάντως καὶ αὐτὸς αἰδιδίος ἐστίν. ὄντος γὰρ αἰὲ τοῦ φωτὸς, δῆλον ὡς ἔστιν αἰὲ τὸ ἀπαύγασμα. τούτῳ (for. τοῦτο) γὰρ, καὶ ὅτι φῶς ἐστὶ, τῷ καταυγάζειν νοεῖται, καὶ φῶς οὐ δύναται μὴ φωτίζον εἶναι. πάλιν γὰρ ἔλθωμεν ἐπὶ τὰ παραδείγματα. εἰ ἔστιν ἥλιος, ἔστιν ἀγῆ, ἔστιν ἡμέρα· εἰ τοιούτων μηδέν ἐστι, πολὺ γε δεῖ καὶ παρεῖναι ἥλιον. εἰ μὲν οὖν αἰδιδίος ὁ ἥλιος, ἀπαυστος ἂν ἦν καὶ ἡ ἡμέρα. νῦν δὲ, οὐ γάρ ἐστιν, ἀρξαμένου τε ἤρξατο, καὶ παυομένου

Versio a Coustantio in Epp. Pontif. Rom. correcta.

Non enim erat tempus, quando Deus non erat pater.

Profitetur, Christum semper esse, utpote verbum et sapientiam et virtutem. Neque vero Deus cum hæc non peperisset, postea Filium genuit: sed quia Filius non a se ipso, verum a Patre habet esse.

Cum sit splendor lucis æternæ, prorsus et ipse æternus est. Luce enim semper existente, manifestum est et splendorem

semper exsistere: eo quippe lux esse intelligitur, quod splendeat, ac fieri nequit ut lux non luceat. Rursum enim ad exempla veniamus. Si sol est, est quoque splendor, est et dies: horum si nihil est, multum abest ut sol adsit. Quod si sol æternus esset, dies quoque numquam deficeret. Nunc autem (neque enim ita se res habet) dies sole incipiente incipit, ac desinente

παύεται. ὁ δέ γε Θεὸς αἰώνιον ἔστι φῶς, οὔτε ἀρξάμενον, οὔτε λήξόν ποτε. οὐκοῦν αἰώνιον πρόκειται, καὶ σύνεστιν αὐτῷ τὸ ἀπαύγασμα ἀναρχον καὶ ἀειγενὲς, προφαινόμενον αὐτοῦ, ὕπερ ἔστιν ἡ λέγουσα σοφία, ^a Ἐγὼ ἤμην ἢ προσέχαιρε· καθ' ἡμέραν δὲ εὐφραίνομην ἐν προσώπῳ αὐτοῦ ἐν παντὶ καιρῷ.

Καὶ αὐθις ἐπάγει μετ' ὀλίγα (inquit Athanasius) περὶ τοῦ αὐτοῦ λέγων.

Ὅντος οὖν αἰωνίου τοῦ πατρὸς, αἰώνιος ὁ υἱὸς ἔστι, φῶς ἐκ φωτὸς ὦν. ὄντος γὰρ γονέως, ἔστι καὶ τέκνον· εἰ δὲ μὴ τέκνον εἶη, πῶς καὶ τίνος εἶναι δύναται γονεύς; ἀλλ' εἰσὶν ἄμφω, καὶ εἰσὶν ἀεὶ.

Εἶτα πάλιν προστίθησι ταῦτα (Athanasius ait).

Φωτὸς μὲν οὖν ὄντος τοῦ Θεοῦ, ὁ Χριστὸς ἔστιν ἀπαύγασμα. πνεύματος δὲ ὄντος, ^b πνεῦμα γάρ, φησιν, ὁ Θεὸς, ἀναλόγως πάλιν ὁ Χριστὸς ἀτμὶς λέγεται· ^c Ἄτμὶς γάρ, φησὶν, ἔστι τῆς τοῦ Θεοῦ δυνάμεως.

Καὶ ἐκ τοῦ δευτέρου (inquit Athanasius) πάλιν φησί.

— μόνος δὲ ὁ υἱὸς ἀεὶ συνὼν τῷ πατρὶ, καὶ τοῦ ὄντος πληρούμενος, καὶ αὐτὸς ἔστιν, ὦν ἐκ τοῦ πατρὸς. Hæc prolata sunt serie continua a S. Athanasio in Epistola de Sententia Dionysii, num. xv. p. 253. ed. Benedictin.

desinit. Deus autem æterna lux est, quæ neque incæpit, neque deficiet umquam. Ipsi ergo præluceat ac coexistit æternus splendor, qui sine initio existens et semper genitus, ante eum emicat, quique est ea sapientia, quæ dicit, *Ego eram qua gaudebat: et delectabar quotidie ante faciem ejus omni tempore.*

Cum ergo æternus sit Pater, æternus est et Filius, lumen de lumine. Ubi enim est genitor, est et proles. Si autem

proles non est, quomodo et cujus potest esse genitor? Atqui ambo sunt, et semper sunt.

Cum igitur Deus sit lux, Christus est splendor. Cum autem Spiritus sit, *Spiritus* enim, inquit, *est Deus*: congruenter rursum Christus vapor dicitur; *est enim*, inquit, *vapor virtutis Dei.*

Solus autem Filius semper coexistens Patri, et plenus eo qui est, ipse etiam est, cum sit ex Patre.

^a Prov. viii. 30.

^b Johan. iv. 24.

^c Sap. vii. 25.

II.

Ex eodem libro primo.

Πλὴν ἐγὼ γενητά τινα καὶ ποιητά τινα φήσας νοεῖσθαι, τῶν μὲν τοιούτων ὡς ἀχρειότερων ἐξ ἐπιδρομῆς εἶπον παραδείγματα· ἐπεὶ μήτε τὸ φυτὸν ἔφην (adderem τὸ αὐτὸ εἶναι) τῷ γεωργῷ, μήτε τῷ ναυπηγῷ τὸ σκάφος. Εἶτα τοῖς ἰκνουμένοις καὶ προσφυστέρους ἐνδιέτριψα· καὶ πλέον διεξῆλθον περὶ τῶν ἀληθεστέρων, ποικίλα προσεπεξευρὼν τεκμήρια, ἅπερ καὶ σοὶ δι' ἄλλης ἐπιστολῆς ἔγραψα· ἐν οἷς ἤλεγξα, καὶ ὃ προφέρουσιν ἔγκλημα κατ' ἐμοῦ ψεῦδος ὄν, ὡς οὐ λέγοντος τὸν Χριστὸν ὍΜΟΟΥΣΙΟΝ εἶναι τῷ Θεῷ. εἰ γὰρ καὶ τὸ ὄνομα τοῦτό φημι μὴ εὐρηκέναι, μὴδ' ἀνεγνωκέναι που τῶν ἀγίων γραφῶν, ἄλλα γε τὰ ἐπιχειρήματά μου τὰ ἐξῆς, ἃ σεσιωπήκασι, τῆς διανοίας ταύτης οὐκ ἀπάδει. καὶ γὰρ ἀνθρωπεῖαν γονὴν παρεθέμην, δῆλον ὡς οὖσαν ὁμογενῆ· φήσας πάντως τοὺς γονεῖς μόνον ἐτέρους εἶναι τῶν τέκνων, ὅτι μὴ αὐτοὶ εἶεν τὰ τέκνα, ἢ μήτε γονεῖς ἀναγκαῖον ὑπάρχειν εἶναι μήτε τέκνα. καὶ τὴν μὲν ἐπιστολὴν, ὡς προεῖπον, διὰ τὰς περιστάσεις οὐκ ἔχω προκομίσαι·

Ceterum ubi res factas et opificia quædam consideranda dixi, hujusmodi rerum velut minus idonearum cursim protuli exempla, quando dixi: neque planta id est quod agricola, neque scapha id quod navium faber. Deinde congruis et naturæ rei accommodatioribus magis sum immoratus, ac pluribus explicui quæ veriora erant, variis excogitatis argumentis, quæ et tibi in alia epistola exposui; in quibus mendacii convici etiam illud quod adversum me proferunt crimen, me scilicet non asserere Christum esse Deo con-substantialiorem. Tametsi enim

me nusquam in Scripturis sacris hoc vocabulum vel invenisse vel legisse dico, alia tamen argumenta quæ subinde adjunxi, quæque illi tacuerunt, ab hac intelligentia nihil discrepant. Etenim prolem humanam, quæ certe ejusdem generis est atque genitor, in exemplum attuli: dixique re vera parentes hoc solum distinguere a filiis, quod ipsi non sint filii; aut certe necessario futurum esse, ut neque parentes essent, neque filii. Epistolam autem, ut prædixi, propter præsentem rerum conditionem, penes me non habeo: alioquin ipsa tibi quæ

εἰ δ' οὖν, αὐτά σοι τὰ τότε ῥήματα, μᾶλλον δὲ καὶ πάσης ἂν ἔπεμψα τὸ ἀντίγραφον· ὅπερ ἂν εὐπορήσω, ποιήσω. οἶδα δὲ καὶ μέμνημαι, πλείονα προσθεῖς τῶν συγγενῶν ὁμοιώματα· καὶ γὰρ καὶ φυτὸν εἶπον ἀπὸ σπέρματος, ἢ ἀπὸ ρίζης ἀνελθὸν, ἕτερον εἶναι τοῦ ὅθεν ἐβλάστησε, καὶ πάντως ἐκεῖνῳ καθέστηκεν ὁμοφυές· καὶ ποταμὸν (εἶπον additur in catena quadam) ἀπὸ πηγῆς ῥέοντα, ἕτερον σχῆμα καὶ ὄνομα μετεκληθέναι, μήτε γὰρ τὴν πηγὴν ποταμὸν, μήτε τὸν ποταμὸν πηγὴν λέγεσθαι, καὶ ἀμφοτέρα ὑπάρχειν, καὶ τὴν μὲν πηγὴν οἶονεὶ πατέρα εἶναι, τὸν δὲ ποταμὸν εἶναι (τὸ add. in eadem catena) ἐκ τῆς πηγῆς ὕδωρ. ἀλλὰ ταῦτα μὲν καὶ τὰ τοιαῦτα μηδὲ ὄρῳ γεγραμμένα, ἀλλ' οἶονεὶ τυφλώττειν ὑποκρίνονται· τοῖς δὲ δυσὶ ῥηματίοις ἀσυνθέτοις, καθάπερ λίθοις, μακρόθεν ἐπιχειροῦσί με βάλλειν· ἀγνοοῦντες ὡς τῶν ἀγνοουμένων, καὶ προσαγωγῆς εἰς ἐπίγνωσιν δεομένων, οὐ μόνον ἄλλοῖα πολλάκις, ἀλλὰ καὶ ὑπεναντία τεκμήρια γίνεται τῶν ἐπιζητουμένων δηλώματα. Hæc adducuntur a S. Athanasio in Ep. de Sententia Dionysii, num. xviii. pag. 255.

tunc scripsi verba, immo et epistolæ totius exemplum misissem, mittamque si quando mihi ejus copia fuerit. Memini porro plurimas ex rebus inter se cognatis similitudines adjecisse. Etenim plantam, sive ex semine sive ex radice succrescentem, aliam esse dixi ab eo unde pullulavit, tametsi ejusdem omnino sit naturæ: similiter et fluvium a fonte manantem aliam formam ac nomen accipere, neque enim fontem fluvium, aut fluvium fon-

tem appellari, sed hæc duo esse; ac fontem quidem quasi patrem esse, fluvium vero esse aquam ex fonte. Verum hæc quidem et similia, quæ scripta sunt, se non videre quasi cæcutientes dissimulant: duabus autem voculis incompositis, quasi lapidibus, eminus me conantur impetere: non advertentes rebus ignoratis et quæ ut intelligantur interpretatione indigent, plerumque non modo aliena, sed et contraria exempla lucem afferre.

III.

Ex eodem libro primo.

Προείρηται μὲν οὖν, ὅτι πηγὴ τῶν ἀγαθῶν ἀπάντων ἐστὶν ὁ Θεός. ποταμὸς δὲ ὑπ' (for. ἀπ') αὐτοῦ προχεόμενος, ὁ υἱὸς ἀναγέγραπται· ἀπόρροια γὰρ νοῦ λόγος, καὶ ὡς ἐπ' ἀνθρώπων εἰπεῖν, ἀπὸ καρδίας διὰ στόματος ἐξοχτεύεται, ἕτερος γενόμενος τοῦ ἐν καρδίᾳ λόγου, ὁ διὰ γλώσσης νοῦς προπηδῶν. ὁ μὲν γὰρ ἔμεινε προπέμψας, καὶ ἔστιν οἶος ἦν· ὁ δὲ ἐξέπτῃ προπεμφθεὶς, καὶ φέρεται πανταχοῦ. καὶ οὕτως ἐστὶν ἑκάτερος ἐν ἑκατέρῳ, ἕτερος ὡν θατέρου· καὶ ἐν εἰσιν, ὄντες δύο. οὕτω γὰρ καὶ ὁ πατὴρ καὶ ὁ υἱὸς ἐν, καὶ ἐν ἀλλήλοις ἐλέχθησαν εἶναι. Allata hæc a S. Athanasio in *Epist. de Sententia Dionysii*, num. xxiii. p. 259.

Superius dictum est Deum esse fontem bonorum omnium. Filius vero dictus est fluvius ab ipso emanans: verbum quippe est mentis emanatio, et, ut humano more loquar, ex corde per os emittitur. Mens vero, quæ per linguam prosilit, alia est a verbo quod in corde existit. Hoc enim postquam

illam præmisit, remanet, estque quale antea erat: illa vero præmissa avolat et circumquaque fertur: et sic utrumque in utroque est, tametsi aliud ab altero; et unum sunt, licet duo sint. Sic namque Pater et Filius unum esse et in se invicem esse dicti sunt.

IV.

Ex eodem libro primo.

Ἄναρχία μᾶλλον καὶ στάσις, ἢ ἐξ ἰσοτιμίας ἀντιπαρεξαγομένη πολυαρχία. Extat in Leontii et Johannis Rerum Sacrarum Lib. secundo ab Angelo Maio edito in Vol. vii. *Collectionis Vet. Scriptorum*, p. 96.

Anarchia magis est et se-
ditio, multorum ille dominatus

ex pari jure ex adverso pro-
ductus.

V.

Ex libro secundo.

Τῶν ὑπ' ἐμοῦ λεχθέντων ὀνομάτων ἕκαστον ἀχώριστόν ἐστι καὶ ἀδιαίρετον τοῦ πλησίον· πατέρα εἶπον, καὶ πρὶν ἐπαγάγω τὸν υἱὸν, ἐσήμανα καὶ τοῦτον ἐν τῷ πατρὶ· υἱὸν ἐπήγαγον· εἰ καὶ μὴ προειρήκειν τὸν πατέρα, πάντως ἂν ἐν τῷ υἱῷ προείληπτο. ἅγιον πνεῦμα προσέθηκα· ἀλλ' ἅμα καὶ πόθεν καὶ διὰ τίνος ἦκεν ἐφήρμοσα. οἱ δὲ οὐκ ἴσασιν ὅτι μήτε ἀπηλλοτριῶται πατὴρ υἱοῦ ἢ πατήρ. προκαταρκτικὸν γάρ ἐστι τῆς συναφείας τὸ ὄνομα· οὔτε ὁ υἱὸς ἀπόκειται τοῦ πατρός· ἢ γὰρ πατὴρ προσηγορία δηλοῖ τὴν κοινωνίαν. ἔν τε ταῖς χερσὶν αὐτῶν ἐστὶ τὸ πνεῦμα, μήτε τοῦ πέμποντος, μήτε τοῦ φέροντος, δυνάμενον στέρεσθαι· πῶς οὖν ὁ τοῦτοις χρώμενος τοῖς ὀνόμασι, μεμερίσθαι ταῦτα καὶ ἀφωρίσθαι παντελῶς ἀλλήλων οἴομαι;

Καὶ μετ' ὀλίγα (inquit Athanasius) ἐπάγει λέγων.

Οὕτω μὲν ἡμεῖς εἰς τε τὴν ΤΡΙΑΔΑ τὴν μονάδα πλατύνομεν ἀδιαίρετον, καὶ τὴν ΤΡΙΑΔΑ πάλιν ἀμείωτον εἰς τὴν μονάδα συγκεφαλαιούμεθα. Adducuntur hæc ab Athanasio, ubi supra, n. xvii. p. 254.

Singula nomina a me prolata a se invicem nec separari queunt, nec dividi. Patrem dixi, et prius quam Filii mentionem facerem, jam eum in Patre significavi. Filium ad-junxi, ac Pater, etiamsi eum non prius nominassem, jam omnino in Filio comprehensus fuerat. Spiritum sanctum addidi: sed simul unde et per quem processerit subtexui. Illi autem ignorant, neque Patrem, qua *pater* est, a Filio alienari posse; nam illud nomen causa est evidens cohæ-

rentiæ et conjunctionis: neque Filium a Patre separari; hoc namque vocabulum *pater* communicationem indicat. Est et in manibus illorum Spiritus, qui neque a mittente, neque a ferente divelli potest. Quomodo igitur ego, qui talibus utor nominibus, illa a se invicem separata et omnino divisa existimem?

Ita quidem unitatem indivisibilem in Trinitatem dilatamus, et rursus Trinitatem quæ minui nequit, in unitatem contrahimus.

VI.

Ex eodem libro secundo.

Ἐὰν δέ τις τῶν συκοφαντῶν, ἐπειδὴ τῶν ἀπάντων ποιητὴν τὸν Θεὸν καὶ δημιουργὸν εἶπον, οἴηταί με καὶ τοῦ Χριστοῦ λέγειν, ἀκουσάτω μου πρότερον πατέρα φήσαντος αὐτὸν, ἐν ᾧ καὶ ὁ υἱὸς προσγέγραπται· μετὰ γὰρ τὸ εἰπεῖν πατέρα ποιητὴν ἐπαγόχα· καὶ οὔτε πατὴρ ἐστὶν ὧν ποιητὴς, εἰ κυρίως ὁ γεννήσας πατὴρ ἀκούοιτο· τὴν γὰρ πλατύτητα τῆς τοῦ πατρὸς προσηγορίας ἐν τοῖς ἐξῆς ἐπεξεργασόμεθα. οὔτε ποιητὴς ὁ πατὴρ, εἰ μόνος ὁ χειροτέχνης ποιητὴς λέγοιτο. παρ' Ἑλλησι γὰρ ποιηταὶ καὶ τῶν ἰδίων καλοῦνται λόγων οἱ σοφοί. καὶ ^d ποιητὴς, ὁ Ἀπόστολος εἶπε, νόμου. καὶ τῶν ἐγκαρδίων γὰρ, ἀρετῆς ἢ κακίας ποιηταὶ καθίστανται, ὡς εἶπεν ὁ Θεὸς, ^e Ἐμμεῖνα τοῦ ποιῆσαι κρίσιν, ἐποίησε δὲ ἀνομίαν. Adducta hæc a S. Athanasio ubi supra, n. xx. p. 257.

Si quis autem calumniator, eo quod Deum omnium factorem et creatorem dixi, putet me etiam Christi creatorem dixisse, advertat me prius Patrem ipsum appellasse; quo in vocabulo simul enuntiatus est et filius. Postquam enim Patrem dixi factorem, subdidi: neque pater eorum est, quorum est factor, si proprie is pater esse intelligatur qui genuit: (latitudinem enim vocabuli

hujus *pater*, in sequentibus expendemus :) neque factor pater, si solus opifex factor dicatur. Apud Græcos enim qui sapientes sunt, suorum librorum factores vocantur. Apostolus quoque ait, *factor legis*. Rerum etiam intrinsecarum, cujusmodi sunt virtus et vitium, factores nuncupantur, quemadmodum dixit Deus, *Exspectavi ut faceret iudicium, fecit autem iniquitatem*.

^d Rom. ii. 13. et Jac. iv. 11.^e Isa. v. 7.

VII.

Ex eodem libro secundo.

Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος· ἀλλ' οὐκ ἦν λόγος ὁ τὸν λόγον προέμενος· Ἔν γὰρ ὁ λόγος πρὸς τὸν Θεόν· ἡ σοφία γεγένηται ὁ κύριος· οὐκ ἦν οὖν σοφία ὁ τὴν σοφίαν ἀνείς· ἰ' Εγὼ γὰρ ἤμην, φησὶν, ἧ προσέχαιρεν. ἀλήθειά ἐστιν ὁ Χριστός· Εὐλογητὸς δὲ, φησιν, ὁ Θεὸς τῆς ἀληθείας. Profert hæc *S. Athanasius*, ubi supra, n. xxv. p. 260.

In principio erat Verbum : igitur sapientia qui sapientiam sed non erat Verbum quod produxit; *Ego enim eram*, inquit, *qua delectabatur*. Veritas Verbum produxerit: *Verbum enim erat apud Deum*. Dominus est Christus: *Benedictus autem*, ait, *Deus veritatis*.

VIII.

Circa medium opus.

Εἰ τῷ τρεῖς εἶναι τὰς ὑποστάσεις, μεμερισμένας εἶναι λέγουσι, τρεῖς εἰσὶ, καὶ μὴ θέλωσιν, ἢ τὴν θείαν ΤΡΙΑΔΑ παντελῶς ἀνελέτωσαν.

Καὶ πάλιν (inquit *S. Basilus M.*):

Θειοτάτη γὰρ διὰ τοῦτο, μετὰ τὴν Μονάδα καὶ Ἡ ΤΡΙΑΣ. Extant hæc apud *S. Basilium Magnum de Spiritu Sancto*, cap. penult. p. 61.

Si eo quod tres sint hypostases, divisas dicant, tres sunt, etiam si nolint; aut divinam Trinitatem prorsus e medio tollant.

Propter hoc enim post unitatem, est et divinissima Trinitas.

ἶ Joan. i. 1.

ἡ 1 Cor. i. 24.

Ἰ Ibid. 5.

ἰ Prov. viii. 30.

IX.

Ex tertio libro.

Ζωὴ ἐκ ζωῆς ἐγεννήθη· καὶ ὡσπερ ποταμὸς ἀπὸ πηγῆς ἔρ-
 ρευσε· καὶ ἀπὸ φωτὸς ἀσβέστου λαμπρὸν φῶς ἀνήφθη. Ad-
 ducuntur hæc a S. Athanasio *Ep. de Sententia Dionysii*, n. xviii.
 p. 256.

Vita ex vita genita est, mine splendidum lumen accen-
 quemadmodum e fonte flumen sum est.
 emanavit, et ex inexstincto lu-

X.

Ex libro quarto.

Ὡς γὰρ ὁ ἡμέτερος νοῦς ἐρεύγεται μὲν ἀφ' ἑαυτοῦ τὸν λόγον,
 ὡς εἶπεν ὁ προφήτης, ^k Ἐξηρεύξατο ἡ καρδία μου λόγον ἀγα-
 θόν· καὶ ἔστι μὲν ἐκάτερος ἕτερος θατέρου, ἴδιον καὶ τοῦ λοιποῦ
 κεχωρισμένον εἰληχῶς τόπον, ὁ μὲν ἐν τῇ καρδίᾳ, ὁ δὲ ἐπὶ τῆς
 γλώττης καὶ τοῦ στόματος οἰκῶν τε καὶ κινούμενος· οὐ μὴν
 διεσθήκασιν, οὐδὲ καθάπαξ ἀλλήλων στέρονται, οὐδέ ἐστιν οὔτε
 ὁ νοῦς ἄλογος, οὔτε ἄνους ὁ λόγος· ἀλλ' ὅγε νοῦς ποιεῖ τὸν
 λόγον ἐν αὐτῷ φανείς· καὶ ὁ λόγος δείκνυσι τὸν νοῦν ἐν αὐτῷ
 γενόμενος. καὶ ὁ μὲν νοῦς ἐστὶν οἶον λόγος ἐγκείμενος· ὁ δὲ

Sicut mens nostra eructat a se ipsa verbum, ut ait Prophe-
 ta, *Eruclavit cor meum verbum bonum*, estque utrumque alte-
 rum ab altero, proprium et ab altero distinctum obtinens lo-
 cum, cum illud quidem in corde, istud vero in lingua et ore commoretur et moveatur: neque tamen inter se distant, aut se invicem privantur; neque mens sine verbo est, neque verbum sine mente: sed mens verbum facit et in ipso apparet, ac verbum exhibet mentem in qua factum est. Et mens quidem est quasi verbum immanens, verbum vero mens

^k Psal. xlv. 1.

λόγος νοῦς προπηδῶν. καὶ μεθίσταται μὲν ὁ νοῦς εἰς τὸν λόγον, ὁ δὲ λόγος τὸν νοῦν εἰς τοὺς ἀκροατὰς ἐγκυκλεῖ, καὶ οὕτως ὁ νοῦς διὰ τοῦ λόγου ταῖς τῶν ἀκουόντων ψυχαῖς ἐνιδρύεται, συνεισιῶν τῷ λόγῳ· καὶ ἔστιν ὁ μὲν οἶον πατὴρ ὁ νοῦς τοῦ λόγου, ὡν ἐφ' ἑαυτοῦ· ὁ δὲ καθάπερ υἱὸς ὁ λόγος τοῦ νοῦ. πρὸ ἐκείνου μὲν ἀδύνατον, ἀλλ' οὐδὲ ἕξωθέν ποθεν, σὺν ἐκείνῳ γενόμενος, βλαστήσας δὲ ἀπ' αὐτοῦ. οὕτως ὁ πατὴρ ὁ μέγιστος καὶ καθόλου νοῦς πρῶτον τὸν υἱὸν λόγον ἐρμηνεῖα καὶ ἄγγελου ἑαυτοῦ ἔχει. Adducuntur hæc a *S. Athanasio*, ubi supra, n. 23. p. 259.

prosiliens. Mens in verbum transit: verbum autem mentem in circumstantes auditores transmittit: sicque mens per verbum in auditorum animis insidet, simul ingressa cum verbo. Ac mens quidem est quasi pater verbi in se ipsa existens: verbum autem velut

filius mentis, nec ante ipsam neque extra ipsam factum esse potest, sed cum ipsa existit, a qua germen et originem sumpsit. Eodem quoque modo Pater maximus et mens universalis ante omnia Filium habet Verbum ac sermonem sui ipsius interpretem et angelum.

XI.

Clausula operis.

Τούτοις πᾶσιν ἀκολούθως καὶ ἡμεῖς, καὶ δὴ παρὰ τῶν πρὸ ἡμῶν πρεσβυτέρων τύπον καὶ κανόνα παρειληφότες, ὁμοφώνως τε αὐτοῖς προσευχαριστοῦντες, καὶ δὴ καὶ νῦν ὑμῖν ἐπιστέλλοντες, καταπαύομεν· τῷ δὲ Θεῷ πατρὶ, καὶ υἱῷ τῷ κυρίῳ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστῷ, σὺν τῷ ἁγίῳ πνεύματι, δόξα καὶ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν. Adduxit hæc ex opere Dionysiano *S. Basilii M. in Lib. de Spiritu Sancto*, cap. penult. p. 60, ed. Benedictin.

His omnibus congruenter et nos, etiam forma regulaque a senioribus qui ante nos vixerunt accepta, concordi cum illis voce et gratiarum actionem et nunc etiam epistolam quam

scribimus vobis absolvemus: Deo autem Patri et Filio Domino nostro Jesu Christo cum sancto Spiritu gloria et imperium in sæcula sæculorum. Amen.

*De opere ipso*Hæc retulit *S. Athanasius*.

Αἰτιᾶται (Dionysius) τοὺς κατειπόντας αὐτοῦ, ὡς μὴ ὀλοκλήρους (for. ὀλοκλήρως) λέγοντας, ἀλλὰ περικόπτοντας αὐτοῦ τὰς λέξεις, καὶ ὡς μὴ καλῇ συνειδήσει ἀλλὰ πονηρᾷ, λαλοῦντας ὡς θέλουσι. τούτους τε τούτοις ἀπεικάζει τοῖς τὰς τοῦ μακαρίου ἀποστόλου διαβάλλουσιν ἐπιστολάς.—ἀμέλει καὶ πρὸς ἕκαστον τῶν ὑπὸ τῶν κατηγορῶν εἰρημένων ἀπαντῶν, πάντα τὰ παρ' αὐτῶν προφερόμενά θεραπεύει· καὶ Σαβέλλιον μὲν ἐν ἐκείνοις (scil. in prius scriptis) ἀνατρέπει, ἐν τούτοις δὲ δείκνυσιν ὀλόκληρον ἑαυτοῦ τὴν εὐσεβῆ πίστιν. *De Sententia Dionysii*, num xiv. p. 253.

Queritur deinde (Dionysius), quod accusatores sententias suas non integras referant, sed truncatas, et quod non bona conscientia, sed mala pro libidine loquantur; quos similes ait beati apostoli epistolarum calumniatoribus.—

Certe singulis accusatorum verbis occurrens, omnibus eorum argumentis solutionem adhibet; cumque Sabellium prioribus illis scriptis planissime confutarit, his posterioribus fidem suam omnino piam declarat.


QUÆ supra posita sunt testimonia rectæ fidei Dionysii Alexandrini, ea ex ipsius Epistola Quadripartita maximus doctor Athanasius adduxit. Jam vero, cum viro eximio Moshemio visum fuerit crimen ferre in eundem Dionysium dividendi personam Christi, nemo ideo mihi succenseat, quod aliquid de hac accusatione subjungam. In *Commentariis* suis *De Rebus Christianorum ante Constantinum M. Sæc. III.* §. xxxiii. pag. 697. cum dixisset doctissimus auctor, qui Sabelliana dogmata explicaverat, Athanasium aliquot Dionysii locis prolatis satisclare ostendisse, hunc patrem Arianorum errori de Christo non addictum esse, pergīt scribere: “ Ut vero Athanasius diligentissime Dionysium, cujus sacrosancta erat Alexandriae memoria, tueri, omnibusque maculis liberare studeat, manifestum tamen erit omnia, quæ ad excusationem ejus disputat, accu-

" rate consideranti, aliquid in eo erroris fuisse, atque opinionem
 " ejus de Christo a Nicæno dogmate et nostro hodierno discre-
 " pare. Ut Sabellium, qui Deum ipsum sive patrem in Christo
 " natum, pœnas passum et mortuum esse adseverabat, fortius
 " comprimeret, negabat *humana Christi*, quod clare satis scribit
 " Athanasius §. v. p. 246. ad Deum in Christo residentem per-
 " tinere, et unice ad filium referebat. Ad alteram igitur ex-
 " tremam contemendi studio declinabat. Distinguebat
 " nempe Dionysius in Christo *verbum* seu personam divinam
 " a patre distinctam et *filium*, aut, si mavis, duplicem filium,
 " divinum et humanum. *Verbum* seu *filium divinum* ab omni-
 " bus Christi *ἀνθρωπίνοις* seu *humanis*, ab omnibus, quæ Christus
 " ut homo fecit et peressus est, excludebat: hæc vero omnia
 " *ἀνθρώπινα*, *nasci*, *pati*, *mori* ad unum filium hominis ex Maria
 " natum pertinere, disputabat. In vitio hæc sunt et recta via
 " ducunt ad illam, quæ Nestorio tribuitur, sententiam. Nam
 " si ad *filium Dei* seu *verbum* Christo homini junctum nihil
 " earum rerum pertinet, quæ *filius hominis* fecit et sustinuit,
 " perspicuum est, duplicem in Christo et naturam et personam
 " esse, *filiumque Dei* seu *verbum* filium tantum hominis ro-
 " borasse, illuminasse, juvisse. Nec igitur temere Dionysius
 " Romæ accusabatur, quamquam parum distincte ac perite."
 Sic Moshemius. Quæ gravis profecto, sed nova, ni fallor,
 accusatio est. Atenim Dionysium distrahendæ personæ in
 Christo unquam postulatum fuisse, id credere nos vetat sua ip-
 sius defensio ex Athanasio producta; quæ tota in eo versatur,
 ut arceatur a se crimen negatæ, vel certe imminutæ, divinæ
 Christi naturæ, non duos pro uno Christo asserendi. Neque in
 sequentibus, quod sciam, sæculis Dionysii auctoritate se un-
 quam tuebantur Nestoriani dogmatis patroni. Ipsa porro verba
 Athanasii indicata a viro cl. nihil valent ad obtinendam cau-
 sam adversus Alexandrinum antistitem. " Dionysius," ait
 Moshemius, " teste Athanasio, negabat *humana Christi* ad
 " Deum in Christo residentem pertinere, et unice ad Filium re-
 " ferebat." At audi Athanasium: 'Εν Πενταπόλει, inquit, τῆς
 ἄνω Λιβύης τηλικαῦτά τινες τῶν ἐπισκόπων ἐφρόνησαν τὰ Σαβελλίου
 καὶ τοσοῦτον ἴσχυσαν ταῖς ἐπινοίαις, ὡς ὀλίγου δεῖν μηκέτι ἐν ταῖς

ἐκκλησίαις κηρύττεσθαι τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ. τοῦτο μαθὼν Διονύσιος, αὐτὸς γὰρ εἶχε τὴν μέριμναν τῶν ἐκκλησιῶν ἐκείνων, πέμπει καὶ συμβουλεύει τοῖς αἰτίοις παύσασθαι τῆς κακοδοξίας· ὡς δὲ οὐκ ἐπαύοντο, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον ἀναιδέστερον ἠσέβουν, ἠγαγκάσθη πρὸς τὴν ἀναίδειαν ἐκείνων γράψαι τὴν τοιαύτην ἐπιστολὴν, καὶ τὰ ἀνθρώπινα τοῦ Σωτῆρος ἐκ τῶν εὐαγγελίων παραθέσθαι· ἵν' ἐπειδὴ τολμηρότερον ἐκείνοι τὸν υἱὸν ἠρνοῦντο, καὶ τὰ ἀνθρώπινα αὐτοῦ ΤΩ ΠΑΤΡΙ ἀνέτιθεσαν, οὕτως οὗτος δείξας ὅτι οὐχ ὁ πατὴρ ἀλλ' ὁ υἱὸς ἐστὶν ὁ γενόμενος ὑπὲρ ἡμῶν ἄνθρωπος, πείσῃ τοὺς ἀμαθεῖς, μὴ εἶναι τὸν πατέρα υἱόν· καὶ οὕτως λοιπὸν κατ' ὀλίγον ἐκείνους εἰς τὴν ἀληθινὴν ἀναγάγη Θεότητα τοῦ υἱοῦ, καὶ τὴν γνῶσιν τὴν περὶ τοῦ πατρός. §. v. pag. 246. Hic certe, Dionysio ipso, rationeque ejus certandi valde approbatis, Athanasius ostendit, Sabellianos, quibus ille se opposuit, ad Patrem, non ait ad Deum, *humana Christi* retulisse. Dionysium autem per *patrem* intellexisse primam personam Beatissimæ Triadis, quidquid revera statuebant Sabelliani, cum ex omnibus ῥήσεσι ejus constat, tum verbis fine libelli sui ab Athanasio positis demonstratur. Postquam enim id laudi Dionysio esse statuit, eum in disputatione cum Sabellianis, non ab argumentis Filii divinitatem probantibus disserendi initium duxisse, sed præmississe τὰ ἀνθρωπίνως εἰρημένα de Servatore, cujusmodi sunt, *esurire, laborare, quod vilis sit, quod oraverit, et passus sit*; hæc addit Athanasius, ὅσφ γὰρ ταῦτα ταπεινὰ λέγεται, τοσοῦτφ δείκνυται μὴ ὁ πατὴρ γενόμενος ἄνθρωπος. ἀναγκὴ γὰρ καὶ ἀμπέλου λεγομένου τοῦ Κυρίου, εἶναι καὶ γεωργόν· καὶ εὐχομένου αὐτοῦ, εἶναι τὸν ἐπακούοντα· καὶ αἰτοῦντος αὐτοῦ, εἶναι τὸν διδόντα. τὰ δὲ τοιαῦτα μᾶλλον εὐκολώτερον τὴν τῶν Σαβελλιανῶν μανίαν δεικνύσιν· ὅτι ἕτερος ὁ εὐχόμενος, ἕτερος ὁ ἐπακούων, καὶ ἄλλος ἢ ἄμπελος, καὶ ἄλλος ὁ γεωργός. num. 26. pag. 261. Cum vero inter hæc verba Patris persona, non Christi divina natura, intelligatur, constat Athanasium quidem nullum reprehendisse vestigium Dionysii *λύειν τὸν Χριστὸν* gestientis. Et Dionysius (referente eodem Athanasio, pagina 256.) εἰ καὶ τὰς λέξεις εἴρηκε, (scil. vocem *γενητός* et ceteras) διὰ τοῦτό φησιν εἰρηκέναι, πρὸς τὸ μόνον δεῖξαι ὅτι μὴ ὁ πατὴρ ἐστὶν ἀλλ' ὁ υἱός, ὁ τὸ γενητὸν, καὶ κτιστὸν καὶ ποιητὸν ἐνδυσάμενος σῶμα. Denique res ita comparata videtur, ut omnem moverit lapidem Dionysius, ne Pater cum Filio Dei atque hominis confunderetur, de duplici

autem Christo ne per somnium quidem cogitaret. Neque enim eo minus valebant argumenta ejus contra illud quod ipse putabat dogma esse Sabellii, propterea quod arctissima unio esset Dei atque hominis; immo idcirco vel efficaciore, ni fallor, fierent eadem probationes ad ostendendum veram inter Patrem et Filium distinctionem. Denique haud negligendum id est, opposuisse se huic ipsi sententiæ de duplici Filio, Divino et humano, personatum Dionysium in epistola ad Paulum Samosatenum; quod quidem opus, etsi diversa me tenet de ejus *γνησιότητι* sententia, præsuli Alexandrino multi viri doctissimi asseruerunt.

THEOGNOSTUS.



THEOGNOSTUS.

GUL. CAVIUS, *Hist. Lit.* tom. i. p. 146.

THEOGNOSTUS, Alexandrinus, sacrorum librorum interpres apud Photium, Cod. 106. ἀνὴρ λόγιος Athanasio, De Decret. Synod. Nicæn. qui et alibi eum θαυμάσιον καὶ σπουδαῖον vocat. Claruisse videtur circa an. 283. Origenis discipulus, saltem in scriptis ejus versatissimus. Certe vir erat cum ob doctrinam, tum ob vitæ sanctimoniam celeberrimus. Gymnasii Catechetici apud Alexandrinos præfectus erat. Unde in operum suorum inscriptione ἐξηγητῆς, seu librorum sacrorum interpres, dictus est, voce huic muneri pene propria. Origenis fuisse discipulum nemo dubitare potest, qui librorum ejus argumenta, quæ exhibet Photius, secum perpendet. Certe Arianis temporibus vetustiore fuisse satis arguit, quod adversus Arianos testis adhibetur, quodque ipsum proxime post Origenem inter viros *priscos, admirandos, eruditos*, recenset Athanasius, in illud, *Quicumque dix.* Philippus Sidetes eum Pierio in schola Alexandrina successisse dicit (in fragmento a Dодwello ad finem *Dissert. in Irenæum* edito). Unde conicere fas erit, Theognostum circa ann. 282. hanc scholam tenuisse, ut in Pierio observavimus. Scripsit stylo venusto admodum ac perspicuo, *Hypoty-*

posewn libros 7. quorum singula argumenta recenset Photius. l. c. Primo de Deo Patre egit, &c. &c. (Vid. infra Excerpta pag. 412.)

Hæc præstantiss. CAVIUS; at vero haud obstante Philippi Sidetis auctoritate, quæ quidem levis est, ego ante Pierium, qui persecutioni Diocletianæ supervixerit, collocandum esse Theognostum nunc statui, quem proxime post Origenem et inter priscos Athanasius posuerit l. c.

THEOGNOSTI

CATECHISTÆ ALEXANDRINI,

QUI MEDIO SECCULO TERTIO FLORUIT,

RELIQUIÆ.

5 *Ex Opusculo De Blasphemia in Spiritum Sanctum.*

‘Ο ΠΡΩΤΟΝ παραβεβηκῶς ὄρον, καὶ δεύτερον, ἐλάττονος ἂν ἀξιοῖτο τιμωρίας. ὁ δὲ καὶ τὸν τρίτον ὑπεριδὼν, οὐκέτι ἂν συγγνώμης τυγχάνοι. Hoc affert S. Athanasius in *Epist. iv. ad Serapionem* §. 11. pag. 703. ed.

10 Benedictin. seu Montfaucon. et pergit ita scribere :

Πρῶτον δὲ ὄρον καὶ δευτέρον φησι τὴν περὶ πατρὸς καὶ υἱοῦ κατήχησιν· τὸν δὲ τρίτον, τὸν ἐπὶ τῇ τελειώσει καὶ τῇ τοῦ πνεύματος μετοχῇ παραδιδόμενον λόγον· καὶ τοῦτο βεβαιῶσαι θέλων, ἐπάγει τὸ παρὰ τοῦ Σωτῆρος εἰρημένον τοῖς μαθηταῖς·

15 Qui primum et secundum terminum transgressus est, minori supplicio dignus videri possit: qui autem tertium contemserit, non ulterius veniam
20 consequetur.

Primum autem terminum, et secundum terminum ait, doctrinam de Patre et Filio acceptam: tertium vero, verbum in initiatione et in participatione Spiritus traditum: quod confirmare volens, adducit illud Discipulis a Salvatore

^a ἔτι πολλὰ ἔχω ὑμῖν λέγειν, ἀλλ' οὐπω δύνασθε χωρεῖν· ὅταν δὲ ἔλθῃ τὸ ἅγιον Πνεῦμα, διδάξει ὑμᾶς. εἰτά φησιν·

Ὡσπερ τοῖς μηδέπω χωρεῖν δυναμένοις τὰ τέλεια διαλέγεται ὁ Σωτὴρ, συγκαταβαίνων αὐτῶν τῇ σμικρότητι· τοῖς δὲ τελειουμένοις συγγίνεται τὸ Πνεῦμα 5 τὸ ἅγιον, καὶ οὐδέηπου τις ἐκ τούτων ἂν φαίη τὴν τοῦ πνεύματος διδασκαλίαν ὑπερβάλλειν τῆς τοῦ υἱοῦ διδαχῆς· ἀλλ' ὅτι ὁ μὲν υἱὸς συγκαταβαίνει τοῖς ἀτελέσι, τὸ δὲ πνεῦμα σφραγίς ἐστὶ τῶν τελειουμένων· οὕτως οὐ διὰ τὴν ὑπερβολὴν τοῦ πνεύ- 10 ματος πρὸς τὸν υἱὸν ἄφυκτός ἐστι καὶ ἀσύγγνωστος ἢ εἰς τὸ πνεῦμα βλασφημία· ἀλλ' ὅτι ἐπὶ μὲν τοῖς ἀτελέσι, ἐστὶ συγγνώμη, ^b ἐπὶ δὲ τοῖς γευσάμενοις τῆς οὐρανόου δωρεᾶς καὶ τελειωθεῖσιν, οὐδεμία περιλείπεται συγγνώμης ἀπολογία, καὶ παραίτησις. 15

dictum: *Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo. Cum autem venerit Spiritus sanctus docebit vos.* Deinde ait:

Sicut eos qui perfecta nondum capere possunt alloquitur Salvator, ad illorum sese parvitatē demittens: cum perfectis autem Spiritus sanctus versatur: neque tamen quis ideo dixerit, Spiritus sancti doctrinam, Filii doctrinam superare:

sed quod Filius quidem sese demittat ad imperfectos, Spiritus vero sanctus sigillum sit perfectorum; sic non propter excellentiam Spiritus sancti præ 20 Filio, inexpiabilis et citra veniam est blasphemia in Spiritum: sed quia imperfectis datur venia; iis vero qui donum cæleste gustaverunt, et initiati 25 sunt, nulla veniæ relinquitur excusatio vel deprecatio.

^a Joan. xvi. 12, 13.

^b Heb. vi. 4.

Ex Libro Secundo Hypotyposesων.

Οὐκ ἔξωθέν τις ἐστὶν ἐφευρεθείσα ἢ τοῦ υἱοῦ οὐσία, οὐδὲ ἐκ μὴ ὄντων ἐπεισήχθη· ἀλλὰ ἐκ τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας ἔφν, ὡς τοῦ φῶτος τὸ ἀπαύγασμα, ὡς ὕδατος ἀτμὶς· οὔτε γὰρ τὸ ἀπαύγασμα, οὔτε ἡ ἀτμὶς, αὐτὸ τὸ ὕδωρ ἐστίν, ἢ αὐτὸς ὁ ἥλιος, οὔτε ἀλλότριον· καὶ οὔτε, αὐτός ἐστὶν ὁ πατήρ, οὔτε ἀλλότριος, ἀλλὰ ἀπόρροια τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας, οὐ μερισμὸν ὑπομεινάσης τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας· ὡς
 10 γὰρ μένων ὁ ἥλιος ὁ αὐτὸς οὐ μειοῦται ταῖς ἐκχεομέ-
 ναις ὑπ' αὐτοῦ ἀνγαῖς· οὕτως, οὐδὲ ἡ οὐσία τοῦ πατρὸς ἀλλοίωσιν ὑπέμεινεν, εἰκόνα ἑαυτῆς ἔχουσα τὸν υἱόν. Hæc attulit S. Athanasius in *Epist. de Decretis Nicænæ Syn.* §. 25. p. 230.

15 Non extrinsecus adinventæ
 est Filii substantia, neque ex
 nihilo educta, sed ex Patris
 substantia nata est, ut lucis
 splendor et aquæ vapor: neque
 20 enim splendor aut vapor ipsa
 aqua vel ipse sol est; neque
 rursus aliquid est alienum, sed
 est aliquid emanans ex Patris
 substantia, ita tamen ut nul-
 lam divisionem eadem Patris
 substantia sit perpessa. Ut e-
 nim sol idem manens radiis ab
 ipso profluentibus non minui-
 tur; ita neque Patris substan-
 tia mutationem ullam patitur,
 cum Filium sui ipsius imagi-
 nem habet.

Ex Theognosti Operibus

Hoc protulit S. Gregorius Nyssenus in Lib. iii. Contra Eunomium, Orat. iii. p. 132. edit. Paris.

Καὶ οὐ μόνος, inquit Gregorius, ἐν τούτῳ πεπλάνηται κατὰ τὴν ἀτοπίαν τοῦ δόγματος ὁ Εὐνόμιος· ἀλλ' ἔστι καὶ ἐν τοῖς 5
ΘΕΟΓΝΩΣΤΩ πεπονημένοις τὸ ἴσον εὐρεῖν· ὅς φησι, Τὸν Θεὸν βουλόμενον τόδε τὸ πᾶν κατασκεύασαί, πρῶτον τὸν υἱὸν οἶόν τινα κανόνα τῆς δημιουργίας προὔποστησασθαι.

Nec solus in hoc per absurditatum dogmatis deceptus est Eunomius, sed etiam in libris a Theognosto conscriptis quid simile licet convenire, qui dicit Deum volen-

tem hoc universum construere, 10 primum Filium velut quandam normam opificii prius substituisse.

De Libris Septem Hypotyposeων,

45

Hæc Photius in Bibliotheca, Cod. cvi. p. 280. ed. Hæschel. p. 86. ed. Bekker.

Ἀνεγνώσθησαν Θεογνώστου Ἀλεξανδρέως λόγοι ἑπτὰ· οὗ ἢ ἐπιγραφῆ, τοῦ μακαρίου Θεογνώστου Ἀλεξανδρέως καὶ ἐξηγητοῦ Ὑποτυπώσεις. ἐν μὲν οὖν τῷ πρώτῳ λόγῳ διαλαμβάνει 20 περὶ τοῦ πατρὸς, καὶ ὅτι ἔστι δημιουργὸς ἐπιχειρῶν δεικνύναι, καὶ κατὰ τῶν ὑποτιθέντων συναΐδιον ὕλην τῷ Θεῷ. ἐν δὲ τῷ δευτέρῳ τίθησι μὲν ἐπιχειρήματα, δι' ὧν δεῖν φησὶ τὸν πατέρα

Interprete A. Schotto.

Lecti sunt Theognosti Alexandrini libri septem, hac inscriptione: ΒΕΛΤΙ ΘΕΟΓΝΟΣΤΙ *Alexandrini, et sacrorum librorum interpretis Hypotyposes.* Primo libro

de Patre agit, eumque esse rerum 25 opificem ostendere nititur: etiam contra eos, qui materiam Deo coæternam faciunt. Libro vero secundo argumenta quidem ponit,

ἔχειν υἱόν· υἱὸν δὲ λέγων, κτίσμα αὐτὸν ἀποφαίνει, καὶ τῶν
 λογικῶν μόνον ἐπιστατεῖν, καὶ ἄλλ' ἅττα ὡσπερ Ὀριγένης,
 ἐπιφέρει τῷ υἱῷ. εἴτε ὁμοίως ἐκείνῳ δυσσεβεία ἐαλωκῶς, εἴτε,
 ὡς ἂν τις εἴποι, ἐκβιασάμενος τὴν ὑπὲρ αὐτοῦ ἀπολογία, ἐν
 5 γυμνασίας λόγῳ καὶ οὐ δόξης ταῦτα προτιθείς· ἢ καὶ πρὸς τὴν
 τοῦ ἀκροατοῦ ἕξιν καὶ ἀσθένειαν, ἀμνήτου παντελῶς, εἰ τύχοι,
 οἷτος τοῦ τῶν Χριστιανῶν θειασμοῦ, καὶ μὴ δυναμένου δέξασθαι
 τὴν τῆς θρησκείας ἀκρίβειαν, ὑποκατασπώμενος τῆς ἀληθείας·
 καὶ τὴν ὅπωςδῆποτε γνώσιν υἱοῦ τῆς παντελοῦς ἀνηκοίας καὶ
 10 ἀγνωσίας λυσιτελεστέραν νομίζων εἶναι ἀκροατῆ. ἀλλὰ δια-
 λέξει μὲν ἢ τοιαύτη καταφυγὴ τοῦ μὴ λέγειν ὀρθῶς, καὶ ἀνα-
 χώρησις, οὐκ ἂν ἀπίθανος οὐδὲ ψόγου ἐχομένη δόξη· τὰ πολλὰ
 γὰρ τῇ τοῦ προσδιαλεγομένου γνώμῃ καὶ δόξῃ καὶ ἰσχυρί δια-
 πράττεται. ἐγγράφου δὲ λόγου καὶ κοινοῦ προκεῖσθαι μέλλοντος
 15 νόμου τοῖς πᾶσιν, εἴ τις τῆς ἐν αὐτῷ βλασφημίας τὴν προειρη-
 μένην εἰς ἀθώωσιν ἐπιφέρει ἀπολογία, εἰς ἀσθενῆ κατέδραμε
 συνηγορίαν. ὡσπερ δὲ ἐν τῷ δευτέρῳ, οὕτω καὶ ἐν τῷ τρίτῳ
 λόγῳ περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος διαλαμβάνων, τίθησι μὲν
 ἐπιχειρήματα, τὴν τοῦ παναγίου Πνεύματος δεικνύει ὑπαρξιν
 20 ἀποπειρώμενος· τὰ δ' ἄλλα, ὡσπερ Ὀριγένης ἐν τῷ περὶ ἀρχῶν,
 οὕτω καὶ αὐτὸς ἐνταῦθα παραληρεῖ. ἐν δὲ τῷ τετάρτῳ περὶ

quibus effici ait necessario, Pa-
 trem habere Filium. At cum Fi-
 lium dicit, creaturam esse ipsum
 25 demonstrat, et ratione præditis
 tantum præesse. Ac plura id ge-
 nus alia, una cum Origene Filio
 adseribit, sive eadem impietate
 ductus; sive, ut quis dixerit, illius
 30 defendendi studio, exercitationis
 isthæc gratia, et non ex sua sen-
 tentia proponens, sive a veritate
 nonnihil abduci sinens, ob imbe-
 cillitatem, captumque auditoris,
 35 qui nulla fortasse fidei Christianæ
 cognitione imbutus, minus poterat
 accuratorem de religione cogni-
 tionem admittere, ut Filii propter
 ea qualemcumque cognitionem au-
 40 ditori utiliore existimarit esse,
 quam si omnino nec agnitus ille
 sit, nec auditus. Verum ut maxi-

me in disputatione hoc pacto rec-
 tam sententiam declinare, ab ea-
 que recedere non omnino absur-
 dum, aut reprehensione dignum
 videatur: (nam ibi pleraque ex e-
 jus, qui contra disputat, sententia
 et opinione, ac quasi vi fiunt:) In
 scripta tamen oratione, quæ legis
 instar omnibus in communi pro-
 ponenda sit, si quis hanc sui pur-
 gandi causa, blasphemix conscrip-
 tæ defensionem adferat, is sane ad
 imbecillum confugiet patrocinium.
 Jam ut secundo libro, ita et ter-
 tio, de Spiritu sancto tractans, ar-
 gumenta quidem adhibet, quibus
 Spiritum sanctum esse conatur os-
 tendere; verum cætera, ad modum
 Origenis libro de principiis, etiam
 hic nugando delirat. Quarto dein
 libro de Angelis, et dæmonibus

ἀγγέλων καὶ δαιμόνων ὁμοίως ἐκείνῳ κενολογεῖ, καὶ σώματα αὐτοῖς λεπτὰ ἀμφιέννυσιν. ἐν δὲ τῷ πέμπτῳ καὶ ἕκτῳ περὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Σωτῆρος διαλαμβάνων, ἐπιχειρεῖ μὲν, ὡς ἔθος αὐτῷ, τὴν ἐνανθρώπησιν τοῦ υἱοῦ δυνατὴν εἶναι δεικνύσαι. πολλὰ δὲ ἐν αὐτοῖς κενοφωνεῖ· καὶ μάλιστα ὅταν ἀποτολμᾷ 5 λέγειν, ὅτι τὸν υἱὸν φανταζόμεθα ἄλλοτε ἐν ἄλλοις τόποις περιγραφόμενον, μόνῃ δὲ τῇ ἐνεργείᾳ μὴ περιγραφόμενον. ἐν δὲ τῷ ἑβδόμῳ, ὃ (for. ὃν) καὶ περὶ Θεοῦ δημιουργίας ἐπιγράφει, εὐσεβέστερόν πως περὶ τε τῶν ἄλλων διαλαμβάνει, καὶ μάλιστα πρὸς τῷ τέλει τοῦ λόγου, περὶ τοῦ υἱοῦ. ἔστι δὲ τὴν φράσιν 10 ἀπέριτος καὶ βαθύς, καλλιλεξία τε ὡς ἐν (for. ὡσεὶ) Ἀττικῷ καὶ συνήθει χρώμενος λόγῳ, καὶ τοῦ συνήθους οὐδ' ἐν ταῖς συντάξεσιν ἀνακεχωρηκώς. τοῦ μὲν τοι μεγέθους δι' ἐνάργειαν καὶ ἀκρίβειαν τῶν ῥημάτων οὐ καταφέρεται. ἤκμασε δὲ . . .
Cetera desunt. 15

inania æque, ut ille, jactitans, exilia ipsis corpora inducit. Quinto vero et sexto pertractat ut Deus hominem induerit, tentatque suo more demonstrare, incarnationem Filii fieri potuisse. Multa et hic nugatur, maximeque dum illud asserere audet, imaginatione quidem nostra Filium aliis atque aliis locis circumscribi, re tamen atque actu ipso non esse circumscriptum. Septimo denique libro, quem de

Dei creatione inscripsit, aliquanto pie magis cum de aliis tractat, tum præsertim de Filio in extrema operis parte. Dictio ejus plena est, et nihil habet redundans, vobis 20 item ut in Attica, minimeque affectata oratione, ita utitur venuste, ut nec in compositione quidem a consueto loquendi modo recedat: immo nec perspicuitatis, 25 et accuracionis causa a magnitudine deflectat. Floruit vero . . .

ANNOTATIONES

IN THEOGNOSTI FRAGMENTA.

P. 309. l. 5. Ex Opusculo de Blasphemia in Spiritum Sanctum] Theognosti opusculo, ex quo hæc prima ῥήσις desumpta est, hunc fere titulum inscriptum fuisse, verba indicare videntur, quæ eidem ῥήσει, simulque alii cuidam Origenis excerpto, præmisit Athanasius. Ita enim post allatum S. Matthæi illud de blasphemia in Spiritum S. vir sanctus in *Epist.* scribit *ad Serapionem* p. 702. Σὺ δὲ ἐζήτεις, τί δήποτε ἡ μὲν εἰς τὸν υἱὸν βλασφημία ἀφίεται, ἡ δὲ εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον οὐκ ἔχει ἄφεσιν οὔτε ἐν τῷ νῦν αἰῶνι οὔτε ἐν τῷ μέλλοντι. Παλαιοὶ μὲν οὖν ἄνδρες, Ὁριγένης ὁ πολυμαθὴς καὶ φιλόπουνος, καὶ Θεόγνωστος ὁ θαυμάσιος καὶ σπουδαῖος, ΤΟΥΤΩΝ ΓΑΡ ΤΟΙΣ ΠΕΡΙ ΤΟΥΤΩΝ ΣΥΝΤΑΓΜΑΤΙΟΙΣ ἐνέτυχον, ὅτε τὴν ἐπιστολὴν ἔγραψας· ἀμφοτέροι γὰρ (for. γε) περὶ τούτου γράφουσι· ταύτην εἶναι τὴν εἰς τὸ ἅγιον Πνεῦμα βλασφημίαν λέγοντες· ὅταν οἱ καταξιωθέντες ἐν τῷ βαπτίσματι τῆς δωρεᾶς τοῦ ἁγίου Πνεύματος, παλιδρομήσωσιν εἰς τὸ ἁμαρτάνειν. διὰ τοῦτο γὰρ μηδὲ ἄφεσιν αὐτοὺς λήψεσθαί φασι, καθὰ καὶ ὁ Παῦλος ἐν τῇ πρὸς Ἑβραίους λέγει· ἀδυνατὸν γὰρ τοὺς ἅπαξ φωτισθέντας &c. ταῦτα δὲ κοινῇ μὲν λέγουσι, καὶ ἰδίαν δὲ ἕκαστος προστίθησι διάνοιαν. ὁ μὲν γὰρ Ὁριγένης &c. ὁ δὲ Θεόγνωστος καὶ αὐτὸς προστιθεὶς, φησὶ ταῦτα· Ὁ ΠΡΩΤΟΝ παραβεβηκῶς ὄρον &c. *Tu autem percontabaris, cur blasphemia in Filium dimittitur, blasphemia autem in Spiritum sanctum veniam non obtinet*

neque in præsentis sæculo, neque in futuro. Prisci certe viri, Origenes, eruditissimus et laboriosus scriptor, et Theognostus admirandus ille et studiosus homo, (horum enim opera legebam, cum Epistolam accepi tuam) ambo quippe eam rem pertractant, aiunt, illam esse in Spiritum sanctum blasphemiam, cum ii quibus in baptisate donum Spiritus sancti tribuitur, ad peccata recidunt. Ideoque illos remissionem non consequuturos, aiunt: quemadmodum et Paulus in Epistola ad Hebræos ait, (Heb. vi. 4.) Impossibile est enim, eos qui semel sunt illuminati, &c. Et id ipsum quidem ambo dicunt; sed suam singuli sententiam adjiciunt. Nam Origenes &c. Theognostus autem hæc adjicit: QUI primum et secundum terminum transgressus &c.

P. 409. l. 12. τὸν ἐπὶ τῇ τελειώσει—λόγον] Origenes *Homil. v. in Hieremiam*, pag. 157. ed. Benedictin.—ἐὰν δὲ πρὸ τοῦ ἀρότρου, καὶ πρὸ τοῦ νεώματα ποιῆσαι ἐν τῷ ἡγεμονικῷ τῶν ἀκουόντων, λάβῃ τις τὰ σπέρματα τὰ ἅγια, τὸν περὶ τοῦ πατρὸς λόγον, τὸν περὶ τοῦ υἱοῦ, τὸν περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, τὸν λόγον τὸν περὶ ἀναστάσεως, τὸν λόγον τὸν περὶ κολάσεως,—— καὶ σπείρῃ, παραβαίνει τὴν λέγουσαν ἐντολὴν πρῶτον· νεώσατε ἑαυτοῖς νεώματα· δεύτερον, καὶ μὴ σπείρετε ἐπ' ἀκάνθαις.

P. 410. l. 2. διδάξει ὑμᾶς] Hic autem Scripturæ locus, quoad sententiam tantum, non ad verbum ab Athanasio affertur. ED. BENEDICTIN.

Ibid. l. 14. οὐρανό] Regius et Seguer. ἐπουρανό. ED. BENED. Sic quoque textus Apostolis ab Athanas. modo allatus.

Ibid. τελειωθεῖσιν] Heb. vi. 4. quo procul dubio heic respexit Theognostus, legimus φωτισθέντας καὶ γευσάμενους, eos qui fuerunt illuminati et gustaverunt, cet. Hinc putaverim equidem eodem sensu dixisse Theognostum τελειωθεῖσιν, quo apostolum φωτισθέντας: scilicet de baptizatis seu illuminatis locum esse accipiendum. Hac enim significatione utrumque verbum φωτίζεσθαι et τελειοῦσθαι fuisse a Patribus usurpatum, neminem latet. Videsis Suicerum in *Thes. Eccl. v. Τελειώω et Φωτίζω*. GALLANDIUS. Et de baptismo Ceillier quoque interpretatus est Theognostum in *Histoire Générale des Auteurs Sacrés &c. vol. iii. c. 18.*

p. 334. At vero Theognosto τοὺς τελειομένους supra commemoranti venisse in mentem peritiorum Christianorum, non baptizatorum solum, dubitabit nemo, cui nota sint scripta alumnorum scholæ Alexandrinæ propriæque ipsorum sententiæ.

P. 411. l. 2. Οὐκ ἔξωθέν τις ἐστὶν &c.] Verba hæc præmisit Athanasius: Οἱ μὲν οὖν ἐν τῇ Νικαίᾳ συνελθόντες ταύτην ἔχοντες τὴν διάνοιαν, τοιαύτας καὶ τὰς λέξεις ἔγραψαν· ὅτι δὲ οὐχ ἑαυτοῖς πλάσαντες ἐπενόησαν ταύτας· ἐπειδὴ καὶ τοῦτο προφασίζονται· ἀλλ' ἄνωθεν παρὰ τῶν πρὸ αὐτῶν παραλαμβάνοντες εἰρήκασι, φέρε καὶ τοῦτο διαλέγωμεν, ἵνα μηδὲ αὐτῇ αὐτοῖς ἡ πρόφασις περιλείπηται. μάθετε τοίνυν, ᾧ Χριστόμαχοι Ἀρειανοὶ, ὅτι Θεόγνωστος μὲν, ἀνὴρ λόγιος, οὐ παρητήσατο τὸ ἘΚ ΤΗΣ ΟΥΣΙΑΣ εἰπεῖν. γράφων γὰρ περὶ υἱοῦ ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν Ὑποτυπώσεων, οὕτως εἴρηκεν· ΟΥΚ ἔξωθέν τις ἐστὶν &c. *Itaque cum Patres Nicænae synodi ita sentirent, hujusmodi dictiones illis scribere visum est. Quod vero ipsi eas non sibi excogitaverint, ut illi quidem objiciunt, sed ab aliis se antiquioribus acceperint, age, id quoque ostendamus, ne vel hæc ipsa incusatio illis supersit. Discite igitur, O Christi hostes Ariani, Theognostum virum eruditum minime refugisse ab hac ipsa dictione, ex substantia. Nam in secundo Hypotyposeων hæc de Filio scribit: NON extrinsecus adinventæ est &c. Confer. Dionysium Alex. num. x. p. 399. l. 6.*

Ibid. l. 7. καὶ οὔτε αὐτός ἐστιν—ἀλλότριος] Cum abessent ab edito Athanasio verba, καὶ οὔτε αὐτός ἐστιν ὁ πατήρ, οὔτε ἀλλότριος, hæc quæ sequuntur, olim scripsi. ‘Whitbeio quidem assentiendum esse puto in *Modestis Disquisitionibus*, c. ii. §. 2. pag. 68. scribenti, sententiam hic plane claudicare, et magnam omissionis alicujus inducere suspicionem; sed in quæstione de vocibus quas omissas fuisse arbitratur idem vir doctissimus, ab eo quam maxime dissentio. Ita enim locum supplere is voluit, “Ut enim nec vapor est aqua, nec jubar idem cum sole, sed ex ipsis effluvia, ita nec Filii essentia est eadem cum essentia Patris, ἀλλὰ ἀπόρροια, sed effluviū a Patris essentia.” Sic vero prorsus negligeretur οὔτε ἀλλότριον, cujus dictionis repetitio

causa omissionis videtur fuisse. Et mecum de emendandi loci ratione consentientes habebō, non solum orthodoxos, sed et criticos. Ceterum ab apostolo appellatur Filius ἀπαύγασμα τῆς δόξης, καὶ χαρακτήρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ. *Heb. i. 3.* Hæc, ut dixi, olim adnotavi, conjectans supplementum esse, οὕτως οὔτε ὁ υἱὸς ὁ πατὴρ ἐστίν, οὔτε ἀλλότριος. Nunc vero me superstite reperta est in *Catena in Epistolam ad Hebræos*, quam cl. Cramer e scriptis nuper edidit, p. 361. hæc Theognosti ῥήσις, et hic integrior, vocibus supplementis, καὶ οὔτε αὐτός ἐστίν ὁ πατὴρ, οὔτε ἀλλότριος.

P. 412. l. 8. προυποστήσασθαι] Theognostum sic defendit cl. Maranus in Opere inscripto, *Divinitas Jesu Christi Manifesta*: “Displicuit Gregorio Nysseno aliqua Theognosti
“cum Arianis verborum similitudo, quamvis nulla rerum
“esset inter utrosque consensus. Nam Ariani Filium
“vere creatum et ex nihilo eductum fingeant; nihil ejus-
“modi Theognostus. Deinde vero Ariani et Eunomiani
“Filium in mundi creatione instrumenti et inferioris mi-
“nistri vices sustinuisse dicebant; contra Theognostus
“Filium ad mundi creationem adhibitum fuisse censet, ut
“regulam et normam, hoc est, ut proprium Verbum, cui
“Pater omnes suas ideas ac omnem substantiam tradi-
“derat.” Lib. iv. cap. 24. p. 551.

P. 413. l. 1. κτίσμα αὐτὸν ἀποφαίνει] Ut Theognosti ὀρθοδοξίαν tueatur, nos monet clarissimus Bullus, verum esse non posse, quod scribit Photius, docuisse eum, idque in eo ipso, quem adducit Athanasius, Hypotyposeon libro secundo, Filium Dei, qua proprie Filius Dei est, creaturam esse; immo ipsum Photium sibi fidem detrahere, qui in sequentibus ait, dixisse Theognostum Dei Filium τῆ ἐνεργείᾳ μὴ περιγραφόμενον, *vi sive efficacia non esse circumscriptum*, (vid. p. 414.) quod certe de creatura dici non possit. *Defens. Fidei Nicæn.* Sect. II. cap. x. §. 8. p. 123. Ad hæc respondens Whitbeius in loco jam indicato, vult ita se rem habere, ut de aliorum tantum agens opinionibus, non ex sententia sua, Theognostus hoc posterius protulisse censeatur. Cui quidem effugio nihil veri inesse, omnibus verba Photiana legentibus clare constabit. Veruntamen

re ipsa adhibuisse vocem κτίσμα, cum de Filii generatione ageret, Theognostum, vix fortasse ei diffitendum, qui dicendi formulas disserendique rationem in schola Origeniana usitatas in memoriam revocaverit. Immo vero, cum magnus Dionysius Alexandrinus in *Epistola ad Euphranorem et Ammonem*, cujus notitia data est a S. Athanasio in *Epistola de Dionysii Sententia*, pagg. 246. 254. 255. 257. ed. Benedictinæ, Filium ποίημα καὶ γενητὸν dixisset, postea ἀπολογοῦμενος non solum non negabat, Filium ὁμοούσιον τῷ πατρὶ esse, verum etiam dicebat, haud differre ab hac notione argumenta, quæ ipse in eadem epistola attulisset; τοῖς δὲ δύο ῥηματίοις ἀσυνθέτοις (ait vir sanctus de verbis sibi objectis) καθάπερ λίθοις μακρόθεν ἐπιχειροῦσι με βάλλειν, ἀγνοοῦντες ὡς τῶν ἀγνοουμένων καὶ προσαγωγῆς εἰς ἐπίγνωσιν δεομένων, οὐ μόνον ἀλλοῖα πολλάκις, ἀλλὰ καὶ ὑπεναντία τεκμήρια, γίνεται τῶν ἐπιζητουμένων δηλώματα. *Epist. Dionysii* Ἐλέγχου καὶ Ἀπολογίας apud Athanas. ibid. num. 18. p. 256. vel supra pag. 392. et 393. hujus vol. Neque solus Dionysius, sed iisdem temporibus Gregorius Neocæsareæ, quem sibi vindicabant, ait Basilius, οἱ τὰ Σαβελλίου φρονοῦντες, voces κτίσμα et ποίημα, et siquid ejusmodi, de Christo in scriptis suis adhibuit, testante eodem Basilio M. in *Epistola* ccx. pag. 316. ed. Benedictin. Sed notandum id quod alios jam monuisse haud dubito, atque verisimile esse ostendit Dionysius Romanus supra p. 376. fieri posse, ut locus celebris capituli viii. *Proverbiorum*, Κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ εἰς ἔργα αὐτοῦ, ad Filium Dei significandum a veteribus sæpe adhibitus, tum vero illa apostolorum, πρωτότοκος πάσης κτίσεως et ἡ ἀρχὴ τῆς κτίσεως τοῦ Θεοῦ, de Christo usurpata, vocis istius κτίσμα aliarumque vix ferendarum usum etiam apud recte sentientes inducerent.

Cum præterea Stephanus Gobarus apud Photium *Bibl. Cod. cclxxxii.* pag. 904. qui contrarias et sibi oppositas diversorum auctorum sententias in opere suo ex professo collegerat, id dignum observatu putasset, ab Athanasio laudatos fuisse Origenem et Theognostum; inde fit veri-

simile, hunc ipsum, haud aliter atque Origenem, ab aliis culpatum fuisse, et censoria virgula notatum.

P. 413. l. 1. καὶ τῶν λογικῶν μόνον ἐπιστατεῖν] Statuit quidem Origenes, ut in scriptis ejus versati norunt, Patrem ad omne, quod existit, pervadere, Filium vero ad rationalia, ad solos autem sanctos Sanctum Spiritum. Nec tamen velle eum negare, omnia de tota Triade prædicari posse, etsi quædam Filio assignaverit, aliaque tribui ab eo Spiritui S. soleant, egregie confirmat nobis præstantissimus Huetius in *Origenianis*, lib. ii. cap. 2. quæst. ii. §§. 27, 28. pp. 46, 47.

P. 414. l. 1. κενολογεῖ] Cum hoc pro καινολογεῖ ad marg. *Photii* reposuisset Hoeschelius, idem recepit cl. Bekkerus.

Ibid. l. 4. δυνατήν] Al. δι' αὐτήν ad marg. *Photii* notatum est. Sed melior est lectio recepta.

Ibid. l. 6. ἄλλοτε ἐν ἄλλοις τόποις περιγραφόμενον] Lucem huic dicto ea fortasse commodabunt, quæ videtur scribere anagogice, ut loquuntur, de Servatoris nostri transfiguratione Origenes in tomo xii. *Commentarii in Mat.* p. 297. ed. Huetii, p. 558. ed. Delaruan. ἀλλὰ ἄκουε τούτων, εἰ δύνασαι, πνευματικῶς, προσέχων ἅμα, ὅτι οὐκ εἴρηται μὲν ἀπαξαπλῶς, μετεμορφώθη, μετὰ δέ τινος ἀναγκαίας προσθήκης, ἣν ἀνέγραψε Ματθαῖος, καὶ Μάρκος· κατὰ γὰρ ἀμφοτέρους, μετεμορφώθη ἔμπροσθεν αὐτῶν. καὶ κατὰ τοῦτό γε ἐρεῖς δυνατὸν εἶναι τὸν Ἰησοῦν ἔμπροσθεν μὲν τινῶν μεταμορφωθῆναι ταύτην τὴν μεταμόρφωσιν· ἔμπροσθεν δὲ ἐτέρων, κατὰ τὸ αὐτὸ καιροῦ μὴ μεταμορφωθῆναι. De natura autem corporis Christi in hunc modum adeo errasse Origenem, ut ipsum illud haud verum esse, sed specie tenus apparens, statueret, adversarii ejus calumniari soliti sunt.

Ibid. l. 14. καταφέρεται.] Cavius *Hist. Lit.* tom. i. p. 147. v. *Theognostus*, post commemoratam hanc *Photii* recensionem, ait: “Hæc quidem de *Theognosto* ejusque scriptis
“ *Photius*, durius forsitan quam par erat, ea interpretatus.
“ Potuit phrases admodum incautas, et satis periculosas
“ usurpare, pariter ac omnes pæne Antenicæni patres, qui
“ re nondum excussa et decisa scripserunt. Certe de

“ Theognosto tanquam homine valde orthodoxo loquitur
 “ Athanasius, et quæ ex eo citat, Filium ὁμοούσιον esse di-
 “ serte probant, ipsosque Arianos ejus testimonio premit
 “ provocatque.” Quin etiam cl. Maranus in opere jam lau-
 “ dato censuram levare Photii sic pergit. “ In hoc Photii
 “ testimonio illud 1^o. observandum est, Filium a Theog-
 “ nosto creaturam minime vocatum fuisse; fatetur enim
 “ Photius, Filium ab eo appellari, sed re creaturam os-
 “ tendi existimat. 2^o. Secum pugnat Photius, cum Theog-
 “ nostum ait argumenta colligere, cur Filius necessario
 “ existat, nec tamen ab eo increatum existimari pronun-
 “ tiat. Non dubium quin inter argumenta, quibus Theog-
 “ nostus Filii æternitatem probavit, allatum ab Athanasio
 “ testimonium referri debeat, in quo Filium ex Patris
 “ substantia, ut splendorem ex luce, genitum demonstrat.
 “ 3^o. Fatetur Photius Theognostum in libro vii. magis pie
 “ de cæteris rebus ac maxime de Filio disserere. 4^o. Jam
 “ vidimus in Origenis explicanda doctrina, quo sensu Filius
 “ creaturis ratione utentibus maxime præesse dicatur.
 “ Addit Photius, hanc Theognosti defendendi rationem, ut
 “ exercitationis causa locutus dicatur, in dialogis quidem
 “ valere, at in aliis libris infirmam esse: sed non memine-
 “ rat ita defensum fuisse ab Athanasio Theognostum, nec
 “ satis attendebat in libris, qui dialogorum more non scri-
 “ buntur, multa subdubitando proponi solere, antequam
 “ verisimilior sententia confirmetur. Vituperat etiam The-
 “ ognostum Photius, quod dicere audeat ὅτι τὸν Υἱὸν
 “ φανταζόμεθα ἄλλοτε ἐν ἄλλοις τόποις περιγραφόμενον, μόνη
 “ δὲ τῇ ἐνεργείᾳ μὴ περιγραφόμενον, *Quod Filium imagina-*
 “ *mur alias in aliis locis circumscriptum, sola autem opera-*
 “ *tione non circumscriptum.* Fateor mihi non liquere, quod
 “ sibi velint hæc verba, *Filium imaginamur* &c. nisi forte
 “ idem dicat, quod multi alii, Filium a Patre missum sub
 “ variis formis videri et in loco inveniri: sed quocumque
 “ modo interpreteris, cum eum potentia et operatione cir-
 “ cumscriptum neget, nihil de ejus divinitate detrahit.
 “ Theognostum idem Photius non melius de Spiritu
 “ Sancto, quam de Filio sensisse opinatur. Ait enim

“ eum, ut in secundo, ita in tertio libro de Spiritu Sancto
 “ disserentem, argumenta quidem ponere, quibus Sancti Spi-
 “ ritus existentiam demonstrare conatur: cæterum, ut Orige-
 “ nem in opere de Principiis, ita istum hic nugari. Sed
 “ perhonorificum est Theognosto hoc Photii iudicium;
 “ nam si, ut Filii in secundo libro, ita Spiritus Sancti in
 “ tertio existentiam demonstrabat Theognostus; non du-
 “ bium quin Spiritum Sanctum non ex nihilo, sed ex Dei
 “ substantia esse docuerit, ut de Filio in secundo libro
 “ docuerat.” Lib. iv. c. 24. p. 552. *Divinit. Jesu Christi.*
 Ceterum affertur *Theognostus Alexandrinus* in codice quo-
 dam Græco bibliothecæ S. Marci Venetiis, teste ejusdem
 bibliothecæ *Catalogo* anno 1741. impresso. Utrum vero ab
 excerptis Athanasianis ῥήσις illa differat, nondum rescivi.

PIERIUS.

PIERIUS.

S. HIERONYMI *Lib. De Viris Illustribus,*
cap. lxxvi. p. 166.

PIERIUS, Alexandrinæ ecclesiæ presbyter sub^a Caro et Diocletiano Principibus, eo tempore quo eam ecclesiam Theonas episcopus regebat, ^b florentissime docuit populum, et in tantam sermonis (for. sermonum) ^c diversorumque tractatum, qui usque hodie extant, venit elegantiam, ut Origenes junior vocaretur. Constat hunc ^d miræ ἀσκήσεως et appetitorem voluntariæ paupertatis, scientissimumque Dialecticæ et Rhetoricæ artis, ^e post persecutionem omne vitæ suæ tempus Romæ fuisse versatum. Hujus est ^f longissimus tractatus de propheta Osee, quem in vigilia Paschæ habitum ipse sermo demonstrat.

^a Carus præfuit Imperio A. 282. 283. Diocletianus ab A. 284. ad 305. Theonas qui A. 265. Dionysio in Episcopatu Alexandrino successit, defunctus est A. 300. FABRICIUS.

^b Eusebius de Pierio vii. 32. Ἐν δὲ τοῖς μάλιστα καθ' ἡμᾶς σπανιωτάτους γενομένους ἴσμεν, τῶν μὲν ἐπ' Ἀλεξανδρείας πρεσβυτέρων Πιέριον· Μελέτιον δὲ τῶν κατὰ Πόντον ἐκκλησιῶν ἐπίσκοπον. ἀλλ' ὁ μὲν ἄκρως ἀκτῆμονι βίῳ καὶ μαθήμασι φιλοσόφοις δεδοκίμαστο· ταῖς

περὶ τὰ θεῖα θεωρίας καὶ ἐξηγήσεις, καὶ ταῖς ἐπὶ τοῦ κοινοῦ τῆς ἐκκλησίας διαλέξεις ὑπερφυῶς ἐξησηκμένους. ὁ δὲ Μελέτιος, &c. Post Dionysium Scholæ Catechetiæ Alexandrinæ præfectum fuisse Pierium tradit Philippus Sidetes in fragmento quod ad calcem diss. in Irenæum publicavit H. Dodwellus. Et Photius Cod. 119. Παμφίλου τε τοῦ μάρτυρος ὑφηγητὴν φασιν τῶν ἐκκλησιαστικῶν γενέσθαι μαθημάτων, καὶ κατ' Ἀλεξάνδρειαν ἡγήσασθαι παιδευτηρίου. FABRICIUS. De istac vero Pierii præfectura dubitare se profitetur cl. Lardnerus, *De Fide Hist. Evang.* P. II. lib. i. c. 24. propterea quod sileant de ea Eusebius et Hieronymus. Eidem viro cl. narratio quoque Photii incerta videtur, mox a me afferenda, qua dicitur Pierius, quem quidem Hieronymus Romæ siccam mortem obiisse significat, martyrium una cum Isidoro fratre subiisse suo. Vid. et de hac re Tillemont. in *Mem. Eccl.* ad ipsum finem vol. iv. In litteris quidem Dionysii Alexandrini ad Fabium scriptis mentio fit Isidori cujusdam Ægyptii in vexatione Deciana pro Christo passi; utrum vero hujus Pierii is frater fuerit, necne, ignoro; certe, si res ita haberet, eodem simul tempore fratres martyrium haud passi essent, cum Pierius Dionysio superstes fuerit. Atque fieri potest, ut templum illud domusque, (hæ sunt, ni fallor, ædes sacræ minus amplæ,) quæ Pierio atque Isidoro constructa fuisse narrat Photius, Cod. 118. in illius quidem Isidori sed in alius cujusdam Pierii, qui martyr esset, memoriam sacrata fuerint. Ecclesiam quidem Alexandriæ extitisse, quæ Pierii et Serapionis nominibus dicabatur, memorat Epiphanius *Hæres.* lxxix. ab Hoeschelio ad Photii locum indicatus. Serapionis autem martyris mentionem facit Dionysius in epistola jam laudata. Verumtamen omnes ecclesias Alexandrinas martyrum nominibus appellatas fuisse, prohibet nos credere l. c. Epiphanius, qui ecclesias Dionysii et Theonæ episcoporum, non martyrum, inter alias recensuit. Itaque nuncupari Pierii et Serapionis ecclesia posset, etsi Pierius martyr non fuerit, qui, Hieronymo narrante, persecutioni, hæc est ultima illa, supervixerit.

^c Ex his fuere duodecim libri Pierii de quibus Photius Cod. 119. Palladius in Lausiaca c. 12. narrat Ammonium plura potuisse memoriter recitare ex scriptis Origenis, Didymi, Stephani

ac Pierii. FABRICIUS. Hæc Hieronymo inusitata est ratio dicendi. An melior fieret, si *excellenciam* pro voce *elegantiam* substitueretur? Certe pro *sermonis* legendum est *sermonum* qui sunt Pierii οἱ Λόγοι.

^d Euseb. ἀλλ' ὁ μὲν ἄκρως ἀκτῆμονι βίῳ καὶ μαθήμασι φιλοσόφοις δεδοκίμαστο. FABRICIUS. Post *paupertatis* addidit *fuisse* ex cod. Vaticano Vallarsius, omissa particula *que* post *scientissimum*, ego autem fide nixus codicis penes me MSti particulam *et* ante voces *post persecutionem* delevi.

^e Decennem illam a Diocletiano inceptam.

^f Scribit S. Hieronymus in Præfat. Osee. *Pierii legi tractatum longissimum, quem in exordio hujus prophetæ die vigiliarum Dominicæ passionis extemporali et disertò sermone profudit. In Epist. Multa: contra Vigilantium: et in vigiliis Paschæ tale quid fieri plerumque convincitur. In Matth. xxv. Traditio Judæorum est, Christum media nocte venturum, unde reor et traditionem Apostolicam permansisse, ut in die vigiliarum Paschæ ante noctis dimidium populos dimittere non liceat expectantes adventum Christi, et postquam illud tempus transierit, securitate præsumpta festum cunctis agentibus diem. Adamantii autem et Pierii exemplaria (Nov. Test.) citat Hieron. in Matth. c. xxiv. H. GRAVIUS. Jam diu autem est cum et ista in Hoseam et cæteræ lucubrationes Pierii omnes intercederunt. FABRICIUS.*

PIERII

CATECHISTÆ ALEXANDRINI,

QUI POST MEDIUM SECULUM TERTIUM FLORUIT.

EXCERPTUM.

5 *Ex Scripto quodam Pierii in Priorem S. Pauli ad Corinthios
Epistolam brevissimum hoc attulit S. Hieronymus in Epist. 2.
ad Pammachium, pro Libris suis adversus Jovinianum.*

ORIGENES, Dionysius, Pierius, Eusebius Cæsariensis, Di-
dymus, Apollinaris latissime hanc Epistolam (Ep. 1. ad Cor.)
10 interpretati sunt: quorum PIERIUS, quum sensum apostoli
ventilaret atque edissereret; et proposuisset illud exponere,
a *Volo autem omnes esse sicut meipsum*, adjecit; ταῦτα λέγων
Παῦλος, ἀντικρὺς ἀγαμίαν κηρύσσει. tom. iv. p. 243. ed. Bene-
dictin.

De Pierii Scriptis hæc Photius in Bibliotheca, Cod. cxix. pag.
15 300. ed. Hæschel. p. 93. ed. Bekker. Berolin. 1834.

ΠΙΕΡΙΟΥ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΟΥ ΛΟΓΟΙ ΔΙΑΦΟΡΟΙ.

Ἀνεγνώσθη βιβλίον Πιερίου πρεσβυτέρου, ὃν καὶ σὺν τῷ
ἀδελφῷ Ἰσιδώρῳ τὸν ὑπὲρ Χριστοῦ ἀγωνίσασθαί φασιν ἀγῶνα·

Interprete A. Schotto.

20 Lectum est PIERII presbyteri mano martyrii pro Christi nomi-
(quem una cum Isidoro fratre ger- ne certamen subiisse, Pamphili

Παμφίλου τε τοῦ μάρτυρος ὑφηγητὴν τῶν ἐκκλησιαστικῶν γενέσθαι μαθημάτων· καὶ τοῦ κατὰ Ἀλεξάνδρειαν ἡγήσασθαι παιδευτηρίου. λόγους δὲ τὸ βιβλίον περιεῖχε δώδεκα. ἔστι δὲ τὴν φράσιν σαφῆς τε καὶ λαμπρὸς, καὶ ὡσπερ ῥέων τῷ λόγῳ. μηδὲν τε ἐπιμελὲς ἐνδεικνύμενος. ἀλλ' ὡς ἐξ αὐτοσχεδίου ὁμα- 5 λῶς τε καὶ λείως καὶ ἡρέμα φερόμενος. τοῖς δὲ ἐνθυμήμασιν, εἴπερ τις ἄλλος, γονιμώτατος. πολλὰ δὲ ἔξω τῶν νῦν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ καθεστηκότων, ἀρχαιοτρόπως ἴσως, ἀποφαίνεται. ἀλλὰ περὶ μὲν Πατρὸς καὶ Υἱοῦ εὐσεβῶς πρεσβεύει· πλὴν ὅτι οὐσίας δύο καὶ φύσεις δύο λέγει· τῷ τῆς οὐσίας καὶ φύσεως ὀνόματι, 10 ὡς δῆλον ἔκ τε τῶν ἐπομένων καὶ προηγουμένων τοῦ χωρίου, ἀντὶ τῆς ὑποστάσεως, καὶ οὐχ ὡς οἱ Ἀρείῳ προσανακείμενοι, χρώμενος. περὶ μέντοι τοῦ Πνεύματος ἐπισφαλῶς λίαν καὶ δυσσεβῶς δογματίζει. ὑποβεβηκέναι γὰρ αὐτὸ τῆς τοῦ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ ἀποφάσκει δόξης. ἔχει δὲ χρήσιν εἰς τὸν λόγον, οὗ ἡ 15 ἐπιγραφή, Εἰς τὸ κατὰ Λουκᾶν, δι' ἧς ἐστὶ παριστᾶν· ὅτι ἡ τῆς εἰκόνας τιμὴ καὶ ἀτιμία, τοῦ πρῶτοτύπου ἐστὶ τιμὴ ἢ πάλιν ἀτιμία. ὑπαινίπτεται δὲ οὗτος, κατὰ τὸν Ὁριγένους ὕθλον, καὶ προὔπαρξιν ψυχῶν. ἔχει δὲ καὶ ἐν τῷ εἰς τὸ Πάσχα καὶ τὸν Ὁσηὲ λόγῳ, περὶ τε τῶν ποιηθέντων Χερουβὶμ τῷ Μωσεῖ, καὶ περὶ 20 τῆς τοῦ Ἰακώβ στηλῆς· ἐν οἷς τὴν μὲν ποίησιν αὐτῶν ὁμολογεῖ, οἰκονομίας δὲ λόγῳ συγχωρηθῆναι ματαιολογεῖ, ὡς οὐδὲν (for.

quoque martyris in sacrarum literarum studio doctorem, atque Alexandrinæ scholæ præfectum fuisse ferunt) *Volumen librorum duodecim*. Stylus illi clarus, ac perspicuus, et quasi sponte fluens, nihil exquisitum præ se fert, sed velut ex tempore fusus, placide ac leniter, sensimque decurrit. Enthymematis autem, si quis alius, maxime abundat. Plurima quoque præter ea quæ in ecclesia hodie obtinet, veteri fortassis more, tradit. De Patre tamen et Filio pie credit, nisi quod substantias duas, totidemque naturas esse dicit: substantiæ et naturæ nomine, (quantum ex iis, quæ hunc locum antecedunt et consequuntur, colligitur) pro hypostasi usus; non

ita (d. ita) vero, ut qui Ario adhærent. Veruntamen de Spiritu sancto periculose nimis, atque parum 25 pie docet: dum hunc inferioris esse gloriæ, quam sit Pater, et Filius, affirmat. Habet item testimonium quoddam in eo libro qui inscribitur in evang. Lucæ, ex quo 30 demonstrare licet, imaginis honorem et irreverentiam, prototypi esse honorem, sive irreverentiam. Obscurius deinde etiam hic, secundum Origenis nugas, indicat 35 animas præexistere. In eo vero libro, quem in pascha, et Oream prophetam scripsit, agit quoque de Cherubim a Mose factis, et de Jacobi lapide, ubi factos quidem 40 illos fatetur, at divinæ tantum providentiæ ratione fuisse conces-

οὐδὲ) ἦσαν ὡς ἕτερα τὰ γεγενημένα· οὐδὲ τύπον ἄλλον ἔφερε μορφῆς, ἀλλὰ μόνον περύγων κενολογῆ φέρειν αὐτὰ σχῆμα.

5 sos nugatur : quasi aut nihil fuerint, aut aliud quidpiam fuerint, aut aliud [saltem illa fuerint] quæ facta sunt, neque enim, [inquit.] vestigium aliud præferebant alicujus formæ, [sed ratione dispen-

sationis concessum esse nugatur, neque hæc extitisse aliorum instar, quæ facta sunt ; neque effigiem aliam præ se fortasse formæ ;] sed alarum dumtaxat speciem fabulatur illos ferre.

ANNOTATIONES IN PIERIUM.

P. 429. l. 5. Ex Scripto quodam Pierii in Priorem S. Pauli &c.] Censet cl. Lardnerus in Op. *De Fide Hist. Evang.* part. II. lib. i. cap. 54. nullum in Pauli epistolam a Pierio scriptum commentarium, sed tantum *ρήσιν* Paulinam hic commemoratam in aliquo opere a Pierio fuisse fusiori sermone expositam. Fabricius autem in *Bibl. Græc.* lib. v. cap. 35. ubi de scriptoribus in Photii *Bibliotheca* censuræ subjectis agit, haud dubitare se ait, ex duodecim illis a Photio memoratis Pierii *λόγοις* fuisse hunc tractatum. Vid. paulo infra. Neque hæc Fabricii conjectura Photium legenti improbabilis videbitur.

Ibid. l. 17. *ὅν καὶ σὺν τῷ ἀδελφῷ &c.*] De Pierio hæc scripserat proxime ante Photius in *Cod.* cxviii. in quo recensetur *Pamphili M. atque Eusebii Apologia pro Origene.* Ἦν δὲ Παμφίλου διδάσκαλος ὁ Πιέριος, τοῦ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ καὶ αὐτὸς προεστηκὸς διδασκαλείου. μάρτυς δὲ καὶ ὁ Πιέριος ἅμα τῷ ἀδελφῷ Ἰσιδώρῳ, τῶν ἀθλητικῶν ἀξιωθέντες στεφανῶν, οἷς, ὡς φασι, καὶ νεὸς καὶ οἴκοι ὑπὸ τῶν εὐσεβοῦντων ἰδρύνθησαν. Sed de Pierii rebus adisis quæ ad Hieronymum *De Viris Ill.* modo notavi. Inscriptio interea seu titulus hujus operis, in duodecim tomos partiti, nisi Οἱ Λόγοι appellatum fuerit, intercidisse videtur.

P. 430. l. 10. τῆ τῆς οὐσίας καὶ φύσεως—ἀντι τῆς ὑποστάσεως] Vide supra Not. ad DIONYSII ROM. Excerptum, p. 384.

Ibid. l. 13. περὶ μέντοι τοῦ Πνεύματος ἐπισφαλῶς &c.] Guillelmus quidem Berriman. in *Concionibus Sacris de Historia Controversiæ Trinitariæ* lingua vernacula præclare scriptis, Serm. iii. p. 134. Pierium defendens, negat hoc verisimile esse, in gravem ullum errorem de Spiritu Sancto incidisse eum, qui de Filii quidem natura verum doceret. Opinatur porro vir doctus secutus Bullum, scripsisse Pierium, Spiritum S. minorem esse Patre et Filio eadem ratione, qua ipse Filius Patre minor a Catholicis agnoscatur, nempe originis respectu. At vero, ut dicam quod res est, credibile non est Photium, qui, quidquid ἀρχαιοτρόπως docuisset de Filii natura Pierius, nihil reprehendit in eo, voluisse eidem dicam scribere, quod periculose admodum et impie de Spiritu S. doceret, nisi revera in errore aliquo saltem verbo tenus Alexandrinus iste versatus esset. Quod quidem dixit, Spiritum S. *gloria* inferiorem esse Patre et Filio, hoc sequi existimare potuit Pierius, non respectu originis tantum, sed etiam ex œconomia, quæ dicitur redemptionis; sed in scriptis ejus vereor quædam extitisse perperam prolata de Spiritu; neque id mirandum in eo, qui Origenem imitari vellet; cum periculose admodum circa Spiritum Dei philosophatum esse caput illud Alexandrinæ scholæ, probe norint omnes, qui in scriptis legendis ejus versati sint. Hic ipse tamen Origenes in operibus suis, utinam Pierii quoque volumina ad nos pervenissent, non tantum sæpe de Spiritu S. conjuncte cum duabus alteris τῆς προσκυνητῆς Triadis personis (istæ ipsius voces sunt in *Comment. in S. Joan. Evang.*) locutus est, verum etiam, τὸ συναῖδιον Spiritus docuit apud Euseb. lib. i. *adv. Marcellum* c. 4. pag. 22. ed. Paris. Sunt quoque notabilia Origenis verba de sanctis principiis, ac divinis Personis, in *Homil. 5. in Hierem.* supra in Notis ad THEOGNOSTUM adposita. p. 416. Et attende fidem suam, ad Deum quæ spectat, Origenem exponentem in *Commentario in Joannis Evang.* xxxii. cap. 9. ed. Benedictin.

P. 430. l. 15. εἰς τὸν Λόγον] H. e. Unum ex tomis operis, quod a Photio lectum est; idemque venit dicendum de tractatu in Osee proxime post memorato, etsi de hoc, tanquam si separatus et justus quidam liber esset, Hieronymus in libro *De Viris Ill.* locutus est.

Ibid. l. 19. Χερουβιμ—τῆς τοῦ Ἰακώβ στήλης] De Cherubim opere Mosis adi capp. xxxv. et xxxvii. *Exodi*, de lapide vero a Jacobo posito post visos ab eo angelos ascendentes et descendentes, consulendum est cap. xxviii. *Genesis*. Hac in re quoque imitatus erat Pierius Origenem, duos illos Seraphim apud Esaiam indicare Christum et Spiritum S. statuentem; quin immo interdum allegorias, ut alibi dixi, ita vecorde sectantem, ut veritatem literæ, quæ vocatur, Sacræ scripturæ in rebus proculdubio vere gestis subvertat. Hoc tamen an fecerit Pierius magistrum suum secutus, an contra in perscrutando mystico, seu spirituali, multarum sane partium Scripturæ sensu, pie ac sobrie versatus fuerit, nescio. Sed etiam Hieronymum video tantum insanisse, ut scriberet ad Nepotianum in epistola *de Vita Clericorum*, historiam Davidis et Abisæ Sunamitis *figmentum esse de mimo vel Atellanarum ludicio*, si sequeris literam. Apage vero hasce allegoristarum nugas, quibus propter nonnulla vere typica in Sacra scriptura, et alia quædam vel tropice prolata, vel ambiguae interpretationis, magni alioqui viri dum aliis prodesse volebant, suam ipsorum famam læserunt. Mystereum autem hujusmodi expositionis videas ab Origene traditum cum alibi tum in lib. iv. *De Principiis* cap. i. §. 15. sive cap. primo *Philocaliæ* p. 12. ed. Spenceri. Interea expositionem mysticorum S. Scripturæ, quam vel ipsa fecit S. Scriptura, vel agnovit, quæ constans fuisse ac perpetua ecclesiæ traditio probari possit, amplecti debemus. Nec prohibemur, quin pie atque utiliter accomodemus ad spiritualem significationem quamplurima in Sacris Scripturis reperta, etiamsi nullus typus, vel allegoria, iisdem revera insit, si modo id concinne et apte fiat.

Ibid. l. 22. ὡς οὐδὲν ἦσαν ὡς ἕτερα τὰ γεγεννημένα] Hoesche-

lius vult legere *ὡς οὐδὲν ἦσαν, ὡς ἕτερον ἦσαν, ὡς ἕτερα τ. γ.* Atque additur illud, *ὡς ἕτερον ἦσαν*, in codicibus, quos affert in notis Hoeschelius. Sed fortasse locus satis sanus erit, ejus ibidem Latinam addidi interpretationem, si *οὐδὲ* legeris pro *οὐδὲν*, dum in verbis sequentibus, *ὡς οὐδὲν τύπον*, particulam *ὡς* delet Hoeschelius, quæ abest a quatuor codicibus. Positum vero est in nova Photii edit. *ὡς οὐδὲν ἦσαν, ὡς ἕτερον ἦσαν, ὡς ἕτερον τὰ γεγενημένα, οὐδὲ τύπον &c.*

THEONÆ EPISTOLA.

EPISTOLÆ THEONÆ EPISCOPI

INTERPRETATIO LATINA VETUS.

IS

TERTIO SÆCULO AD FINEM VERGENTE FLORUIT,
5 ECCLESIAEQVE FORTASSE ALEXANDRINÆ
PRÆFUIT.

*Epistola Theonæ Episcopi ad Lucianum Cubiculariorum
Præpositum.*

THEONAS episcopus Luciano præposito cubiculariorum
10 invictissimi Principis nostri.

I. Gratias ago omnipotenti Deo et Domino nostro Jesu
Christo, qui fidem suam per universum orbem in salutis
nostræ unicum remedium manifestare, ac etiam in tyran-
norum persecutionibus ampliare non destitit. Immo per-
15 secutionum procellis velut aurum in fornace expurgatum.
enituit; et ejus veritas ac celsitudo magis semper ac ma-
gis splenduit, ut jam pace per bonum principem ecclesiis
concessa, Christianorum ^a opera etiam coram infidelibus
luceant, et glorificetur inde pater vester qui in cœlis est
20 Deus; quod velut præcipuum a nobis pro salute nostra, si
Christiani re potius quam verbis esse cupimus, quæren-
dum atque exoptandum est. Nam si gloriam nostram
quærimus, rem variam caducamque appetimus, et quæ
nos ipsos ad mortem perducit; at gloria Patris et Filii,

^a Mat. v. 16.

qui pro salute nostra cruci affixus fuit, nos salvos facit in redemptionem sempiternam, quæ maxima Christianorum est expectatio.

Non ergo, mi Luciane, te jactari (for. jactitare) aut puto aut volo, quod multi ex palatio Principis per te ad agnitionem veritatis pervenerunt, sed magis gratias Deo nostro referre decet, qui te bonum instrumentum in rem bonam confecit, teque apud Principem sublimavit, ut Christiani nominis odorem in suam gloriam et multorum salutem diffunderes (for. diffunderet). Nam quanto magis Princeps ipse nondum Christianæ religioni adscriptus, ipsis Christianis velut fidelioribus vitam et corpus suum curandum credidit; tanto decet vos sollicitiores, ac in illius salutem et curam diligentiores esse et prospectiores, ut per id plurimum Christi nomen glorificetur, et illius fides per vos qui Principem fovetis, quotidie augeatur; nam quia (ἐν ᾧ, in eo quod, Vulgat. 1 Pet. iii. 12,) nos maleficos olim et omnibus flagitiis refertos nonnulli priores Principes putaverunt, sed jam videntes vestra bona opera non possint nisi ipsum Christum glorificare. 20

II. Itaque summa ope vobis adnitendum est, ne vos aliquid turpe aut inhonestum, ne flagitiosum nominem, sentiatis, ne Christi nomen per vos ipsos blasphemetur.

Absit a vobis, ut aditum alicui ad principem pretio vendatis; ut inhonesta aut precibus aut pretio victi aliquo pacto Principi suggeratis. Omnis avaritiæ ardor a vobis abscedat, ^b quæ idololatriam potius quam Christi religionem operatur. Nullum turpe lucrum Christiano, nulla duplicitas convenire potest, qui Christum simplicem et nudum amplectitur. ^c Nulla scurrilitas, aut turpiloquium inter vos habeatur. Omnia cum modestia, comitate, affabilitate et justitia exigantur, ut in omnibus nomen Dei et Domini nostri Jesu Christi glorificetur. 30

^b Coloss. iii. 5.

^c Ephes. v. 4.

Officia vestra ad quæ singuli constituti estis, omni cum timore Dei et amore Principis, atque exacta diligentia exequamini. Mandatum Principis quod Deum non offendit, ab ipso Deo processisse putetis; amore pariter et
 5 timore, atque omni cum jocunditate perficite. Nihil est enim quod hominem magnis agitationibus fatigatum ita reerect sicut intimi servitoris conveniens jocunditas, et benigna patientia; nec ulla iterum res e contrario illum perturbatione ita afficit et contristat, sicut tristitia impatientiaque, et ipsius servitoris submurmuratio. Absint hæc
 10 a vobis Christianis, qui zelo fidei inceditis; sed ut in vobis ipsis honorificetur Deus, omnia vitia mentis et corporis suppressite et calcate. ^dInduimini patientia et affabilitate; virtutibus et spe Christi repleamini. Omnia propter
 15 ipsum Creatorem vestrum sufferte, omnia patimini, omnia vincite et supplantate, ut Christum Dominum acquiratis. Magna sunt hæc et laboribus plena, sed ^e*qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet, et illi quidem, ut corruptibilem coronam accipiant, nos autem incorruptam.*

20 III. Sed quia, ut sentio, diversis officiis estis adscripti, et omnium tu, Luciane, Præpositus diceris, quos omnes gratia Christi tibi concessa potens es et regulare et instruere; certus sum, non tibi displicebit me etiam de officiis illis aliqua particulatim et summarie tibi referre, quæ sen-
 25 sero. Nam aliquem ex vobis servare privatas Principis pecunias audio; alium vestes et ornamenta imperialia; alium vasa pretiosa; alium libros, quem (for. quamquam) non hunc adhuc ex credentibus intelligo, alium aliam suppellectilem. Quæ sane quemadmodum tractanda mihi
 30 videantur, paucis indicabo.

IV. Qui privatas Principis pecunias detinet, omnia sub certo calculo conservet; paratus sit semper omnium certam reddere rationem; omnia scribat, etiam si possibile

^d Coloss. iii. 12.

^e 1 Cor. ix. 25.

est, antequam alteri pecunias porrigat; nunquam memorie confidat, quæ ad diversa quotidie distracta facile labitur, ita ut sine scriptura, etiam quæ nullo pacto fuerunt ex corde nonnunquam affirmemus; nec vulgaris sit hujuscemodi scriptura, sed quæ facile et clare omnia pandat, 5 et mentem requirentis sine scrupulo aut dubitatione relinquat; quod facile fiet, si distincte quæ recipiuntur, et per se scribantur, et quo tempore, et per quem recepta fuerint, et quo in loco; similiter et quod aliis erogatur vel Principis mandato impenditur, per se suo ordine digeratur; ¹⁰ f fidelis sit ille servus et prudens, ut gaudeat Dominus eum super bona sua constituisse, et Christum in illo glorificet.

V. Nec minor erit illi diligentia et cura, qui vestes et imperialia detinet ornamenta, quæ omnia sub certissimo ¹⁵ indice habeat, et adnotet quæ illa sint, qualia, quibus in locis recondita, quando ea acceperit, et a quibus, an maculata sint, vel sine macula; illa omnia sua diligentia conservet, sæpe revideat, sæpe pertractet, ut facilius recognoscantur; omnia illi sint in promptu, omnia parata; ²⁰ petentis semper Principis aut Præpositi sui mentem in omni re petita clarissimam reddat (vid. notam); ita tamen ut omnia cum humilitate et jocunda patientia fiant, et Christi nomen etiam in re parva laudetur.

VI. Simili modo ille agat, cujus fidei credita sunt vasa ²⁵ argentea, aurea, chrySTALLINA, vel murrhina, escaria, vel potoria; omnia disponat, omnia notet, et quot qualesve sint in illis lapides pretiosi, sua diligentia connumeret, omnia magna cum prudentia consideret, omnia suis locis et temporibus prodatur; cui dat, et quando, a quibus ea ³⁰ recipit, diligentissime inspiciat, ne error et suspicio mala etiam cum majori damno in rebus pretiosis occurrat.

VII. Ille tamen præcipuus inter vos erit et diligentissi-

f Matt. xxiv. 45, 47.

mus, cui libros servandos Princeps mandaverit; hunc ipse ex probata scientia sibi eliget virum gravem et magnis rebus aptum, ac omnibus quæsitis respondere paratum, qualem Philadelphus Aristeum intimum cubicularium in 5 re hac sibi delegit, ac nobilissimæ bibliothecæ proposuit, quem ad Eleazarum maximis cum muneribus pro traducenda scriptura sacra legatum misit; hic idem historiam septuaginta interpretum plene scripsit. Si igitur ex cre-

10 tingat, non spernat et ipse litteras sæculares et gentilium ingenia, quæ Principem oblectant. Laudandi sunt poætæ in magnitudine ingenii, in inventorum acumine, in expressionis proprietate et eloquentia summa; laudandi oratores, laudandi philosophi in genere suo; laudandi historici, qui 15 gestarum rerum seriem, majorum mores, et instituta nobis explicant, qui vivendi normam ex antiquorum gestis ostendunt. Interdum et divinas scripturas laudari (for. laudare) conabitur, quas mira diligentia et largissimo impendio Ptolemæus Philadelphus in linguam nostram tra-

20 duci curavit; laudabitur et interim evangelium, apostolusque (Paulus), pro divinis oraculis: insurgere poterit Christi mentio, explicabitur paulatim ejus sola divinitas (vid. pag. 81. vol. *harum Reliquiar.* primi); omnia hæc cum Christi adjutorio provenire possent.

25 Sciat ergo ille libros omnes, quos Princeps habuerit, sæpe illos revolvat, et suo ordine per indicem pulchre disponat: si vero novos vel veteres transcribi curabit, studeat emendatissimos habere librarios; quod si fieri non potest, viros doctos ad emendandum disponat, illisque pro 30 laboribus juste satisfaciat; veteres item codices pro indigentia resarciri procuret, ornetque non tantum ad superstitiosos sumptus, quantum ad utile ornamentum. Itaque scribi in purpureis membranis et litteris aureis totos codices, nisi specialiter Princeps demandaverit, non affectet; 35 omnia tamen Cæsari grata, maxima cum obedientia prose-

quetur. Sugeret pro posse et omni cum modestia Principi, ut eos legat, vel legi audiat libros, qui et statui et honori illius ac utilitati magis quam tantummodo voluptati convenient; noscat ipse prius optime illos, sæpius deinde coram Principe laudet, ac eorum qui approbant testimonium et auctoritates commode explicet, ne suo sensui tantum videatur inniti.

VIII. Qui vero corpus Principis curare habent, sint in omnibus quam promptissimi, hilari semper, ut diximus, vultu, faceti nonnunquam, sed summa semper cum modestia; quam in vobis omnibus præ ceteris rebus laudet, illamque ex ipsa religione Christi provenire cognoscat. Sitis et vos omnes etiam corpore et indumentis mundi et nitidi, nulla tamen superfluitate aut affectatione notandi, ne Christiana modestia deturpetur. Omnia suis temporibus sint parata, et suo ordine quam optime digesta. Sit ordo inter vos et diligentia, ne confusio in opere aut rerum amissio aliquo pacto proveniat. Disponantur orneturque opportuna loca pro captu et dignitate locorum. 15

Sint insuper et servi vestri honestissimi, sint compositi et modesti, et vobis quam convenientissimi, quos in vera doctrina omni cum patientia et charitate Christi instruite et docete; quod si instructiones vestras negligant et parvipendant, a vobis abjicite, ne illorum nequitia aliquo pacto in vos redundet. Nam diffamatos dominos ex servorum malignitate quandoque vidimus et sæpe audivimus. 25

Si ad Augustam accesserit Princeps, vel ipsa ad illum, sitis tunc vos quoque et oculis et gestu et verbis omnibus quam compositissimi. Videat illa vestram continentiam et modestiam. Videant illius comites et pedissequæ; videant et admirentur, atque inde Jesum Christum Dominum nostrum in vobis ipsis collaudent. § *Loquela vestra semper sit parca et modesta, atque religione velut sale* 30

condita. Nulla prorsus inter vos sit invidia, aut contentio, quæ in omnem confusionem et divisionem vos deduceret, et sic quoque in odium Christi et Principis, atque summam abominationem perduceret, nec lapis structuræ vestræ
 5 supra lapidem stare posset. Et tu Luciane carissime,
^h cum sis sapiens, libenter supporta insipientes, ut et ipsi sapientes fiant.

IX. Nulli unquam molestiam inferte, nullum ad iram concitate. Si vobis injuria irrogatur, in Jesum Christum
 10 respicite; et quemadmodum optatis ⁱ ut vobis ipse remittat, sic et vos illis dimittite, et tunc quoque omnem invidiam supplantabitis, ^k et caput antiqui serpentis conteretis, qui vestris bonis operibus et successibus omni cum astutia insidiatur. Non prætereat dies, quin opportuno
 15 tempore dato aliquid sacrarum lectionum legatis, aliquid contemplemini, nec sacræ scripturæ litteraturam prorsus abjiciatis; nihil adeo animam pascit et mentem impinguat, sicut sacræ faciunt lectiones; sed ex illis hunc maxime capite fructum, ut patientia vestra juste et pie, hoc est, in
 20 charitate Christi, vestra officia exequimini, et transitoria omnia ob ejus promissiones æternas contemnatis, ^l quæ sane sensum omnem et intellectum humanum exsuperant, et vos ipsos in felicitatem perpetuam conducent. Vale feliciter in Christo, mi domine Luciane. Extat hæc Epistola
 25 in *Dacherii Specilegio Vet. aliquot Scriptorum*, tom. xii. pag. 545. ed. vet. tom. iii. pag. 297—299. edit. Paris. 1723.

^h 2 Cor. xi. 19.

ⁱ Marc. xi. 25.

^k Rom. xvi. 20.

^l Phil. iv. 7.

ANDREÆ GALLANDII

PROLEGOMENA DE S. THEONA,

In tomo iv. *Bibliothecæ Veterum Patrum*, pag. viii.

MAXIMO ecclesiæ Alexandrinæ antistiti, qui anno Probi imperatoris ultimo, Christi cclxxxii. decessit, ut auctor est Eusebius (in Chron. ad ann. mmccxcvii.), suffectus est THEONAS, qui annos novemdecim ministerio fuisse perfunctus traditur ab eodem Eusebio tam in Chronico quam in Historia (Hist. Eccl. lib. vii. cap. ult.), ut proinde supremum diem obierit anno ccc. currente: siquidem anni xix. menses aliquos dumtaxat attigisse Theonam, ex initio episcopatus Petri ejus successoris Dodwellus aperte demonstrat (Dissert. sing. ad Pears. cap. vi. §. xx. pag. 73.), ejusque sententiæ Tillemontium quoque adhærere comperrimus (Mém. Eccl. tom. iv. not. 2. sur S. Theon. p. 771.).

Pauca sunt admodum a veteribus de Theona memoriæ prodita. Illud unum discimus ex Eusebio (Hist. Eccl. l. c.): sub ejus nimirum regimine floruisse Pierium ad presbyterii honorem evectum, eique Christianæ fidei institutionem in schola Alexandrina fuisse commissam; quippe qui sublimioris philosophiæ atque evangelicæ conversationis sincerum specimen, operibus ipsis præ ceteris omnibus exhiberet. Ceterum Theonæ memoriæ, ut a viris doctis

Renaudotio (Hist. Patriarch. Alex. pag. 53.) et Lequienio (Or. Christ. tom. ii. p. 396.) erudimur, celebrant Coptitæ die II. mensis Tybi, sive xxviii. Decembris: ejus tamen dies festus in tabulis ecclesiasticis apud Latinos agitur die xxiii. Augusti.

Superiore sæculo edita est a Dacherio (Spicil. tom. iii. pag. 297. nov. edit. De La Barre) epistola *Theonæ episcopi Luciano cubiculariorum præfecto* inscripta, præclaris Christianæ pietatis et prudentiæ institutis referta, primævamque plane simplicitatem redolens. Et primum quidem, ab homine Græco fuisse illam perscriptam, ex eo constat quod auctor divinas scripturas commemorans (Theon. Epist. §. vii.); *Eas, inquit, mira diligentia et largissimo impendio Ptolemæus Philadelphus in LINGUAM NOSTRAM traduci curavit.* Neque sane dubitare nos sinit epistolæ dictio, quin eam e Græco Latine redditam existimemus. Præterea scripta fuisse perhibetur epistola hujusmodi (Theon. Epist. §. i.] *pace per bonum principem ecclesiis concessa.* Denique testatur auctor (Epist. §. i.), *principem ipsum nondum Christianæ religioni adscriptum, in cujus palatio cubiculariorum præfecti munere fungebatur Lucianus, ipsis Christianis velut fidelioribus vitam et corpus suum servandum credidisse.* Ex quibus ergo characteribus recte arguisse nobis videntur doctissimus Tillemontius (Mém. Eccl. tom. iv. p. 771. not. 1. sur S. Theon. et tom. v. art. iii. pag. 7. (in Serie Chronol. anno 290. epistolam assignat) et Dacheriani Spicilegii nuperus editor (Spicil. l. c.), hanc epistolam haud aliter esse accipiendam quam de Diocletiani imperio, antequam ille anno ccciii. adversus ecclesiam fureret; quam propterea Theonas episcopus Alexandrinus sæculo III. desinente perscripserit.


Porro ad hanc sententiam adstruendam locupletissimus testis accedit Eusebius (Hist. Eccl. lib. viii. cap. 1.): “ Qualem, inquit, quantamque gloriam simul ac libertatem doctrina veræ erga supremum Deum pietatis—
“ apud omnes Græcos pariter ac barbaros ante persecutio-
“ nem nostra memoria excitatam consecuta sit, nos certe
“ pro merito explicare non possumus. Argumento esse

“ possit IMPERATORUM (Diocletiani et Herculii M.) BENIG-
 “ NITAS ERGA NOSTROS: quibus regendas etiam provincias
 “ committebant, omni sacrificandi metu eos liberantes ob
 “ singularem, qua in religionem nostram affecti erant,
 “ benevolentiam. Quid opus est dicere de iis qui in IM-
 “ PERATORUM PALATIIS VERSABANTUR? Quid de imperatoribus
 “ ipsis? Qui domesticis suis eorumque uxoribus, liberis ac
 “ servis, ea quæ religionis suæ erant, tam verbis quam
 “ factis libere exsequendi coram semet ipsis, potestatem
 “ dederunt, ipsis ob hanc fidei suæ libertatem gloriari ac
 “ se ostentare quodammodo permittentes: eosque præ
 “ ceteris omnibus ministris quodam amore prosequen-
 “ tur.” Hæc episcopus Cæsariensis; qui paullo post in
 “ eandem sententiam scribit (Euseb. Hist. Eccl. cap. vi.)
 “ Dorotheum et reliquos CUBICULARIOS PUEROS summi ho-
 “ noris prærogativa ab imperatoribus ornatos fuisse, qui
 “ non minus ab iisdem diligebantur quam filii.” His con-
 “ sona refert Lactantius, qui ea tempestate testis ferme
 “ oculatus florebat. Sic enim ille (de Mortib. Persecut. cap.
 “ xv.): *Furebat ergo imperator (Diocletianus) jam non in
 “ domesticos tantum, sed in omnes.*—POTENTISSIMI QUONDAM
 “ EUNUCHI NECATI, per quos PALATIUM ET IPSE CONSTABAT. Quæ
 “ quidem omnia si cum iis conferantur quæ ab initio ad
 “ finem usque in sua epistola tradit auctor; nemo enim vero
 “ fuerit, qui libens volensque sententiam modo propositam
 “ non amplectatur, quique detrectet Theonam episcopum
 “ Alexandrinum ejus auctorem agnoscere: ut proinde haud
 “ necesse sit alium a Diocletiano imperatorem quærere cum
 “ Caveo (Hist. Litter. tom. i. p. 172.). Constantium Chlo-
 “ rum, aut alium cum Dacherio (Spicil. l. c.) Theonam epi-
 “ scopum Cyzicenum: quo verus epistolæ auctor statuatur,
 “ simulque ipsius epistolæ integritas confirmetur. Hæc opti-
 “ me GALLANDIUS. In Præfatione ad tom. xii. *Spicilegii*
 “ lectorem admonuit Dacherius, codicis exscriptorem ad
 “ Aureliani tempora respexisse videri, illius imperatoris no-
 “ mine margini adfixo; neque vero repugnaturum esse Euse-
 “ bium, qui Aurelianum initio principatus Christianis im-
 “ pensius favisse asserit, tametsi postea in eos immane


quantum sævierit. Sed nullum id ætatis Theonam episcopum comparere ait. De ipsa autem epistola addidit hæc Cavius, “ Quisquis sit auctor, scripsit epistolam egregiis
 “ Christianæ pietatis et prudentiæ documentis refertam,
 “ quæque primævam plane redolet simplicitatem, ad Luci-
 “ anum cubiculariorum præpositum, qua illum omnesque
 “ qui ei suberant officiales palatinos, nempe pecuniarum
 “ principis privatarum, vestium et ornamentorum impe-
 “ rialium, vasorum pretiosorum, librorum, et suppellectilis
 “ regiæ custodes, scite instruit, quanta cura et diligentia,
 “ qua modestia et conscientia, prout Christianos, decet,
 “ suo quisque munere erga principem fungeretur.” P. 172.
 vol. i. *Hist. Lit.*

P. 440. l. 22. clarissimam reddat.] Scilicet servis, qui in Sect. viii, commemorantur.

P. 441. l. 7. hic idem historiam septuaginta interpretum plene scripsit] Hæc Aristææ adhuc superest historia.



S. VICTORINUS.



S. VICTORINUS.

S. HIERONYMUS, *Lib. De Viris Illustribus*, cap.
lxxiv. p. 163.

^a VICTORINUS Petavionensis Episcopus, non æque Latine ut Græce noverat. Unde opera ejus grandia sensibus, viliora videntur compositione verborum.^b Sunt autem hæc: Commentarii in Genesim, in Exodum, in Leviticum, in Esaiam, in Hezechiel, ^c in Abacuc, in Ecclesiasten, in Cantica Canticorum, in Apocalypsim Joannis, ^d adversum omnes hæreses, et multa alia. Ad extremum ^e martyrio coronatus est.

^a Victorinum hunc, quem in Diocletiani persecutione subisse martyrium traditur in Martyrologio Rom. 2. Nov. non Pictaviensem in Aquitania secunda, sed Petavionensem seu Petabionensem in superiore Pannonia fuisse episcopum, atque ita constanter legi in Codicibus MSS. et longe plurimis editionibus Hieronymi tum hoc loco tum supra cap. 18. tum Epistola contra Vigilantium et libro contra Helvidium et in Ezech. xxxvi. demonstravit Jo. Launojus in Diss. de Victorino, Paris. 1653. 8. FABRICIUS. Mors Victorini in Chronologia quidem Tillemon-tiana ad an. Christi 304. signata est; quo tamen persecutionis anno ipsa acciderit, haud liquet ex veteri quoquam, quod sciam, scriptore.

^b Negat illi eruditionis laudem his verbis Hieronymus in

Epistola ad Magnum: Victorinus Martyr in libris sui sicut desit eruditio, non tamen deest eruditionis voluntas.

^c Ex hisce Victorini commentariis vix quicquam hodie ætatem tulit præter ἀποσπασμάριον de *fabrica mundi* quod ex ejus Commentariis in Genesin videtur repetitum esse et ex MS. Codice Lambethano vulgavit præstantissimus vir Guil. Cave. Certe commentarius in *Apocalypsim* qui sub Victorini fertur nomine, oppugnat Chiliasmum, quem a Victorino propugnatum diserte Hieronymus supra cap. 18. testatur. Fieri tamen potest ut partim Victorini sit, partim alterius, nempe interpolatoris, judice Launojo p. 50. qui notat jure merito etiam dubitari num Hieronymum auctorem habeat quæ Commentario illi præfigitur ad Anatolium Præfatio. FABRICIUS. De hoc Commentario infra.

^d Hoc opus respicit S. Optatus Victorinum laudans lib. i. *Marcion, Praxeas, Sabellius, Valentinus et cæteri temporibus suis a Victorino Petavionensi, a Zephyrino Urbico, (h. e. urbis Romæ episcopo) et Tertulliano Carthaginensi usque ad Cataphrygas, et ab aliis assertoribus ecclesiæ catholicæ superati sunt.* FABRICIUS.

^e Ergo A. 392. cum hæc S. Hieronymus scriberet, Victorinus martyrium jam subierat. FABRICIUS. Cum ante Pamphilum, qui martyrium in vexatione Maximiniana obiit, hunc collocaverit Hieronymus, vix dubium, quin ante Constantini solum imperium martyr factus esset Victorinus. Eundem inter *columnas ecclesiæ* commemorat idem scriptor initio libri i. In *Rufin.* pag. 199. ed. Froben. ubi addit, *martyrem Victorinum simplicitatem suam in eo probare, dum nulli molitur insidias.*

S. VICTORINI MARTYRIS,

PETAVIONENSIS EPISCOPI,

QUI VERGENTE AD FINEM SÆCULO TERTIO FLORUIT,

FRAGMENTUM,

5 FORTASSE EX COMMENTARIO EJUS IN
GENESIN DESUMPTUM.

INCIPIT TRACTATUS VICTORINI DE FABRICA MUNDI.

COGITANTI mihi, (for. *et* addend.) una cum animo
meo conferenti, de fabrica mundi istius, in quo clausi tene-
10 mur, etiam velocitas fabricæ istius hæc est; sicut in libro
Moysis continetur, quem de conditione ipsius scripsit, qui
Genesis appellatur. Totam molem istam ex nihilo Deus
sex diebus in ornamento majestatis suæ expressit; sep-
timo quibus laborem (for. quietus a labore) benedictione...
15 (for. supplend. sua) consecravit. Idcirco igitur, quoniam
septenario numero dierum et cœlestia et terrestria omnia
reguntur, principii loco, de hac septimam ad omnium
septimanarium regionum (for. septimana ad omnium sep-
timanarum rationem, *Walkerus.*) metibor, (for. meditabor)
20 et prout potuero, virtutis diem in eam (for. divinæ) con-
summationem conabor exprimere.

In principio fecit Deus lucem, eamque duodenario nu-
mero horarum, die noctuque, divisit, idcirco videlicet, ut

laboribus hominum requies (for. requietis *Walker.*) locum noctem dies superduceret, rursus dies supervinceret; hæc se (for. ac sic, *Walker.*) alterna vice labor quietis (for. quiete noctis, *Walker.*) refoveretur, quies exercitatione rursus diei temperaretur. ^a *Quarto die fecit duo luminaria* 5 *in cælo, majus et minus, ut alterum præesset diei, alterum nocti, solis et lunæ; cæteraque sidera posuit in cælo, ut lucerent super terram, et discernèrent tempora et annos et menses et dies et horas per stationes.*

Nunc ratio veritatis ostenditur, quare dies IIII. tetras 10 nuncupatur (for. nuncupetur); quare (for. qua die) usque ad horam nonam jejunamus, usque (for. aut usque) ad vesperam, aut superpositio usque in alterum diem fiat (for. fit). Mundus itaque iste ex quatuor elementis constat, igne, aqua, cælo, terra. Hæc igitur quatuor elementa 15 temporum (for. delend. temporum, *Walker.*) tetradem faciunt. Sol quoque et luna per anni spatium quatuor tempora efficiunt, veris, æstatis, autumnis, hyemis; et hæc tempora tetradem faciunt. Et ut ex ea re longius enarrem, ecce ^b quatuor animalia ante thronum Dei, quatuor 20 evangelia, ^c quatuor flumina in paradiso fluentia, quatuor generationes populorum, ab Adam usque ad Noe, a Noe usque ad Abraham, ab Abraham usque ad Moysen, a Moysen usque ad Christum Dominum, Filium Dei; et ^d quatuor animalia (for. addend. similia), hominis, vituli, 25 leonis, aquilæ; et ^e quatuor flumina, Fyson, Geon, Tygris, Euphrates. Homo Christus Jesus auctor eorum, quæ supra memoravimus, tetrade ab impiis comprehensus est. Itaque ob captivitatem ejus tetradem (for. tetrade, et) ob majestatem operum suorum, et (for. ut) tempora humani- 30 tatis (for. humanitati) salubria, frugibus lacta, tempestatibus tranquilla, decurrant, ideo aut (for. *addend.* stationem, aut) superpositionem facimus.

^a Gen. i. 16, 17.

^b Apoc. iv. 6.

^c Gen. ii. 10.

^d Apoc. iv. 7.

^e Gen. ii. 11.

Die quinto terra et aqua foetus suos ediderunt. Die sexto creata sunt, quæ decrant ; ac sic Deus hominem de humo instruxit, dominum omnium rerum, quæ (l. quas) super terram et super aquam creavit. Prius tamen angelos 5 atque archangelos creavit, quam hominem finxit, spiritualia terrenis anteponeus. Prius enim lux, quam cœlum et terram (for. terra, *Walker.*). Hic dies sextus paraseeve appellatur, preparatio scilicet regni ; Adam enim quem (delet quem *Walker.*) ad imaginem et similitudinem suam 10 consummavit. Ideirco autem prius opera sua consummavit, quam angelos creavit, et hominem fabricavit, ne forte adjuutores se fuisse falsa dictione adseverant (for. adseverarent, *Walker.*). Hoc quoque die ob passionem Domini Jesu Christi aut stationem Deo, aut jejunium, facimus.

15 Die septimo requievit ab omnibus operibus suis, et benedixit eum et sanctificavit. Hoc die solemus superponere ; ideirco, ut die Dominico cum gratiarum actione ad panem exeamus. Et paraseeve superpositio fiat, ne quid cum Judæis sabbatum observare videamur, quod ipse dominus 20 sabbati Christus per prophetas suos ^f *odisse animum* suam dicit ; quod sabbato (for. sabbatum, *Walker.*) corpore suo resolvit : prius autem, cum ipse Moysi præciperet, ne circumcisio diem octavum præteriret, quæ die sabbato (for. sabbati, *ut bis infra*) plerumque incurrit, ^g sicut in evangelio scriptum legimus. ^h Moyses (for. Moyses porro) prospiciens duritiam populi illius, ideirco die sabbati legibus ⁱ et seipsum crucifixit (for. levabat manus, et sic ipsum cruci fixit). ^k Et prælio quæ (for. quærebantur) ab allophylis sabbato, ut caperentur, et velut severitatem (for. 30 severitate) legis ad devetando (for. devitandam) disciplinam formarentur.

Et ideo David in Psalmo sexto pro die octavo Domino (for. Dominum, *Walker.*) ^l *rogat ne in ira, neque in furore*

^f Is. i. 13, 14.

^g Joan. vii. 22.

^h Mat. xix. 8.

ⁱ Exod. xvii. 9, 12. Col. ii. 14.

^k 1 Mac. ii. 31—41.

^l Ps. vi. 1.

suo arguat eum, aut judicet; hic est enim revera futuri illius judicii dies octavus, qui extra ordinem septimanæ dispositionis excessurus est. Jesus quoque Naue, successor Moysis, et ipse sabbatum resolvit, ^m die enim sabbati præcepit filiis Israel ut muros civitatis Hiericho tubicini- 5 bus circumirent, et bellum allophyliis indicarent. Matthias (Mathathias, *interp. Vulgat.*) autem princeps Judæ sabbatum resolvit; ⁿ nam præfectum Antiochi regis Syriæ sabbato occidit, et allophylos sua persecutione subjecit. Et apud Matthæum scriptum legimus; ^o Esaias quoque 10 et cæteri collegæ ejus sabbatum resolverunt. Ut verum illud et justum sabbatum septimo milliario annorum observaretur. Quamobrem septem diebus istis Dominus singula millia annorum adsignavit, sic enim cautum est, ^p *In oculis tuis, Domine, mille anni ut dies una.* Ergo in 15 oculis Dei singula (for. singulis) millia annorum constituta sunt, ^q septem enim habeo oculos Domini. Quapropter, ut memoravi, verum illud sabbatum, et septem milia anni (for. erit septimo milliario annorum, *ut supra*), quo Christus cum electis suis regnaturus est. Septem quoque cæli sunt 20 (for. vel delend. sunt cum *Walkero*, vel addend. qui) illis diebus conveniunt; sic enim cautum est; ^r *Verbo Domini cæli firmati sunt, et spiritu oris ejus omnis virtus eorum.* Hi septem spiritus. Nomina sunt eorum spiritus, qui supra Christum Dei requieverunt, ut apud Esaiam prophetam 25 cautum est, ^s *Et requiescit super eum spiritus sapientiæ, et intellectus, spiritus consilii, et virtutis, spiritus scientiæ, et pietatis, et replevit illum spiritus timoris Dei.* Summum ergo cælum sapientiæ, secundum intellectus, tertium consilii, quartum virtutis, quintum scientiæ, sextum pietatis, 30 septimum timoris Dei. Ex hoc ergo, tonitrua mugiant, flumina extenduntur (for. fulmina accenduntur, *Walker.*),

^m Jos. vi. 3, 15.

^p Ps. lxxxix. 4.

^s Is. xi. 2, 3.

ⁿ 1 Macc. ii. 26, 40, 41.

^q Zech. iv. 10.

^o Mat. xii. 3.

^r Ps. xxxii. 6.

ignes conglobant, trabes ardentes apparent, sidera radiant, comæ orribilis curabitur (for. cometa horribilis erinitur). Nonnunquam accedit (for. accedit ut) etiam sol et luna invicem visitantur (for. in vicino visantur);
 5 atque illa ultra formidabilia, lumine *radiantia in acie aspectu* (for. *aspectus*) ejus, efficiunt (for. efficiantur). Auctoritatem totius creaturæ justus (for. Auctor autem totius creaturæ Jesus, *Walker.*); Verbo cognomen est ei, sic enim dicit pater ejus, ^t *Eructatum est* (for. *Eructavit*) *cor*
 10 *meum verbum bonum.* Johannes evangelista sic dicit; ^u *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum; hoc erat in principio apud Deum: omnia per ipsum facta sunt, et sine eo factum est nihil.* Ergo primus factus (for. primo factor) creaturæ est, secundus homi-
 15 nis (for. secundo lumen omnis) humani generis, ^x ut ait apostolus. Hoc igitur Verbum, cum lucem fecit, sapientia vocatur; cum cœlum, intellectus; cum terram et mare, consilium; cum solem et lunam cæteraque clara, virtus; cum terram ac mare excitat, scientia; cum hominem
 20 finxit, pietas; cum hominem benedicit et sanctificat, timor (for. timoris) Dei nomen habet.

Ecce ^y septem cornua agnuli, ^z septem oculos Dei; ^a septem oculi stagni (for. sunt agni, *Cavii marg.*) septem oculi (delenda censet *Walker.*), ^b septem spiritus; ^c septem faces ardentes ante thronum Dei; ^d septem candelabra aurea; ^e septem oviculæ; ^f septem mulieres apud
 25 Esaiam; septem ecclesiæ apud Paulum, ^g septem diacones; ^h septem angeli; ⁱ septem tubas (for. tubæ); ^k septem signacula libri, septem septimanæ, quibus pente-
 30 coste concluditur; ^l septem septimanæ apud Daniele;

t Ps. xlv. 1.

y Apoc. v. 6.

b Apoc. iv. 5.

c Levit. xxiii. 18.

h Plus semel Apoc.

l Dan. ix. 25.

u Joan. i. 1—3.

z Zech. iv. 10.

c Apoc. iv. 5.

f Is. iv. 1.

i Jos. vi. vel, Apoc. viii.

x Joan. i. 5, 9.

a Apoc. v. 6.

d Apoc. i. 13.

g Act. vi. 3.

k Apoc. v. 1.

item quadraginta (for. sexaginta) tres septimanæ apud
 Danielelem; ^m apud Noe septem omnia munda in arca;
ⁿ septem vindictæ de Cain; ^o septem anni remittendi
 debiti; ^p lucerna cum septem orificiis, ^q septem columnæ
 sapientiæ in domum (for. domu) Salomonis. 5

Nunc igitur de inerrabili (for. innarrabili) gloria Dei et
 providentia videas memorari; tamen, ut mens parva po-
 terit, conabor ostendere. Ut Adam illum per septimanam
 reformaverit (for. reformaret), atque universæ suæ crea-
 turæ subveniret, nativitate filii sui Jesu Christi Domini 10
 nostri factum est. Quis itaque lege Dei doctus, quis
 plenus Spiritu sancto, non respiciat corde, ea die Gabriel
 angelum Mariæ virgini evangelizasse, qua die draco Evam
 seduxit; ea die Spiritum sanctum Mariam virginem in-
 undasse, qua lucem fecit; ea die in carne esse conversum 15
 (for. excidit Christum), qua terram et aquam fecit; ea
 die in lacte esse conversum, qua stellas fecit; ea die in
 sanguine, qua terra et aqua foetus suos ediderunt; ea die
 in carne esse conversum (for. conversatum, vid. not. ad
 lin. 15.), qua die hominem de humo instruxit; ea die 20
 natum esse Christum, qua hominem finxit; eadem (for. ea,
Walker.) die esse passum, quo (for. qua, *Walker.*) Adam
 cecidit; ea die resurrexit (for. resurrexisse, *Walker.*) a
 mortuis, qua lucem fecit. Humanitatem quoque suam
 septenario numero consummat, nativitatis, infantia, pueri- 25
 tiæ, adolescentiæ, juventutis, perfectæ ætatis, occasum
 (for. occasus, *Walker.*). Judæis quoque humanitatem
 suam etiam his modis ostendit, cum esurit, sitit, cibum
 potumque dedit, cum ambulat, eas esse scit (for. et seces-
 sit, Mat. xiv. 22, &c.), ^r cum super cervicalem (for. cer- 30
 vical) dormivit; cum autem freta aut (for. orta) procella
 pedibus ingreditur, ventis imperat, ægros curat, et claudos
 reformat, cæcos (for. cæcos illuminat, surdos auditione, et

^m Gen. vii. 2.

ⁿ Gen. iv. 15.

^o Deut. xv. 1.

^p Zech. iv. 1.

^q Prov. xi. 1.

^r Marc. iv. 38.

mutos) eloquentia instituit, videte Dominum se esse nuntiari ejusdem (for. nuntiare eisdem).

Duodenario numero dicere (for. dies), ut supra memoravi, per duodenas horas bifarie divisus est lucis et noctis, per has namque horas menses et anni et tempora et sæcula computantur. Constituta (for. Constituti *Walker.*) sunt itaque sine dubio autem (delend. autem, ait *Walker.*) diei angeli duodecim, noctis angeli duodecim, pro numero scilicet horarum. ^s Hi sunt namque xxiiii. testes dierum et noctium, qui sedent ante thronum Dei, coronas aureas in capitibus suis habentes, quos in (in delend. monet *Walker.*) apocalypsis Johannis apostoli et evangelistæ seniores vocat, idcirco quia seniores sunt et aliis angelis et hominibus.

15 Explicit Tractatus Victorini de Fabrica Mundi.

Primus ex Codice Lambethano edidit Gul. Cavius in Historia Lit. vol. i. pag. 148.



Interpretationem, quæ sequitur, Esaie cap. vi. comm. 2. commemorat S. Hieronymus Epist. ad Damasum, tom. iii. p. 518. ed. Martianæi.

^t Sex alæ uni (ex Seraphim), et sex alæ alteri. Victorinus noster duodecim apostolos interpretatus est.



De S. Victorini Interpretatione Ecclesiastis cap. iv. comm. 13. Ita S. Hieron. Comm. in Ecclesiast. ad loc. tom. ii. p. 741.

Origenes et Victorinus non multum inter se diversa senserunt. Post generalem enim illam sententiam, quæ omnibus

^s Apoc. iv. 4.

^t Is. vi. 2.

patet, quod melior sit adolescentulus pauper et sapiens, quam rex senex et insipiens, et quod frequenter evenit, ut ille per sapientiam suam etiam de carcere regis egrediens imperet pro dominatore perverso; et rex insipiens perdat imperium, quod tenebat: super Christo et Diabolo hunc locum interpretati 5 sunt, quod puerum pauperem et sapientem, Christum velint puerum, juxta illud, ^u Magnum tibi est vocari te puerum meum; Pauperem vero, ^x quia pauper factus est, quum dives esset; et Sapientem, quia ^y proficiebat ætate et sapientia et gratia apud Deum et homines. Iste natus est in 10 regno senis, &c. &c.

De Victorino ita scribit S. Hieronymus, Advers. Helvidium,
tom. iv. p. 141.

De Victorino id assero, quod et de Evangelistis, fratres eum dixisse Domini, non filios Mariæ; fratres autem eo sensu, quem 15 superius exposuimus, propinquitate, non natura.

De Opinione quadam Victorini, aliorumque, ita S. Hieron.
De Viris Ill. cap. 18.

Hic (Papias) dicitur mille annorum Judaicam edidisse δευτέρωσιν, quem secuti sunt Irenæus et Apollinarius et cæteri, qui 20 post resurrectionem aiunt in carne cum sanctis Dominum regnaturum. Tertullianus quoque in libro de spe fidelium, et VICTORINUS PETABIONENSIS, et Lactantius hac opinione ducuntur.

^u Is. xlix. 6.

^x 2 Cor. viii. 9.

^y Luc. ii. comm. ult.

De eadem Sententia ita S. Hieron. Comm. in Ezech.
cap. 36. tom. iii. p. 952.

Neque enim juxta Judaicas fabulas, quas illi *δευτερώσεις* appellant, gemmatam et auream de cœlo expectamus Hierusalem, 5 nec rursus passuri circumcisionis injuriam, nec oblaturi tauro-
rum et arietum victimas, nec sabbati otio dormiemus (an dormi-
turi?). Quod et multi nostrorum, et præcipue Tertulliani liber, qui inscribitur de spe fidelium, et Lactantii institutionum volu-
men septimum pollicetur; et VICTORINI PETABIONENSIS epi-
10 scopi crebræ expositiones; et nuper Severus noster in dialogo, cui Gallo nomen imposuit. Et ut Græcos nominem, et primum extremumque jungam, Irenæus et Apollinarius.

Magno adjumento fuisse Originem Victorino in conscribendis tractatibus ejus, ostendit S. Hieron. in Epist. LXXXIII. *ad Pam-*
15 *machium et Oceanum.* *Nec disertiores sumus, inquit Hieronymus, Hilario, nec fidiiores VICTORINO, qui ejus (Origenis) non ut interpretes, sed ut auctores proprii operis transtulerunt.*

ANNOTATIONES

IN S. VICTORINI FRAGMENTUM.

P. 455. l. 7. TRACTATUS VICTORINI DE FABRICA MUNDI] Commentarioli edendi his verbis rationem reddit Guil. Cavius in *Hist. Lit.* tom. i. p. 147. voce Victorinus Petavionensis. “ Extat penes me Victorini *Tractatus* hactenus “ ineditus *de Fabrica Mundi*, quem ex vetusto codice “ bibliothecæ Lambethanæ descripsit vir cl. Henricus “ Mauritius, S. T. P. Domino Archiepiscopo a sacris domesticis, mecumque benigne communicavit. Et secunda “ jam vice ad finem MS. codicis recognovit vir doctissimus “ candidissimusque Johannes Batteley, doctor Theologus “ ejusdem Archiepiscopi sacellanus. Quis fuerit hic Victorinus, in cod. MS. non dicitur. Nostrum vero esse “ tum stylus, tum res ipsa aperte clamant; præsertim cum “ in eo Chiliastarum error manifeste defendatur, quem “ Victorinum nostrum fovisse tradit Hieronymus (*De Script. Ill.* c. 18.) Videtur esse hic libellus ἀποσπασμάτων quoddam ex *Comment.* vel in *Genesin*, vel in *Apocalypsin* decerptum, quod proinde tum propter venerandam antiquitatem, tum propter celeberrimi martyris famam hic subjungam. Sic ergo habet codex Lambethanus, vitiose quidem in nonnullis, quæ sensum alicubi minus clarum reddunt. Conjecturas quasdam, quas

“ prædicti doctores subministrarunt, in marginem conje-
 “ cimus.” Hæc vir præstantissimus. Postea vero doctus
 ille novæ editionis Historiæ Cavianæ adornator, non tan-
 tum opusculum istud repetendum curavit, sed et aliud
 præterea codicis Lambethani exemplum a cl. Joanne Wal-
 ker. accurate descriptum adjecit, subjecta notitia ejus,
 quæ sequitur. “ Codex hic MS. quem descripsit Henri-
 “ cus Mauritius, posteaque recognovit Johannes Batteley,
 “ uterque Domino Archiepiscopo Cant. a sacris domes-
 “ ticis, codex est membranaceus in quarto Bibliothecæ
 “ Lambethanæ, notatus ibidem N^o. 90. vetustus sane, ut-
 “ pote qui 800. circiter annos habeat. Continet inter
 “ varios aliorum tractatus, hunc Victorini de Fabrica
 “ Mundi a pag. 71. qui sine alterius codicis ope emaculari
 “ satis non potest, quod in aliis etiam libris, qui unico
 “ nituntur MSto codice, ut in Velleio Patereulo, Minucio,
 “ Arnobio, usu venit. Cum vero parum accurate descrip-
 “ tus antea et recognitus fuerit, denuo ad fidem MS. co-
 “ dicis recognovit vir cl. J. Walker S. T. P. et adnota-
 “ tiunculas insuper criticas in gratiam lectoris adjecit.”
 Accuratissimam autem postremam hanc recensionem fuisse
 mihi satis probavit ejusdem collatio cum codice MSto,
 quam rogatu meo instituere dignatus est vir de patrio
 sermone literisque humanioribus optime meritus Henricus
 Joan. Todd, Archiepiscopi chartophylax, nunc archidia-
 conus Clevelandius multis nominibus venerandus. Ejusdem
 denique cl. Walkeri correctionibus, cujus merita in Cice-
 ronem per Joannem Davisium satis nota sunt, symbolam
 addere meam constitui, nimirum ut purior, si non defæcata,
 evaderet sancti martyris oratio. Dum repetit in tomo iv.
 suæ *Bibliothecæ PP.* Gallandius Walkeri et apographum
 et notas, opusculum in sectiones ipse divisit.

P. 455. l. 8. et una cum animo meo conferenti] Parti-
 culam *et* supplere ausus sum. Nunc scribentem video
 Imp. Constantinum in *Epistola* apud *Concilia*, tom. ii. pag.
 441. ed. Mansi. *Verum diu mihi cogitanti, et in animo meo*
non immerito volventi, &c.

Ibid. l. 10. velocitas fabricæ istius hæc est] Saltem verbo

durius hoc est, haud tentandum tamen, cum tota oratio scabra sit et parum Latina.

P. 455. l. 11. conditione] Gloss. Vet. *Conditio*. κατάστασις. Hoc quidem loco pro *creatione* vox adhibita est, sæpius apud ecclesiasticos scriptores poni solita pro *re creata*:

Ibid. l. 14. septimo . . . consecravit] MS. *septimo quibus laborem benedictione : : : consecravit*, cum *c* super *g* scripto. Verba *quibus laborem* transfixa sunt lineola a recenti manu; ex vestigiis scripturæ veteris sic restituo—*septimo quievit a labore* et benedictione consecravit. Sic infra, *Die septimo requievit ab omnibus operibus suis, et benedixit eum*. WALKERUS. Si hæ viri cl. correctiones in textum debent recipi, ego quidem, cum in MSto. spatium relictum sit post vocem *benedictione*, addendum putaverim *eam*. Sed malim ego *quietus a labore* pro *quibus laborem* reponere, et *sua* addere post *benedictione*. Infra scribit auctor, *cum hominem benedicit et sanctificat*. p. 459. l. 20.

Ibid. l. 17. de hac septimam ad omnium septimanarium regionum] MS. *septimam ad omnium septimanarium regionum*. Lego, *de hac septimana, omnium septimanarum rationem metibor*. Infra, qui extra *ordinem septimanarum dispositionis* excessurus est. WALKER. For. *meditabor* pro *metibor* legendum est.

Ibid. l. 20. virtutis diem in eam consummationem] Fortasse reponendum est, *virtutis divinæ consummationem*. Habes infra p. 457. l. 9. *Deus—opera sua consummavit*.

Ibid. l. 21. conabor] Gallandius ait, “ Walkerus legebat *conamur*. Sed precedentia *metibor—prout potuero—conabor* legendum suadent. Sic infra §. vi. *ut mens parva poterit, conabor ostendere*.” In MS. quidem super literam *o* posteriorem in *conamor* scripta est litera *u*, non a Walkero addita seu reposita. Habet Cavii apographum *conabor*. Extat illud infra p. 460. l. 8, *conabor ostendere*.

Ibid. l. 22. duodenario] *duodecenario* MS. Corroderat Cavii apograph.

P. 456. l. 1. requies—superduceret] Bene Walkerus *requietis* pro *requies* reposuit; Cavii apographum *superduceret* præbet pro *superdoceret* lectione MSti.

P. 456. l. 2. hac se—temperaretur] MS. *hac se alterna vice labor quietis refoveretur*, Walkeri optimas emendationes *ac sic, et quiete noctis*, commemoravi. *Ac sic habes infra pag. 457. l. 2.*

Ibid. l. 6. majus et minus—nocti] Sic correxit Cavi-
num apographum pro, majus *ut* minus *ut* alterum *præcessit*
diei alterum *noctis*, et proxime post, *cæteraque* pro *cithera-*
que, quod habet MS.

Ibid. l. 9. et horas per stationes] In MS. legitur et
horis præstationes. Conjecturam, quæ adposita erat ad
Cavii marg. quaque siderum stationes significantur, recepi.

Ibid. l. 10. dies III. tetras &c.] Apud veteres Christia-
nos haberi solitæ sunt stationes, nempe religiosus cultus
cum jejunio, tam quarta feria, quæ tetras vocabatur, quam
sexta, parasceue dicta. Durabant autem istæ ad usque
horam nonam, aut etiam ad vesperam; sin tempus ad
vesperam usque produceretur, *jejunia* non stationes voca-
bantur, prout infra auctor ait p. 457. l. 12. *hoc quoque die*
(sexto)—*aut stationem Deo*, aut *jejunium facimus*. Immo
interdum, ut ostendit S. Victorinus, producebatur quartæ
feriæ jejunium in crastinum, quæ est *superpositio*. Vid. not.
supra ad S. DIONYSII *Epist. ad Basilidem*, pag. 244. At-
tamen Tertulliani temporibus stationem, non jejunium
tetrade plerumque observatam esse verba ejus indicant.
Adv. Psychicos. Cur stationibus quartam et sextam sabbati
dicamus et jejuniis parasceuem? c. 14. Hæc est sexta sabbati,
seu, feria sexta. Addendum *aut ante usque ad vesperam*.

Ibid. l. 16. temporum tetradem] Monet delendum esse
temporum Walkerus, quod ex sequentibus huc advectum
sit. Reposuerat *tetradem* pro *tetrade* Cavii apographum.

Ibid. l. 19. ex ea re] Ita præclare, ait Walkerus, viri
docti ad marg. Cavii pro *ex ære*. Igitur hoc recepi.

Ibid. l. 21. quatuor generationes populorum, ab Adam
&c.] Hæ sunt Antediluvianorum, Postdiluvianorum, Cir-
cumcisorum, Legalium.

Ibid. l. 24. et quatuor animalia &c.] Scil. in *Apoc. iv. 6,*
7. per quæ quidem animalia vult signari quatuor evange-
listas *Commentarius in Apocalyps. in Biblioth. Parisina*

PP. tom. i. pag. 1249. Victorino huic nostro adscriptus. Atque artis picturæ professores, dum evangelistarum pingebant effigies, eadem hæc animalia quasi symbola sive signa eorum juxta eos ponere soliti sunt. Immo Irenæus lib. iii. cap. 11. gemina istorum sectatus, quatuor tantum evangelia propterea existere oportere, ostendere est conatus. Excideritne apud Victorinum post *animalia* vox *similia*, viso Joanne judices.

P. 456. l. 27. Euphrates. Homo] Legere vult Walkerus et Euphrates. *Et* Homo. Sed priori quidem loco particula superflua esset, etsi in altero haud respuenda. Mox *autor* pro *autor* ex MSto, monente cl. Toddio, edidi.

Ibid. l. 28. tetrade ab impiis comprehensus est] MS. hic et paulo infra *tetradem* habet. Correxerunt et Cavii Apographum, et Walkerus. Quî vero fiat, ut comprehensus esse dicatur Christus tetrade, seu quarta feria, vix intelligere me fateor. Gemina tamen habet Epiphanius in *Expos. Fidei Cathol.* §. 22. ad fin. Op. *Adv. Hæres.* *Συνάξεις*, inquit, ἐπιτελούμεναι ταχθεῖσαι εἰσιν ἀπὸ τῶν ἀποστόλων, τετράδι καὶ προσαββάτῳ καὶ Κυριακῇ, τετράδι δὲ καὶ ἐν προσαββάτῳ ἐν νηστεία ἕως ὥρας ἐνάτης. ἐπειδήπερ ἐπιφωσκούση τετράδι συνελήφθη ὁ Κύριος καὶ τῷ προσαββάτῳ ἐσταυρώθη. Sed de consilio impio tunc inito a Judæis ad rem sceleratam efficiendam verba interpretanda sunt; conf. *Mat.* xxvii. 2. et *Marc.* xiv. 1. quæ quidem Epiphanii verba, ut obiter hoc notem, inter ἀνέκδοτα Bibliothecæ Coislinianæ male collocavit cl. Montfauconius. Vid. *Catalogi* Præfat. fol. 3. versa pagina, et pag. 112. ubi tanquam si eadem fuerint Athanasii, afferuntur. Sed hoc misso, interpretationem meam firmat S. Petri Alexandrini Canon ultimus, qui hæc tradit; Οὐκ ἐγκαλέσει τις ἡμῖν παρατηρουμένοις τετράδα καὶ παρασκευὴν, ἐν αἷς καὶ νηστεύειν ἡμῖν κατὰ παράδοσιν εὐλόγως προστέτακται, τὴν μὲν τετράδα διὰ τὸ συμβούλιον ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων ἐπὶ τῇ προδοσίᾳ τοῦ Κυρίου· τὴν δὲ παρασκευὴν διὰ τὸ πεπουθέναι αὐτὸν ὑπὲρ ἡμῶν. τὴν γὰρ Κυριακὴν χαρμοσύνης ἡμέραν &c. Sic Canon restituendus, ut alii quoque monuerunt, ex vetustissimis MSSis. Similia Augustinus in *Epist. ad Casulam.* Ep. 36. §. 30. Petavius

quidem in Notis ad Epiphani *Hæres.* II. pag. 8. eundem revera arbitratum esse statuit, Christum ea nocte, quæ feriam tertiam sequitur, a Judæis captum fuisse, cum paulo ante pascham celebrasset; sed qua ratione id arbitratus sit nescio, cum hoc ipso loco passum esse Dominum feria sexta Epiphanius tradiderit, perinde atque ipse Victorinus. De observatione tetradis et parascues, plura ad S. PETRUM ALEX. notaturus sum.

P. 456. l. 29. tetradem ob majestatem] *tetradem* habet MS. cujus loco reponit *tetrade* Walkerus, ego *tetrade, et.*

Ibid. l. 30. et tempora—decurrant] Delendam esse particulam *et*, ait Walkerus, et ex ejus sententia *decurrunt pro decurrant* scribendum est. Sed *ut* pro *et* malim legere, *humanitati* pro *humanitatis.*

Ibid. l. 32. ideo aut [stationem, aut] superpositionem facimus] Videsis quæ paulo ante pag. 467. annotavi. MS. referente Walkeri apographo, *ideo aut superstitionem facimus.* Corrigitur ad Cavii marg. *autem* pro *aut*, et in ipso apographo positum est *superpositionem* pro *superstitionem*, quod in MS. secundum Walkeri, ut dixi, recognitionem legitur, sed in eo revera extare *superpositionem* testatur cl. Toddus. Propter illa quoque, quæ mox sequuntur lin. 13. pag. 457. *Hoc quoque die—aut stationem Deo aut jejunium facimus*, illud addendum est, quod in textu vides.

P. 457. l. 2. ac sic Deus hominem] Quatuor hæc verba in Cod. MS. ante illa *die sexto* posita sunt; sed monente Walkero, verbis in hunc ordinem apud Cavianum apographum restitutis clara fiunt omnia.

Ibid. l. 5. quam] Recte additum *quam* fuisse in apographo videtur. Paulo post statuitur, neque ante mundum conditum, nec diebus sextum antecedentibus angelos creatos fuisse, sed demum sexto die. Diversa tamen diversi sentiunt de re, quæ in sacris litteris vix quidem liquido significatur.

Ibid. l. 6. terram] Sic MS. et in margine Caviani apographi suppletum est *creavit*, sed Walkeri præfero emendationem. Interea de re ipsa ex principio libri *Genesis* aliud quid colligendum, quam istud Victorinianum. Ante

luminaria quidem cœlestia, quæ quarto die facta sunt, die primo lux creata est, sed non ante cœlum et terram; ἀδιοργανίστου, scripsit Julius Africanus in *Chronici* loco supra inspiciendo pag. 238. vol. ii. τέως (primo die) τὸ πρωτόκτιστον φῶς καὶ κεχυμένον.

P. 457. l. 8. præparatio scilicet regni] h. e. sabbati magni, sive regni Christi, de quo infra aliquid videbis.

Ibid. quem] Addunt in margine Cavei, “Deest, die “*sexto creatus est.*” Sed levi mutatione sic lego, Adam enim ad imaginem—consummavit. Deleto *quem.* WALKER.

Ibid. l. 12. adseverarent] Hanc Walkeri emendationem commemoravi. MS. habet *adseverant.* Cavianum apographum *asseverent.* Paulo supra MS. *crearet* pro *creavit*, quod in apographo correctum est.

Ibid. l. 14. aut stationem Deo, aut jejunium, facimus] *Statio* hic apud Victorinum non solum pro collecta quæ vocatur, sed etiam pro abstinentia, posita est, minus tamen diuturna, ut ante dixi, quam jejunium. Illud enim ad usque vesperam durabat, neque ut statio, hora nona concluderetur. Ita supra tradit auctor, die quarto a cibo abstinere moris esse, aut ad horam usque nonam, aut ad vesperam. p. 456. l. 12.

Ibid. l. 16. Hoc die solemus superponere] Concil. Eliberitinum Can. xxvi. *Errorem placuit corrigi, ut omni Sabbati die jejunii superpositiones celebremus.* Tertullianus vero hunc morem jejunandi sabbato, quem Romana saltem ecclesia cum aliis Latinis amplexa est, improbavit in libro *Adv. Psychicos*, cap. 14. *Vos etiam (catholici) sabbatum siquando continuatis, nunquam nisi in pascha jejunandum secundum rationem alibi redditam.* Ita ille. Victorinus autem scribere pergit, *Et parasceue superpositio fiat, ne quid cum Judæis sabbatum observare videamur.* Quæ quidem verba ita interpretor. Die sexto, seu parasceue, fiat continuatio jejunii in diem sabbatum, ne ulla ratione celebrare cum Judæis sabbatum videamur, qui hac die jejunare haud consueverint. Etenim si nulla fieret superpositio die sexto, tum edentes homines ad vesperam ejus, quod initium diei sabbati est, idem celebrare et observare vide-

rentur. Supra de die quarto Victorinus dixerat, *usque ad horam nonam jejunamus, aut usque ad vesperam, aut superpositio usque in alterum diem fiat.* Veruntamen Græci, alii- que orientales, qui ex more antiquo die illo non jejunare, nisi in pascha, consueverunt, negotium invertere, atque accusare Latinos jejunantes judaizandi, postea conati sunt. Ita Matthæus Blastares in *Syntagmate Alphabetico*, Lit. A. pag. 9. de Sabbatio Sabbatianorum incunte sæculo quinto duce hæc habet, τῇ δὲ περὶ τὰ χεῖρω φιλοτιμία καὶ Ἰουδαϊκῶς σαββατίζειν ἤρεῖτο, νηστεῖαν ἐν τούτῳ μετῶν, καὶ τὰλλα παραπλησίως ἐκείνοις· καθὰ δὲ καὶ οἱ Λατῖνοι ταυῶν. apud Beveregii *Synodicum*. Ubi mos jejunandi sabbato reprehenditur, non quasi Judæi hoc die jejunare soliti sint, qui contra, ut dixi, similiter atque Esseni, et prout indicat evangelium, epulabantur, sed quia tanquam sacrum diem incredulorum instar Judæorum Sabbatius atque Latini septimum observabant. Memoratu item id dignum est, Marcionitas odio Dei creatoris Judæis oppositos sabbato cibo abstinuisse. Conf. Epiphaniï *Hæres.* xlii. c. 2.

P. 457. l. 21. quod sabbatum] MS. quod sabbato. Lego quod sabbatum corpore suo resolvit. Sic infra. WALKER. Vid. Apostoli verba in *Epist. ad Ephes.* ii. 14, 15.

Ibid. l. 23. quæ die] Scribendum monet Walkerus *dies pro die*, de qua tamen correctione dubitandum est. Signatur *Joan.* vii. 22. ubi hæc sunt. *Propterea Moyses dedit vobis circumcisionem, non quia ex Moysæ est, sed ex patribus, et in sabbato circumciditis hominem.* Ait S. Cyprianus supra, CONCIL. CARTHAG. III. p. 100. in *Judaica circumcissione carnali octavum diem observatum esse.* Et circumcisum se octavo die, gloriatus est S. Paulus. Atque hæc posuit Epiphanius *Hæres.* xxx. c. 32. δείκνυται γὰρ ὅτι οἱ περίτεμνοντες αὐτὸ τὸ γεννηθὲν ἐν σαββάτῳ, ἐὰν θελήσωσιν ἀκριβολογήσασθαι τὴν ὀγδόην ἡμέραν, εὐρίσκοντες ἐμπίπτουσαν ἐν σαββάτῳ, καὶ περιτέμνοντες ἔργον ἐργάσαντο, καὶ τὸ σάββατον ἔλυσαν. ἐὰν δὲ ὑπέρθωνται διὰ τὸ μὴ λῦσαι τὸ σάββατον, ἐνάτη λοιπὸν περιτέμνουσι τὴν περιτομὴν, καὶ ἔλυσαν τὴν περιτομὴν, καὶ τὸν περὶ αὐτῆς τῶν ὀκτῶ ἡμερῶν ὄρον τοῦ προστάγματος. Ut dixisse censeatur Victorinus, circum-

eisionem *plerumque* fieri sabbato, si ille dies octavus fuerit a partu infantis.

P. 457. l. 26. legebamus &c.] “Hæc omnia,” ait Walke-
rus, “mendosissima sunt.” Ad marg. Caviani apographi
annotatum est, “Deest fortasse *quod ante et seipsum*, et
“forte legend. *prælioque pro prælio quæ.*” Plane quidem
difficilis est loci emendatio, sed tamen pro facultate mea
tentanda. A Victorino enim, nisi fallor, *Exodi* cap. xvii.
respicitur, ubi narratur, *postquam dixisset Moyses ad Josue, Elige viros et egressus pugna contra Amalec—cum levaret Moyses manus, vicisse Israel, sin autem paululum remisisset, superasse Amalec.—Fugavitque Josue Amalec et populum ejus in ore gladii.* Hoc autem die sabbati contigisse col-
legit sibi vir sanctus Victorinus ex stationibus fortasse in
populi Israelis itineribus: Vel forte traditionem aliquam
Judaicam secutus. Lucem vero his dabit expositio quæ
verborum Moysis facta est a Tertulliano in lib. iii. *contra Marcion.* *Jam vero Moyses quod utique tunc tantum, cum Jesus adversus Amalech præliabatur, expansis manibus ora-
bat residens, quando in rebus tum attonitis, magis utique
genibus depositis et manibus cædentibus pectus, et facie humi
volutante orationem commendare debuisset, nisi quia illic
ubi nomen Domini Jesu dimicabat, dimicaturi quandoque
adversus diabolum, crucis quoque erat habitus necessarius,
per quam Jesus victoriam esset relaturus,* cap. 18. Hæc Ter-
tullianus. Itidem *Adv. Psychicos* c. 10. *In Exodo habitus
ille Moysis adversus Amalec orationibus præliantis usque in
occasum perseverans, nonne statio fuit sera?* Conf. et Barna-
bæ *Epist.* cap. 9. Hæc quoque Archelaus in *Disput. cum Manete.* *Ibi Moyses cum impugnaretur, extensis manibus
certavit adversus Amalech, et hic Dominus Jesus impugnatis
nobis, et pereuntibus violentia erratici spiritus, qui nunc in
justis (for. in injustis) operatur, extensis in cruce manibus,
salutem dedit.* cap. 44. Tum vero Apostolus Paulus ita
loquitur in *Epist. ad Coloss.* cap. ii. comm. 14. *Delens quod
adversus nos erat chirographum decreti, quod erat contrarium
nobis, et ipsum tulit de medio, affigens illud cruci.* Quidni
ergo satis bene ita procedat Victorini oratio? *Moyses*

prospiciens duritiem populi illius (Israelis Christo novaeque legi infensi, ac propterea rejiculi) idcirco die sabbati levabat manus, et sic ipsum cruci fixit. Ad posteriora quod attinet, respicere videtur Victorinus ad ea, quae ex Maccaeorum libri primi capite secundo enarrat Sabellieus, in Historia Sacr. ex Eneadibus ejus sumpt. lib. vi. p. 279. ed. Lond. Ethnici Judaeos e montibus deducere sunt conati. Ceterum quum neque hortatione neque minis flecti potuissent, sabbatorum die quo Judaei gentili instituto pugnare prohibebantur, hostes montibus insinuati, nullis repugnantibus supra mille in speluncis ferro et igni crudeliter necarunt.—lata tum primum lex, ut sabbatis pro vita adversus hostes dimicare liceret. Pergit ergo ita scribere Victorinus. Et praelio quærebantur ab allophylis sabbato, ut caperentur, et velut severitate legis ad divitandam disciplinam formarentur, h. e. legem caeremonialem. Sequitur enim post cetera exempla allata istud veteri sabbato oppositum,—ut verum illud et justum sabbatum septimo milliaro annorum observaretur, pag. 458. l. 11. Ceterum in MS. scribitur i super alterum e in devetando.

P. 457. l. 32. die octavo] Annotatum est ad Caviani apographi marg. "Titulus Ps. 6. est ὑπὲρ τῆς ὀγδόης." Beda in *Hexaemero*. Dictum enim est in titulo Psalmi in finem, in hymnis, pro octava psalmus David, quod de die judicii scriptum totus sequentis psalmi textus docet, in quo iram venturi judicii timens propheta exclamat, Domine ne in judicio tuo arguas, neque in furore tuo corripias me, &c. pag. 21. vol. iv. Op. Bedæ Basileæ editorum. Et diu ante Basilius M. in lib. *De Spiritu Sancto*, cap. 27. de die Dominico, seu, τῇ μίᾳ τοῦ σαββάτου, ita scripserat, καὶ μία τοίνυν ἡ αὐτὴ, καὶ ὀγδόη, τὴν μίαν ὄντως ἐκελευν καὶ ἀληθίνην ὀγδόην, ἧς καὶ ὁ ψαλμωδὸς ἐν τισιν ἐπιγραφαῖς τῶν ψαλμῶν ἐπεμνήσθη, δι' ἑαυτῆς ἐμφανίζουσα, τὴν μετὰ τὸν χρόνον τοῦτου κατάστασιν, τὴν ἅπανστος ἡμέραν τὴν ἀνέσπερον, τὴν ἀδιάδοχον, τὸν ἀληκτον ἐκείνον καὶ ἀγήρω αἰῶνα. pag. 56. ed. Benedictin. Itidem habet Asterius *Homil. in Ps. vi.* apud Cotelerii *Eccles. Græc. Monumenta* tom. ii. τὸν ὑπὲρ τῆς ὀγδόης καὶ τῆς τῶν νεκρῶν ἀναστάσεως ψάλλων παρεκάλει.

pag. 50. Sed alii aliter interpretati sunt titulum istum. Confer interea auctores mox memorandos de ipso octavo die, sive futuro sæculo; quod quidem dogma de octavo sæculo ab ipsis usque initiis Christianismi apud veteres invaluerat.

P. 458. l. 2. qui extra ordinem septimanæ dispositionis &c.] Clemens Alex. *Strom.* vii. p. 866. ed. Potteri: Μετὰ γ' οὖν τὴν ἐν σαρκὶ τελευταίαν ὑπεροχὴν ἀεὶ κατὰ τὸ προσῆκον ἐπὶ τὸ κρεῖττον μεταβάλλων εἰς τὴν πατρῴαν αὐλήν, ἐπὶ τὴν κυριακὴν οὕτως διὰ τῆς ἀγίας ἑβδομάδος ἐπέγεται μονήν. Et apud Tertullianum *De Anima* cap. 37. Theodoretumque *Interp. Psalm.* p. 640. ed. Schulze. et Andream Cæsariensem *Comment. in Apocalyp.* c. 31. significat *ogdoas* cœlorum regnum, quod iudicio supremo successurum est.

Ibid. l. 3. Jesus quoque Naue &c.] Quæ hic adducuntur exempla atque argumenta a Victorino pro futura sabbati abolitione, exstant ea omnia, si bene memini, tum apud Justinum M. tum in Tertulliani opusculis. Hic tamen in lib. iv. cap. 12. *contra Marcionem* facta distinctione inter opus humanum sive *tuum* in quarto decalogi præcepto memoratum atque opus divinum, *ne tum quidem in arcæ circumlacione*, quod Dei opus fuit, *apud Jerichuntem sabbatum destructum fuisse*, statuit.

Ibid. l. 8. Antiochi] Cum monuisset legendum esse istud pro *antiqui* apographi Caviani margo, idem recepi.

Ibid. l. 10. Esaias quoque et cæteri collegæ ejus] Ubi nam apud Matthæum referuntur Esaias et ceteri prophetæ sabbatum solvisse? Et quî factum, ut irrepserit *Esaias* pro *David*, ratio me fugit. Apud *S. Matt.* cap. xii. comm. 3. quærit a Pharisæis Jesus, *Non legistis, quæ fecerit David, quando esurivit et qui cum eo erant?* Vid. et *SS. Marc.* et *Luc.* Habet autem MS. *collegi*, unde legere vult cl. Walkerus *collegii*, sed apographum Cavianum hæc quidem in re secutus sum. Sabbatum, quod omnes profecto abrogatum esse sentiebant, futuræ post mortem felicitatis typum esse, Victorinus, sicut alii scriptores, hæc inter statuit. Facessant ergo pii alioqui novatores cum suo sabbato, neutri testamento cognito; quamvis

nuperrime Judaicum nomen in leges Anglicas inducere voluerint. Qui enim dies in veteri fœdere sanctificatus colitur, is septimus, non primus est; neque in Novo Testamento de cultu alius diei in sabbati locum substituti quidquam præcipitur; nedum aliud sabbatum constitutum est; cum vetus illud festum Mosaicum et doceat S. Scriptura, et crediderit antiquitas, typum esse veri atque æterni sabbati, ac requietis populi Dei laboribus curisque mundanis liberati, vel, ut aliqui interpretati sunt, cessationis ab operibus peccati et sæculi; dum semel et obiter tantum ab apostolo Joanne dies Dominica, hebdomadale resurrectionis festum, memoratur, eademque fortasse a Paulo et a Luca semel indicatur. Atqui, si adhuc valere dicitur vetus lex illa de sabbato, seu die septimo; nec, quemadmodum ceteri ritus, evangelio abrogata est, quid vetat, quin servata lege, cum divina sit, dies redintegretur septimus, quem ipsi apostoli observabant? Sin, ut ἀμαρτύρωσ aiunt isti, lex emendata est, atque dies ille mutatus, qui orbe condito benedictus et sanctificatus est, quis eum correxit? quis mutavit? Certe in S. Scriptura altum de re silentium est. Restat autem nobis, non sabbatum quidem, quia apostolo Paulo teste deletum atque abrogatum est, sed dies vetustissima consuetudine et perpetuo ecclesiæ consensu observatus, dies Dominicæ resurrectionis; quo cultum Dei, ipsi et lege naturæ debitum, publice celebramus; etsi neque in Scriptura, ut notum omnibus est, neque in primorum sæculorum monumentis sabbatum appellatur. Hujus festi, sicut aliorum magni momenti rituum atque institutorum, tanta est apud Christianos antiquitas, ut in sæculo Apostolico quærenda sit origo ejus, tanta ejus auctoritas, universæ ecclesiæ veterrimo instituto nixa, ut nullus homo sit, si velit Christianus dici, qui ipsum non colat. Differenda esse negotia hoc die, monet vetustissimus auctor Tertullianus in lib. suo *de Oratione*, cap. 23.

P. 458. l. 11. Ut verum] MS. et *verum*. Sed conjecturam virorum doct. ad Cavii apographum secutus sum.

P. 458. l. 14. singula] *singulis* fortasse legendum. Psalmi illud lxxxix. a Victorino adductum Chiliastæ afferre solent.

Ibid. l. 17. habeo oculos Domini] In margine Cavei, F. *habet oculos Dominus*. Sed recte *habeo*, id est, teneo, invenio. WALKER. Zachariæ cap. iv. comm. 10. *Septem isti oculi sunt Domini, qui discurrunt in universam terram*.

Ibid. l. 18. et septem millia anni] *Milia* MS. Legendum videtur, *est*, vel *erit, septimo millennio*, vel potius, ut paulo supra, *septimo milliariorum annorum*. Sed Walkerus tantum monet particulam *et* esse delendam. Ceterum Victorinus post alios nonnullos patres septimum millennium regno Christi una cum sanctis ejus futuro attribuit, cui subsecuturum sit ultimum judicium ogdoasque; quæ tamen ipsa ogdoas ab aliis ad tempora Messiæ, sive adventum primum Christi, relata est. Vide inter alios Andream Cæsariensem in *Comm. in Apocalypsin* cap. 63. ubi ait. *sanctorum regnum in terris milliarium ab ecclesia haud recipi dicere superfluum fore*.

Ibid. l. 21. sunt] Hoc monet delendum esse Walkerus; et recte, nisi addi *qui* debeat. Ad septem quod attinet cælos, de quibus nugatur Victorinus, verum est quod ait Origenes lib. vi. *Contra Celsum* num. 21. Ἐπὶ τὰ δὲ οὐρανοὺς, ἣ ὅλως περιωρισμένον ἀριθμὸν αὐτῶν, αἱ φερόμεναι ἐν ταῖς ἐκκλησιαίαις τοῦ Θεοῦ οὐκ ἀπαγγέλλουσι γραφαί. Idem ab Origene dictum ad fin. quoque num. 23.

Ibid. l. 23. Hi septem spiritus.] Verba hæc a sequentibus distinguenda putavi; neque enim cum viris doctis, qui ad Cavii marginem nonnulla annotarunt, voces *eorum spiritus* in *eorum spirituum* mutarem.

Ibid. l. 28. *spiritus timoris*] MS. *spiritu t.* sed ita emendandum ait Walkerus post Esaiæ textum.

Ibid. l. 31. tonitrua mugiunt, flumina extenduntur] In margine Cavii, F. *fulmina*. Lego, *fulmina accenduntur*. WALKER. Plinius *Nat. Hist.* lib. ii. cap. 38. *Hinc nubila, tonitrua et alia fulmina*. Ex hoc ergo &c. h. e. ex cælo timoris Dei.

P. 459. l. 1. ignes conglobant] Dubito, utrum rescribendum sit, *ignes conglobantur*, vel, *ignes se conglobant*, an auctor hoc sensu verbum *conglobo* adhibeat.

Ibid. l. 2. comæ orribilis curabitur] Fortasse scribendum, *cometa horribilis crinitur*, h. e. crine insignitur. Conjecit reponendum esse, *comæ horribiles currunt*, Crellius. Vid. infra.

Ibid. l. 3. Nonnunquam accedit etiam sol et luna invicem visitantur] Legerim, *nonnunquam accedit, ut etiam sol et luna* in vicino visantur. In verbis, quæ sequuntur, forsitan reponendum est *aspectus pro aspectu*, et *efficiantur pro efficiunt*.

Ibid. l. 6. Auctor autem totius creaturæ Jesus] MS. *efficiunt: auctoritatem totius creaturæ justus &c.* Hinc lego, *efficiunt. Auctor autem totius creaturæ istius*; verbo cognomen est. Vel, *Auctor autem totius creaturæ Jesus*. Sic supra, Homo Christus *Jesus auctor* eorum. Vide Artemonium, id est, Samuelem Crellium, Præfat. pag. 21. ante Initium Evangelii Johannis &c. hæc perverse ad hypothesin suam trahentem, et corrumpentem. WALKER: Ita ab Irenæo, vel fortasse etiam antiquiore aliquo Christiano, *Verbum Dei pater generis humani* appellatur. Vid. lib. iv. *Irenæi* c. 31. al. 51. p. 259. ed. Massueti, vel supra pag. 56. vol. mei I. Itidem Tertulliano in lib. 5. *contra Marcion. Christus viri auctor est*, cap. 8. Verba autem, *auctoritatem totius creaturæ* in Caviano apographo cum superioribus conjuncta sunt. Et vir cl. P. Wesselingius *Probab.* cap. xiv. p. 117. cum nondum edita esset egregia ista Walkeri conjectura, *juste* vel *justius* primitus scriptum fuisse pro *justus* statuit. Cum vero propter Victorini verba, quæ supra pag. 456. l. 17. existunt, Walkeri posteriorem illam emendationem præferendam duxerim, eandem haud dubitavi his verbis subdere. Siquis tamen alteram illam magis probaverit, *auctor autem totius creaturæ istius*, ideo reponendum mihi quidem videretur, *auctori autem*, pro *auctoritatem*. *Istius* optaverat quidem Crellius pro *justus* scribere, ut reponeret, *istius verbo cognomen est ei*, (id est ei verbo, quod supra memoravimus, cognomen est Verbum

Dei.) Etenim, cum ad hoc probandum, Christum Verbum Dei nominari, adducat Victorinus locum Joan. i. 1. sequeretur eum in eo legisse, *et Dei erat Verbum*. Ita Crellium locum refinxisse, et argumentatum esse, retulit, antequam ipsum Crellii librum ego videram, Baraterius, in *Anti-Artemonio*, seu *Initio Evangelii Joannis Vindicato*, Part. I. cap. xvi. §. iii. p. 110. ubi ipse legendum proponit, *Isti verbo cognomen est Dei*.

P. 459. l. 9. *Eructatum est cor meum verbum bonum*] LXX. Ἐξερεύξατο ἡ καρδιά μου λόγον ἀγαθόν. Vulgata quidem habet, *Eructavit cor meum verbum bonum*. Nihilominus utrum posuerit Victorinus, qui auctore Hieronymo supra p. 433. non æque Latine ac Græce noverat scribere, *eructatum est* pro *eructavit*, an potius, cor ipsum eructatum esse intellexerit, alii judicent.

Ibid. l. 13. Ergo primus factus creaturæ est, secundus hominis humani generis, ut ait apostolus] Repositum ad marg. Cavii est, *Dominus* pro hominis. Haud amplexus emendationem, totum locum ita refingere malim. *Ergo primo factor creaturæ est, secundo lumen omnis humani generis, ut ait apostolus*. Scilicet in Joan. i. 3. 9. Mox l. 8. pag. 460. verba extant, *ut Adam illum per septimanam reformaverit, atque universæ suæ creaturæ subveniret*.

Ibid. l. 16. Hoc igitur Verbum—timor Dei nomen habet] Walkero teste voces, quæ sequuntur, ita in MSto scriptæ fuerant, emendante eas Cavii apographo; *coelu* pro *cælum*, *terra* pro *terram*, *sole et luna* pro *solem et lunam*, *cum terræ ac maris* pro *cum terram ac mare*, *homine* pro *hominem*. Sed recentiori manu literam *m* super pleraque hæc verba scriptam fuisse in ipso codice, testatur cl. Toddius. Ego interim *timoris* pro *timor* legere malim. *Pietas* pro benevolentia, vel misericordia, hic posita est.

Ibid. l. 22. cornua] *cornuta* MS. Correxì post *Apoc.* v. 6.

Ibid. l. 27. apud Paulum] Pro *Paulum* margo editionis Cavei habet, F. *Apocal.* sed male, et recte *Paulum*; Cyprianus de Exhortatione Martyrii pag. 125. ed. Amstel. *Apostolus Paulus qui hujus legitimi numeri et certi memi-*

nit, ad septem ecclesias scribit. Vido et alia ibidem hunc locum illustrantia. WALKER. FRAGMENTUM *De Canone S. Scripturae*, hæc habet—cum ipse beatus apostolus Paulus sequens prædecessoris sui Johannis ordinem, nonnisi nominatim septem ecclesiis scribit ordine tali, ad Corinthios &c. Supra in vol. I. p. 395.

P. 459. l. 27. septem diacones] Cons. notam ad CORNELII Fragmenta de numero diaconorum sup. pag. 43. hujus vol. De scriptura autem *diacones* Vossius in lib. *De Vitiis, Sermonis*. “*Diacones et diaconibus crebrum est scriptoribus ecclesiasticis etiam antiquis. Sed hos pietatis potius habemus magistros quam Latinitatis. Elegantiores igitur semper diaconus dicunt, ut Græce est διάκονος.*” Lib. i. cap. 20. pag. 82. Tertullianus Cyprianusque, quod ego meminerim, fere semper habent *diaconi*, dum res, fateor, se aliter habet in epistolarum Cyprianicarum *inscriptionibus*, et ubi narrat Cyprianus in *Epistola ad Successum*, quæ est Epist. 80. vel 82. *Valerianum Imp. ad senatum rescripsisse, ut episcopi et presbyteri et diacones incontinenti animadvertantur.* Unde videtur nomen *diacones* eo tempore usitatius ac solennius fuisse. Præstat Versio Vulgata in inscriptione *Epist. ad Philippenses, cum episcopis et diaconibus.*

P. 460. l. 5. in domum Salomonis] For. *domu*, vel cum Walkero *domo*, legendum. Qui septem sacramenta in ecclesia esse statuunt, hi, ut obiter id notem, plurima horum septenariorum in medium solent adducere, ut rem vel firment, vel illustrent.

Ibid. l. 8. Ut Adam illum &c.] Walkerum monentem verba hæc cum sequentibus, *nativitate filii sui* &c. conjungi debere, non cum prioribus, secutus sum; is interea *subvenerit* pro *subveniret* vult reponere, sed malim ego *reformaret* scribere pro *reformaverit*. *Nativitate* pro *nativitatem* correxerat Cavii apographum. Similiter per *sanctam hebdomadam*, sive diversos bonitatis profectus, procedendum esse præcepit Clemens Alex. supra a me allatus p. 474.

Ibid. l. 12. ea die Gabriel angelum Mariæ &c.] Quomodo hæc atque cetera hujusmodi sibi colligeret Vic-

torinus, perinde atque alii veteres tractatores et chronologi, vix operæ pretium est, ut quis ostendat. Confer Africani *Chron.* vol. ii. p. 238. Paulo post in Cavii apographo positum est *mundasse* pro *inundasse*.

P. 460. l. 15. ea die in carne esse conversum, qua terram et aquam fecit &c.] Non conveniet hoc cum illo in lin. 13. *ea die in carne esse conversum, qua die hominem de limo instruxit*, quod factum esse ostenditur in libro *Genesis* die sexto, dum terra et aqua die tertio apparuisse dicuntur. Hæc inter Christi incarnatio respicitur. Ut fortasse aliud quid vel hic, vel illic scripsisse auctor videatur. Quid si *conversatum* pro *conversum* ibi reponatur?

Ibid. l. 18. qua terra et aqua fœtus suos ediderunt] Hoc factum die quinto a Victorino dicitur pag. 457. l. 1. At vero animalia propria sibi edidisse aquæ traduntur die quinto, terra autem die sexto.

Ibid. l. 21. ea die esse passum, qua Adam cecidit] Lapsus esse Adam eo ipso die, quo illum creavisset Deus, omnes fere statuunt.

Ibid. l. 27. occasus] De morte vox interdum adhibetur.

Ibid. l. 29. eas esse scit] For. scribendum, *et secessit*. Vox enim *secessit* Vet. Latino Interpreti solennis. Verbi causa, *Cum autem audisset Jesus, quod Joannes traditus esset, secessit* (ἀνεχώρησεν) *in Galilæam*. Mat. iv. 12. Sed ad Cavii marginem legendum esse conjicitur *spicas* pro *eas*. Mox *cervical* legendum puto pro *cervicalem*, deinde pro *freta aut procella pedibus ingreditur*, reponendum esse *freta orta procella p. i.*

Ibid. l. 33. cæcos eloquentia instituit] *eloquentiam* MS. et *clodos* antique pro *claudos*. Repositum est *eloquentia* in Cavii Apographo. Pro isto, *cæcos eloquentia instituit*, reponere hic velim, *cæcos illuminat*,—et *mutos eloquentia instituit*. Melito Sardensis in fragmento *Libri de Incarnatione Christi* ita scribit; Θεὸς γὰρ ὢν ὁμοῦ τε καὶ ἄνθρωπος τέλειος ὁ αὐτὸς, τὰς δύο αὐτοῦ οὐσίας ἐπιστώσατο ἡμῖν τὴν μὲν Θεότητα αὐτοῦ διὰ τῶν σημείων ἐν τῇ τριετίᾳ τῇ μετὰ τὸ βάπτισμα, τὴν δὲ ἀνθρωπότητα αὐτοῦ, ἐν τοῖς τριάκοντα χρόνοις τοῖς πρὸ τοῦ βαπτίσματος. Supra in vol. I. *Reliq. Sacr.* p. 121.

P. 461. l. 1. nuntiari ejusdem. Duodenario numero dicere] Locum mendosissimum ita emendes: *nuntiare eisdem. Duodenario numero dies.* Lectorem enim ad initium commentarioli sui p. 455. l. 22. mittit auctor, ubi scripsit, *In principio fecit Deus lucem, eamque duodenario numero horarum, die noctuque, divisit.*

Ibid. l. 6. computantur &c.] MS. *computantur constituta sunt. Itaque sine dubio autem diei.* Walkerum verba inter se aliter distinguentem, et *constituti* scribentem, deleto *autem*, magis sequendum esse duco, quam viros doct. ad Cavii marg. qui partic. *et* addunt ante *constituta sunt.*

Ibid. l. 11. quos in] Delendum ait in Walkerus. Minus recte *apocalypsi* in apographo Caviano extat.

Ibid. l. 21. Sex alæ &c.] Victorinum, quem hoc loco propterea appellat *nostrum* Hieronymus, quod e scriptoribus Latinis fuit, commentarios scripsisse in Esaiam et Ecclesiasten inter alios S. Scripturæ libros, ait idem Hieronymus *De Viris Illustr.* a me huic excerpto præfixus.

P. 462. l. 11. senis &c. &c.] Cum non constet, utrius tandem auctoris sint verba istæ, Origenis an Victorini, plura hic transcribere supersedeo.

Ibid. l. 14. De Victorino id assero &c.] Helvidius, dum perpetuam oppugnabat S. Mariæ virginitatem, Victorini verba quædam adduxerat.

P. 463. l. 3. δευτέρωσιw.] Vide Fabricii notam in hunc Hieronymi locum ad PAPIÆ Fragmenta, vol. I. *Reliquiar.* pag. 4.

COMMENTARIUM scripsisse Victorinum in Joannis Apocalypsin, tradit Hieronymus supra *De Viris Ill.* pag. 233. Ad libellum autem quod attinet in tomo i. *Bibliothecæ Patrum Parisinæ* editum, qui Victorini nomine inscriptus est, dicendum est cum Tillemontio *Mem. Eccl.* tom. v. not. 2. in S. Victorin. Lardneroque *De Evang. Fide*, part. II. lib. i. cap. 56. pag. 196. &c. interpolatum quidem eum librum fuisse, et nonnullis in locis mutatum, sed majorem tamen partem ejus a Victorino revera scriptum; idque

dixerim eo magis, quod in plurimis rebus hic commentarius cum isto *De Fabrica Mundi ἀποσπασματίῳ* pulchre conveniat. Confer et *Ceillier Histoire Générale des Auteurs Sacrés et Ecclésiastiques*, tome iii. cap. 21. §. 3. p. 346. et quam nuperrime vidi, postquam omnia hæc de Victorino a me edita fuerant, *Lamperi Hist. Theologico-Criticam*, vol. xiii. p. 572—583.

Age vero, breviora quædam *Scholia* Victorini in *Apocalypsin* quasi postliminio jam reducta sunt a Gallandio, quæ primus ex Casinensi codice ediderat Basilius Millanius Monachus Casinas Bononiæ anno 1558. Aitque Gallandius, in *Bibliothecæ PP.* suæ tomo iv. pag. vi. se nullum dubitare, si viris doctis perspecta hujusce opusculi editio unica, adeoque perrara, fuisset, “quin *Scholia*, tanquam “genuinum Victorini fetum excepissent; agnovissentque “simul subdititium omnino esse, utpote mire interpolatum, Commentarium illum in *Apocalypsin*, qui sub ejus “nomine in Patrum Bibliothecis circumfertur.” Sic ille. Quanquam vero vestigia antiquioris doctrinæ in his brevioribus scholiis subinde deprehendi, interpolata tamen istæ ab aliquo male feriato fuisse mihi videbantur, si modo opusculum ad Victorinum tertii sæculi scriptorem vere pertineret. Extat in eo ad comm. 14. cap. i. *Apoc. Caput autem ejus et capilli erant albi* &c. interpretatio ista—*In capillis albis abbatum est multitudo.* Sed vero *albatorum*, non *abbatum*, scriptum postea inveni in Victorini Commentario supra commemorato; in quo quidem gemina fere horum Scholiorum extant, ita tamen ut uterque liber mutua ope emendari queat. Porro ad comm. 18. cap. xiii. *Numerus ejus nomen hominis, et numerus ejus sexcenti sexaginta sex*, post multa alia hoc additum est, *Item aliud ejus (Antichristi) nomen Gothice, quod per se liquebit, id est, Γενσηρικὸς, quod eodem modo Græcis literis computabis γ. tres, ε. quinque* &c. Significatur autem Gensericus Vandalorum rex, qui sæculo quinto Catholicos in Africa vexarat. Alia mitto, sed notes lector, quæso, in eodem opusculo non tantum illud, quod in fine adversus Chiliastas scriptum extat, sed et multa scholia in totum caput 20


Apocal. eorundem sententiæ opposita; etsi, Victorinus in commentario suo, Hieronymo id diserte tradente, Chiliarum errori fauerit, idemque profecto ex tractatu, qui superest, *De Fabrica Mundi*, liqueat. Sed hæc hactenus. Poematum, quæ Victorino nonnulli attribuerunt, nullum idoneo gaudet testimonio præter breve carmen adhuc extans *De Cruce Domini*, vel *De Paschate*, eujus duos priores versus Victorino adscripsit Beda Venerabilis in libello *De Locis Sanctis* cap. iii. p. 489. tom. iii. ed. Basil.—*qua ductus opinione*, inquit Beda, *Victorinus Pictaviensis antistes ecclesiæ, de Golgotha scribens ita inchoat* :

*Est locus, ex omni medium quem credimus orbe,
Golgotha Judæi patrio cognomine dicunt.*

Verumtamen sententiæ illorum haud refragor, qui propter stili differentiam a Victorino carmen abjudicare velint; nam Latine loqui auctor poematis videtur, id quod de Victorino agente *De Fabrica Mundi* vix dicendum. Facultas enim pure et emendate scribendi in cumulum sancti martyris laudum, teste pluribus locis Hieronymo, non accessit.



S. PAMPHILUS MARTYR.



S. PAMPHILUS MARTYR.

S. HIERONYMI *Lib. De Viris Illustribus,*
cap. lxxv. p. 165.

PAMPHILUS presbyter, Eusebii Cæsariensis Episcopi ^a necessarius, tanto ^b bibliothecæ divinæ amore flagravit, ut maximam partem Origenis voluminum sua manu descripserit, quæ usque hodie ^c in Cæsariensi bibliotheca habentur. Sed et ^d in duodecim prophetas viginti quinque *ἐξηγήσεων* Origenis volumina manu ejus exarata repperi, quæ tanto amplector et servo gaudio, ut Cræsi opes habere me credam. Si enim lætitia est, unam epistolam habere martyris, quanto magis tot millia versuum, quæ mihi videtur sui sanguinis signasse vestigiis. Scripsit, antequam Eusebius Cæsariensis scriberet, ^e Apologeticum pro Origene, ^f et passus est Cæsareæ Palæstinæ sub persecutione Maximini.

^a Ab hoc amico suo *Εὐσέβιος ὁ Παμφίλου*. Vide infra cap. 81. (*Libri De Viris Ill.*) FABRICIUS.

^b De studio S. Pamphili Martyris in bibliotheca Cæsareæ instruenda confer si placet quæ ad cap. 81. et 113. Sed bibliotheca divina est Scriptura Sacra, ut c. 81. FABRICIUS. Sic appellant ecclesiastici auctores Scripturam sacram. Alcimus

Avitus Epist. 2. *utramque Bibliothecam* dixit Novum ac Vetus Testamentum. Lectu dignum Epigramma Alcuini is calce Scripturæ a se emendatæ

*Nomine Pandecten proprio vocitare memento
Hoc corpus sacrum, Lector, in ore tuo ;
Quod nunc a multis constat Bibliotheca dicta
Nomine non proprio, ut lingua Pelasga docet.*

VALLARSIVS.

^c Non Origenis tantum sed et aliorum quoque insignium scriptorum monumenta, libros præcipue sacros manu sua vel descripsit vel emendavit S. Pamphilus. In Bibl. Coisliniana etiamnum exstat apographum Codicis Epistolarum S. Pauli ex Codice Bibl. Cæsariensis scriptarum manu S. Pamphili. Vide Catalogum MSS. concinnatum a clariss. Montfaucono p. 261. FABRICIVS.

^d Hi tomi xxv. in 12. Prophetas quos reperisse se etiam testatur Eusebius vi. 36. Hist. hodie inter Origenis opera non habentur. FABRICIVS.

^e Postea Origeni infensior hoc retractavit Hieronymus, et a Rufino deceptum se conquestus, Apologetici Origenis scriptorem Pamphilum esse pernegavit. Epist. 65. et utroque libro contra Rufin. Sed in prioribus quinque Apologiæ pro Origene libris utique non solum Eusebium sed una cum Pamphilo, ut Socrates iii. 7. tradit, elaborasse, sextum autem post Pamphili demum martyrium subjunxisse, Photio Cod. 118. assentior. Exstat illius Apologetici liber tantum primus ex Rufini versione sæpius editus et inter Origenis et inter Hieronymi opera. Ex cæteris pauca apud Photium fragmenta. Vide quæ de Pamphilo Tillemontius tom. v. pag. 421. 750. seq. tom. xii. pag. 205. seq. et. tom. vii. p. 40. FABRICIVS. Primum librum Apologiæ in sex libros postea divisæ solius Pamphili esse, ut retulit Rufinus, ceteros Pamphili simul et Eusebii esse, excepto ultimo, qui erat solius Eusebii, recte statuit post L. Holstenium Justus Fontaninus *Hist. Lit. Aquileianæ*, lib. v. cap. 5. §. 111. Sed de hac Apologia et primi libri Interp. Latina, quæ extat, adnotata plura sunt infra. Hoc porro Apologeticum a Rufino

Latino interpretatum demptis Origenis excerptis in Appendice collocavi.

† Factum hoc A. 309. 15. Febr. ut fusius narravit Eusebius libro tertio de vita S. Pamphili ex quo apospasmation ex Codice Mediceo protulit Papebrochius in Actis Sanctor. tom. i. Junii p. 64. seq. quod nuper Græce et Lat. recudendum dedi in spicilegio Patrum tertii sæculi, una cum Pamphili Martyris argumentis Caputum libri Actorum Apostolicorum, in tomo ii. Opusculorum S. Hippolyti Hamb. 1718. fol. Vitam Pamphili scripsisse se peculiari opera testatur Eusebius vii. 32. p. 288. seq. ubi virum illum *θανμασιώτατον* appellat. FABRICIUS. Digna sunt, quæ exscribantur Eusebii verba apud S. Hieronymum *Libro primo Contra Rufinum*. *Ipse Eusebius amator et præco et contubernalis Pamphili tres libros scripsit elegantissimos vitam Pamphili continentes; in quibus quum cætera miris laudibus prædicaret, humilitatemque ejus ferret in cælum, etiam hoc in tertio libro addidit: 'Queis studiosorum amicus non fuit Pamphilus? Si quos videbat ad victum necessariis indigere, præbebat large quæ poterat. Scripturas quoque sanctas non ad legendum tantum, sed ad habendum, tribuebat promptissime. Nec solum viris sed et feminis, quas vidisset lectioni deditas. Unde et multos codices præparabat, ut quum necessitas proposcisset volentibus largiretur. Et ipse quidem proprii operis nihil omnino scripsit, exceptis epistolis, quas ad amicos forte mittebat, in tantum se humilitate dejecerat. Veterum autem tractatus scriptorum legebat studiosissime, et in eorum meditatione jugiter versabatur.'* §. 9. pag. 465. tomi ii. *Op. S. Hieron.* edit. Vallarsii. Interea disputat cl. Lardnerus contra τὴν γνησιότητα Actorum S. Pamphili a Fabricio aliisque editorum, in *Op. De Fide Hist. Evang.* part. II. lib. i. cap. 59. n. 10. De *Argumentis vero Caputum libri Actuum Apost.* mox dicam.

DE

S. PAMPHILI MARTYRIS,

PRESBYTERI CÆSARIENSIS,

QUI AD FINEM VERGENTE SÆCULO TERTIO FLORUIT,

5 PRO ORIGENE APOLOGIA.

*De sui ipsius, et Pamphili Martyris, Pro Origene Apologia,
hæc scribit Eusebius lib. vi. Hist. Eccl. cap. 33.*

ΚΑΙ ἄλλα μὲν οὖν μυρία Ὀριγένους πέρι μνήμη παραδιδόασι
τῶν καθ' ἡμᾶς οἱ πρεσβύτεροι· ἀ καὶ παρήσειν μοι δοκῶ, οὐ τῆς
10 ἐνεστῶσης ἐχόμενα πραγματείας, ὅσα δὲ ἀναγκαῖα τῶν περὶ
αὐτὸν διαγῶναι ἦν, ταῦτα καὶ ἐκ τῆς ὑπὲρ αὐτοῦ πεπονημένης
ἡμῖν τε καὶ τῷ καθ' ἡμᾶς ἱερῷ μάρτυρι Παμφίλῳ ἀπολογίας,
πάρεστιν ἀναλέξασθαι· ἦν τῶν φιλαίτιων ἕνεκα συμπουήσαντες
ἀλλήλοις, διὰ σπουδῆς πεποιήμεθα.

15

Interprete H. Valesio.

Sed et alia de Origene quam-
plurima memoriae tradita sunt a
senioribus nostrae ætatis presbyte-
ris : quæ quoniam ad præsentis
20 operis institutum nihil faciunt, o-
mittenda esse duxi. Quæcunque
vero necesse est de illo cognosce-
re, ea peti possunt ex Apologetico

qui a nobis et sacro-sancto nostri
temporis martyre Pamphilo pro
illius defensione conscriptus est :
quem quidem nos propter male-
volos quosdam accusatores, com-
muni studio atque opera junctim
elaboravimus.

De Libro secundo ejusdem Operis ita Eusebius lib. vi.

Hist. Eccl. cap. 23.

—καθ' οὓς (h. e. tempore Urbani et Zebini Romæ et Antiochiæ episcoporum) ὁ Ὀριγένης ἐπειγούσης χρείας ἐκκλησιαστικῶν ἕνεκα πραγμάτων, ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα στειλάμενος τὴν 5 διὰ Παλαιστίνης, πρεσβυτερίου χειροθεσίαν ἐν Καισαρείᾳ πρὸς τῶν τῆδε ἐπισκόπων ἀναλαμβάνει. τὰ μὲν οὖν ἐπὶ τούτῳ περὶ αὐτοῦ κεκινημένα, τὰ τε ἐπὶ τοῖς κινήσει δεδογμένα τοῖς τῶν ἐκκλησιῶν προεστῶσιν· ὅσα τε ἄλλα ἀκμάζων περὶ τὸν θεῖον εἰσενήνεκται λόγον, ἰδίας δεόμενα συντάξεως, μετρίως ἐν τῷ 10 δευτέρῳ ἧς ὑπὲρ αὐτοῦ πεποιήμεθα ἀπολογίας, ἀνεγράψαμεν.

—Quo tempore Origenes, compellente ipsum necessitate, ob ecclesiastica negotia in Achaiam profectus: cum per Palæstinam transiret, presbyterii gradum per impositionem manuum Cæsareæ ab illius regionis episcopis accepit. Porro qui deinceps motus ejus causa fuerint concitati, et

quæ super iisdem motibus a præsulibus ecclesiarum constituta sint: et quæcumque alia vixens ipse ac florens in prædicatione 15 verbi divini contulit, cum proprium opus requirant, in secundo libro defensionis quam pro illo conscripsimus, sufficienter a nobis 20 sunt exposita.

Vel ex uno aliquo, præcipue Libro Secundo, vel ex pluribus Librorum quinque posteriorum ejusdem Operis, hæc Photius in Bibliotheca, Cod. cxviii. pag. 296. ed. Hoeschelii p. 92. ed. Bekkeri.

Ἐνεγνώσθη Παμφίλου τοῦ μάρτυρος, καὶ Εὐσεβίου, ὑπερ 25 Ὀριγένους· τόμοι δὲ τὸ βιβλίον (for. τοῦ βιβλίου) ἕξ. ὧν οἱ μὲν πέντε Παμφίλῳ τὸ δεσμωτήριον οἰκοῦντι, συμπάροντος καὶ Εὐσεβίου, ἐξεπονήθησαν. ὁ δὲ ἕκτος, ἐπεὶ ὁ μάρτυς ξίφει τοῦ ζῆν ἀπαχθεὶς, ἀνέλυσε πρὸς ὃν ἐπόθει Θεόν, Εὐσεβίῳ λοιπὸν

Interprete A. Schotto.

30

Lecti sunt Pamphili Martyris, et Eusebii *pro Origene libri sex*: quorum quinque sunt a Pamphilo in carcere, præsentē etiam Euse-

bio, elaborati: sextus vero, postquam jam martyr ferro privatus vita, ad unice desideratum Deum migrarat, ab Eusebio est absolu-

ἀπαρτίζεται· καὶ ἄλλοι δὲ πλείστοι κατ' ἐκείνο καιροῦ, καὶ ἀξιολογώτατοι, ἀπολογίας ὑπὲρ αὐτοῦ συνετάξαντο. φασὶ δὲ τὸν Ὁριγένην ἐν τοῖς κατὰ Σευήρου διωγμοῖς γράψαι Λεωνίδα τῷ πατρὶ, ἐπαλείφοντα πρὸς τὸν τοῦ μαρτυρίου δρόμον, ὃν καὶ 5 καλῶς δραμόντι τῶν βραβείων τυχεῖν ἐξεγένετο· καὶ αὐτὸν δὲ ἀποδύσασθαι σπεύδειν πρὸς τὸ τῶν ἀγωνισμάτων στάδιον, τὴν δὲ μητέρα καὶ ἄκουτα δυνηθῆναι τῆς ὀρμῆς ἐπισχεῖν· καὶ τοῦτο καὶ αὐτὸς ἐν ἐπιστολῇ οἰκείᾳ ἐπισημαίνεται. φασὶ δὲ αὐτὸν ὅ, τε Πάμφιλος μάρτυς, καὶ ἕτεροι πλείστοι, οἵτινες ἀπ' αὐτῶν 10 τῶν ἑωρακότων Ὁριγένην τὰ περὶ τοῦ ἀνδρὸς ἠκριβώσαντο, διαβοήτῃ μαρτυρίῃ τοῦ βίου ἐξεληλυθέναι ἐπ' αὐτῆς τῆς Καισαρείας Δεκίου τὴν κατὰ τῶν Χριστιανῶν ὠμότητα πνέοντος. οἱ δὲ φασὶν αὐτὸν ἕως Γάλλου καὶ Βολουσιανοῦ διαρκέσαντα, καὶ ἐξηκοστὸν ἔννατον ἔτος τῆς ἡλικίας ἄγοντα, ἐν Τύρῳ καὶ τελευ- 15 τῆσαι· καὶ ταφῇ παραδοθῆναι. ἔστι δὲ μᾶλλον οὗτος ὁ λόγος ἀληθῆς, εἴγε αἱ φερόμεναι αὐτοῦ μετὰ τὸν διωγμὸν Δεκίου ἐπιστολαὶ οὐκ ἔχουσι τὸ πλαστόν. παντὸς δὲ μαθήματος ιδέα αὐτὸν φασὶ καὶ μετελθεῖν καὶ διδάσκειν. τοῦτον τοίνυν τὸν Ὁριγένην, ὃν καὶ Ἀδαμάντιον ἐπονομάζεσθαί φασιν, ὅτι ἀδαμαν- 20 τίνους δεσμοῖς ἐφέκσαν οὓς ἂν δῆσειε λόγους, ἀκροατὴν καὶ διάδοχον λέγουσι γενέσθαι Κλήμεντος τοῦ στρωματέως, καὶ τοῦ

tus. Quamquam alii quoque plurimi eo ipso tempore magni nominis viri Apologiis Origenem defendendum susceperunt. Aiunt igitur Origenem Severi Imp. persecutione Leonidæ patri scriptum misisse, quo ad martyrii curriculum eum exaceret: et sane stadium 25 fortiter decurrens ille bravium accepit. Addunt ipsum-met Origenem summo studio idem certamen suscipere conatum fuisse, sed matrem impetum vel ipso invito refrænasse. quod ipsum item epistola quadam sua testatum reliquit. Quin Pamphilus martyr, et alii cum eo plurimi, res Origenis ex illis ipsis, qui hominem viderant, accuratius perscrutati, nar- 40 rant, eum celebri martyrio tum

vita decessisse, cum Cæsareæ Decius suam in Christianos crudelitatem effunderet. Alii tamen volunt ad Galli ac Volusiani usque tempora perdurasse, et sexagesimum nonum ætatis annum agentem Tyri mortuum, in eademque urbe sepultum. Quæ quidem verior narratio est: si modo germanæ sunt, quæ feruntur, epistolæ illius post Decii persecutionem conscriptæ. Omnes autem omnino disciplinas ipsum et percepisse, et docuisse ferunt. Hunc item Origenem (quem etiam Adamantium cognominatum ex eo tradunt, quod rationes, quas colligaret, adamantinis quibusdam quasi vinculis non absimiles viderentur) auditorem fuisse Clementis ejus

κατὰ τὴν Ἀλεξάνδρειαν ἐκκλησιαστικοῦ διδασκαλείου. Κλή-
μεντα δὲ Πανταίνου γενέσθαι λέγουσι καὶ ἀκροατὴν, καὶ τοῦ
διδασκαλείου διάδοχον· Πάνταινον δὲ, τῶν τε τοὺς ἀποστόλους
ἑωρακῶτων ἀκροάσασθαι· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τιῶν αὐτῶν ἐκείνων
διακοῦσαι.

Τὰς δὲ κατὰ Ὀριγένους κινήσεις ἐκείθεν λέγουσιν ἐκρῆναι.
Δημήτριος Ἀλεξανδρείας ἐπεσκόπει, ὃς Ὀριγένην δι' ἐπαίνων
εἶχε, καὶ ἐς τοὺς φιλτάτους συνέταπτεν. ἀλλ' Ὀριγένης μέλλων
ἀπαίρειν εἰς Ἀθηνᾶς, χάρις τῆς τοῦ οἰκείου γνώμης ἐπισκόπου,
εἰς πρεσβύτερον οὐ δέον ὃν ἀναβιβάζεται· Θεότεκνος δ' ἦν ὁ
κατὰ Καισάρειαν τὴν ἐν Παλαιστίνῃ τὸν ἀρχιερατικὸν χειρίζων
νόμον, ὁ τῆς Ὀριγένους αὐτουργὸς χειροτονίας, ἔχων συνεν-
δοκοῦντα καὶ τὸν Ἱεροσολύμων Ἀλέξανδρον. τρέπεται διὰ
τοῦτο Δημητρίῳ εἰς μῖσος τὸ φίλτρον· καὶ οἱ ἔπαινοι πρὸς
τοὺς ψόγους. καὶ σύνοδος ἀθροίζεται ἐπισκόπων καὶ τιῶν
πρεσβυτέρων κατὰ Ὀριγένους. ἡ δὲ, ὡς ὁ Πάμφιλός φησι,
ψηφίζεται, μεταστῆναι μὲν ἀπὸ Ἀλεξανδρείας τὸν Ὀριγένην,
καὶ μήτε διατρίβειν ἐν αὐτῇ μήτε διδάσκειν· τῆς μέντοι τοῦ
πρεσβυτερίου τιμῆς οὐδαμῶς ἀποκεκινήσθαι. ἀλλ' ὅγε Δημή-
τριος ἅμα τισὶν ἐπισκόποις Αἰγυπτίοις καὶ τῆς ἱερωσύνης ἀπε-
κῆρυξε, συνυπογραφάντων καὶ τῇ ἀποφάσει τῶν συμψήφων
αὐτῷ γεγενημένων. φυγαδευθέντα δὲ τὸν Ὀριγένην τῆς

qui *Stromateus* dictus est, ejus-
demque in catechetica schola quæ
Alexandriæ erat, successorem.
Clementem porro Pantæni fuisse
discipulum, scholæque succes-
sorem: et Pantænum rursum iis
usum magistris, qui apostolos vi-
dissent: quin et illorum nonnul-
los audiisse.

Cæterum hinc in Origenem ex-
citatam omnem tempestatem com-
memorant. Demetrius Alexan-
driæ præsul Origenem multum
laudans, in paucis carissimum ha-
bebat. At cum hic absque bona
episcopi venia Athenas profectur-
us esset, Theotecnus Cæsareæ
Palæstinæ tum archiepiscopus, se-
cus eum quam oporteret, presby-

terum ordinavit, non improbante
factum hoc Alexandro Hierosoly-
morum episcopo. Hinc Demetrio
amor in odium vertit, laudesque
mox cum vituperatione commuta-
tæ. Synodus insuper episcoporum
coacta, et presbyterorum quorun-
dam contra Origenem: quæ, ut
Pamphilus refert, decretum fecit,
Alexandria quidem pellendum O-
rigenem, neque in ea versari aut
docere permittendum; sacerdotii
tamen dignitate nequaquam sub-
movendum. Verum Demetrius
una cum Ægypti episcopis ali-
quot, sacerdotio quoque illum ab-
judicat, subscribentibus etiam
edicto huic, quotquot antea suf-
fragati ei fuissent. Ita igitur

Ἄλεξανδρείας, Θεότεκνος ὁ Παλαιστίνης, ἀσμένως τε διάγειν ἐν Καισαρείᾳ ὑπεδέξατο, καὶ τοῦ διδάσκειν πᾶσαν ἐξουσίαν ἐνεχείρισε.

Καὶ τὰς μὲν αἰτίας ἐξ ὧν συνέβη τὰς διαβολὰς ἐκραγῆναι τῷ Ὠριγένει, ταύτας φησί.

Τὴν δὲ ὑπὲρ Ὠριγένους ἀπολογία, ὡς ἔφημεν, ὁ Πάμφιλος σὺν Εὐσεβίῳ καθειργμένος τῷ οἰκῆματι συνεγράψατο· καὶ ταύτην πρὸς τοὺς ἐν μετάλλοις διὰ Χριστὸν ταλαιπωρούμενους διεπέμψατο. ὧν ἦν τὸ ἀκροθίνιον, Πατερμούθιος· ὁ μετὰ βραχὺ τῆς Παμφίλου ἀναλύσεως διὰ πυρὸς καὶ αὐτὸς σὺν ἑτέροις τὸν βίον τελειωθείς. ἦν δὲ Παμφίλου διδάσκαλος ὁ Πιέριος τοῦ ἐν Ἄλεξανδρείᾳ καὶ αὐτὸς προεστηκὼς διδασκαλείου. μάρτυς δὲ καὶ ὁ Πιέριος, ἅμα τῷ ἀδελφῷ Ἰσιδώρῳ τῶν ἀθλητικῶν ἀξιωθέντες στεφάνων, οἷς ὡς φασὶ καὶ νεῶς καὶ οἴκοι ὑπὸ τῶν εὐσεβούντων ἰδρύνθησαν. ὁ δὲ θεῖος Πάμφιλος πρεσβύτερος ἦν. καὶ πολλὰ δὲ τῶν Ὠριγένους εἰς τὴν θείαν γραφὴν ἐξηγήσεων ἰδία χεὶρὶ λέγουσιν αὐτὸν γεγραφέναι.

Alexandria in exsilium pulsum Origenem, Theotecnus Palæstinæ episcopus libenter Cæsareæ et degere jussit, et de superiore loco docendi potestatem fecit.

Has ille causas adfert, ex quibus omnes illæ calumniæ in Origenem eruperint.

Ejus porro Apologiam, ut diximus, Pamphilus una cum Eusebio, communi carcere inclusi conscripserunt, eandemque ad eos, qui pro Christi nomine ad metalla damnati exercebantur, consolationi miserunt, quorum princeps e-

rat Patermuthius, qui post Pamphili per martyrium emigrationem, brevi interjecto tempore, flammis et ipse cum aliis vita pulsus est. Pamphili præceptor Pierius, fuit ipse quoque scholæ Alexandrinæ magister, martyrque idem, una cum fratre Isidoro certaminis coronam adeptus est: quibus etiam templum, domusque a piis hominibus constructa referunt. Beatus autem Pamphilus presbyter erat, et Origenis eum pleraque quibus sacram explanavit scripturam, sua manu exarasse scribunt.

De eodem Opere hæc Socrates lib. iii. Hist. Eccl. c. 7.

Ὁριγένης δὲ πανταχοῦ μὲν ἐν τοῖς φερομένοις αὐτοῦ βιβλίοις, ἔμφυχον τὸν ἐνανθρωπήσαντα (scil. Christum) οἶδεν· ἰδικῶς δὲ, ὃ εἰς τὴν Γένεσιν αὐτῷ πεπονημένος ἔννατος τόμος, τὸ περὶ τούτου μυστήριον ἐφανέρωσεν, ἔνθα Ἄδὰμ μὲν τὸν 5 Χριστὸν, Εὐὰν δὲ τὴν ἐκκλησίαν εἶναι πλατύτερον κατεσκεύασε· μάρτυρες τούτων ἀξιόπιστοι, ὃ τε ἱερὸς Πάμφιλος, καὶ ὃ ἐξ αὐτοῦ χρηματίζων Εὐσέβιος· ἄμφω γὰρ κοινῇ τὸν Ὁριγένους παραπιθέμενοι βίον, καὶ πρὸς τοὺς ἐκ προλήψεως ἀπεχθανομένους πρὸς τὸν ἄνδρα ἀπαντῶντες, ἐνδόξοις βιβλίοις ἀπολογία 10 ὑπὲρ αὐτοῦ ποιούμενοι, οὐ πρῶτον Ὁριγένην ἐπὶ ταύτην τὴν πραγματείαν ἐλθεῖν φασίν, ἀλλὰ τὴν τῆς ἐκκλησίας μυστικὴν ἐρμηνεῦσαι παράδοσιν.

Interprete H. Valesio,

Origenes quoque in omnibus libris suis Christum hominem factum anima præditum esse agnoscit. Sed specialiter in nono tomo commentariorum quos scripsit in Genesim, hujus rei sacramentum exponit: quo loco Adamum quidem Christi, Evam autem ecclesiæ typum gerere pluribus verbis asseruit. Hujus rei testes sunt locupletissimi S. Pamphilus, et qui

ab illo cognomen traxit Eusebius, 15 Ambo enim cum simul juncti vitam Origenis conscriberent, et iis qui ex anticipata quadam opinione eum aversabantur, responderent in præclaris illis libris, quos 20 pro ejus defensione elucubrarunt, Origenem non primum in hoc argumento versatum esse dicunt, sed mysticam ecclesiæ traditionem esse interpretatum. 25

De eodem Opere idem Socrates lib. iv. Hist. cap. 27.

Μέμνηται δὲ αὐτοῦ (S. Gregorii Neocæsariensis) καὶ Πάμφιλος ὃ μάρτυρ ἐν τοῖς περὶ Ὁριγένους πονηθεῖσιν αὐτῷ βιβλίοις, ἐν οἷς καὶ συστατικὸς (συντακτικὸς corrigit Valesius) λόγος Γρηγορίου εἰς Ὁριγένην παράκειται. 30

Interprete Valesio.

Hujus mentionem facit etiam Pamphilus Martyr in libris, quos pro Origenis defensione scripsit: quibus etiam adjuncta est

Gregorii Oratio, quam ille ab Origene discedens in ejus laudem composuit.

Da eodem Opere ita scribit Antipater Bostrensis Episcopus in Libro primo Refutationis Apologiae Eusebii Casariensis pro Origene.

᾽Ωστε δὴ, ἵνα μὴ δόξωμεν ἐπεμβαίνειν τῷ ἀνδρὶ (scil. Eusebio), περὶ ᾧ οὐ πρόκειται ἡμῖν ἐπὶ τοῦ παρόντος λέγειν, ἵνα βασανίζουτες πρὸς ἀκρίβειαν τὴν γενομένην ἀπολογίαν, αἰρετικούς ἀποδείξωμεν τοὺς ἀμφοτέρους, αὐτόν τε τὸν ἀπολογησάμενον, καὶ τὸν ὑπὲρ ὅτου τὴν ἀπολογίαν συνέταξε· καὶ μεθ' ἕτερα (verba sunt excerptoris). Δεῖξον τρανὸν καὶ ἀναμφιβολόν
 10 (for. τρανῶς καὶ ἀναμφιβολῶς, secundum Latinam interpret.) τινα τῶν τῆς ἐκκλησίας διαφανῶν διδασκάλων, ὅτι προϋπάρχουσιν αἱ τῶν ἀνθρώπων ψυχαὶ, δογματίσαντα. καὶ μὴ παραλογισμούς τινας προφέρειν πειρῶ εἰς ἀπόδειξιν. τὸ γὰρ δεικνύναι σε σπεύδειν, τὴν τοῦ υἱοῦ πρὸς τὸν πατέρα ὑπόβασιν
 15 ὁμοίως αὐτῷ τινὰς εἰρηκότας, πρῶτον μὲν οὐ ξενισθῶμεν· σοῦ γὰρ καὶ τῶν περὶ σὲ ἡ τοιαύτη δόξα. ὅθεν περὶ τούτου ἐπὶ τοῦ παρόντος λόγος ἡμῖν οὐδεὶς, πάλαι μὲν οἰκουμενικῇ ζητήσει ὑποβληθέντος (I. ἀποβληθέντος) καὶ ἀποκηρυχθέντος· μὴ πειθεσθαι δὲ ἐν (δέον legendum in marg. proponitur.) τούτῳ,
 20 μηδὲ δι' οὗς ταῦτα ἡμῖν πρόκειται βασανίζειν· τὸ δὲ ψιλὴν τὴν περὶ ἀρχῶν φωνὴν διαβάλλειν, οὐδαμῶς παρά τινος μέχρι τοῦ νῦν ἀκήκοας, ᾧ δεινὲ συνήγορε τοῖς Ὁριγένους ἀτοπήμασιν.
 Extant hæc apud Concilium Nicænum II. tom. vii. *Concil.* pag. 368. *ed. Labbæi et Cossart.*

25 Itaque ne videamur aggredi virum, de quibus non est nobis impræsentiarum dicendi propositum, neve discutientes diligentius apologiam quæ facta est, hæreticos
 30 ostendamus utrumque, ipsum scilicet qui excusavit, et eum qui pro eo excusationem exposuit. Et post alia. Ostende quemquam ex illustribus ecclesiæ magistris qui
 35 expresse et indubitabiliter, quod præexistant animæ, dogmatizaverit, et ne subreptiones quasdam proferre tentes ad comprobationem. Illud enim quod demon-
 40 strare festinas, Filii ad Patrem

subjectionem etiam sibi similiter aliquos perhibere, primo quidem non miremur: tua est et eorum qui circa te sunt, talis opinio. Unde nec super hoc in præsentibus nobis ullus est sermo, cum videlicet universali sit olim inquisitione projectum atque repulsum. Et non huic obediatur, neque discutiatur propter eos, pro quibus hæc nobis proposita sunt. Porro puræ voci quæ est Periarchon detrahi, nequaquam a quoquam usque nunc audisti, O acer advocate Origenis pravitatum.

*De eadem Apologia ita scribit Auctor Synodici adversus
Tragœdiam Irenæi cap. 198. quod Latine extat in Nova
Baluzii Collectione Conciliorum p. 895.*

Suprascriptam epistolam pro suis patribus ad hoc præcipue protulit Irenæus, ut Nestorium probaret non esse novitatis 5 auctorem, dum constet quod multæ hæreses patrum pro se ob hoc ipsum proferant lectiones, nec tamen ob hoc earum principes non sint novitatis auctores. Nam ut de aliis interim sileam, Eusebius in opere Apologetico pro Origene et dogmatibus ejus, id est, pro præexistentia et restitutione composito, 10 quod martyris et ipsius Eusebii Cæsariensis nominibus prænotatur, multis valde præcedentium patrum testimoniis usus est pro prædictis erroribus.

*De hac Apologia Anonymus Auctor a Ch. Lupo editus
refert,*

15

Pamphilum Martyrem et Eusebium pro præexistentia et restitutione multis valde præcedentium patrum testimoniis usos esse.

De eadem Apologia hæc Photius Cod. cxvii. p. 293.

Ὁ δὲ τοῦ συγγράμματος πατὴρ (scil. Auctor Anonymus aliis 20 cujusdam Apologiæ pro Origene et ejus dogmatibus) μάρτυρας ὑπὲρ Ὠριγένους τε καὶ τῶν αὐτοῦ δογμάτων, Διονύσιον προκομίζει τὸν Ἀλεξανδρείας, Δημήτριόν τε καὶ Κλήμεντα, καὶ ἑτέρους πλείους. μᾶλλον δὲ τῶν ἄλλων ἀπάντων Παμφίλῳ τε τῷ μάρτυρι ἐπερείδεται, καὶ τῷ Εὐσεβίῳ, ὃς τῆς κατὰ Παλαστίνην 25 καὶ Καισαρείας ἐπεσκόπησεν.

Interprete A. Schotto.

Scriptor autem ipse pro Origene, ejusque sententiis hos fere testes laudat, Dionysium Alexandrinum, Demetrium quoque et Cle-

mentem, aliosque plurimos. Præcæteris vero Pamphilo martyri innotitur, atque Eusebio Cæsareæ 30 Palestinæ episcopo.

Ex Apologiæ Libro sexto, qui ab Eusebio solo conscriptus est, hoc affert S. Hieronymus.

Eusebius Cæsariensis episcopus, cujus supra memini, (inquit Hieronymus) in sexto libro τῆς ἀπολογίας Origenis, hoc idem ob-
5 jicit Methodio episcopo et martyri, quod tu in meis laudibus criminaris, et dicit: Quomodo ausus est Methodius nunc contra Origenem scribere, qui hæc et hæc de Origenis lo-
quutus est dogmatibus? lib. i. *Apol. adversus Rufinum* §. xi. p. 456.

10 *De eodem Libro sexto Apologiæ hoc scribit Eusebius*
lib. vi. *Hist.* cap. 36.

Γράφει δὲ (Origenes) καὶ Φαβιανῶ τῶ κατὰ Ῥώμην ἐπισκό-
πῳ, ἐτέροις τε πλείστοις ἄρχουσιν ἐκκλησιῶν περὶ τῆς κατ'
αὐτὸν ὀρθοδοξίας. ἔχεις καὶ τούτων τὰς ἀποδείξεις (scil. noti-
15 tiam rerum atque librorum Origenis) ἐν ἕκτῳ τῆς γραφείσης
ἡμῶν περὶ τοῦ ἀνδρὸς ἀπολογίας.

Interprete Valesio.

Sed et ad Fabianum Romanæ urbis episcopum, et ad complures
20 alios ecclesiarum antistites de rec-
ta fidei suæ ratione epistolas scrip-
sit. Harum autem rerum certissi-
ma documenta habes in sexto libro
Apologetici illius, quem nos pro
ejus defensione conscripsimus.

De hac Apologia ita Auctor Prædestinati cap. 43.

Hic (Martyr Pamphilus) edidit Apologeticum, et omnia quæ
de Origene catholici ignorantes mentiuntur, exclusit, ostendens
25 ea, quæ reprehensibilia inveniuntur in ejus opusculis, Origenis
non esse, sed eorum quos ipse superaverat: alia vero quæ tota
perversa sunt, aliorum duorum hæreticorum esse, qui Origenis
nomen, non fidem nec conscientiam habuerunt.

ANNOTATIONES

IN S. PAMPHILUM MARTYREM.

DE APOLOGIA S. PAMPHILI PRO ORIGENE.

QUINQUE libros Apologiae hujus a Pamphilo Martyre atque Eusebio Cæsariensi simul scriptos fuisse, tum vero librum sextum post mortem Pamphili ab Eusebio solo esse compositum, eruditi fere omnes consentiunt; præterquam quod justis de causis aliqui, ut dixi, existimarunt, prius scriptum fuisse a solo Pamphilo operis primum librum. Neque vero opinione de juncto opere in libris ceteris fides detrahenda est, etsi contradixerit Eusebio suos atque amici sui labores exponenti S. Hieronymus, qui Origeni et Rufino jam infensior redditus tomos omnes uni Eusebio tribuendos esse crebro asserit. Sed difficilior est quæstio de fide Rufini, qui librum primum Græce tunc extantem in linguam Latinam vertit. Rufinum enim palam arguit Hieronymus mutationis et detractionis multorum; neque profecto aures is claudet accusationi, cui notum sit, qua ratione idem interpres plurima in libris Origenis *περὶ ἀρχῶν* Latine repræsentaverit; qua de re consulenda est præstantissima libelli editio a Carolo Delaruzæo adornata. Immo Rufinus ipse in Epilogo ad

Librum istum Apologeticum, de quo agimus, ejusmodi quid confiteri videtur, cum ait, *se Apologeticum sancti martyris Pamphili, prout potuit, vel res poposcit, Latino sermone digressisse.* Itidem idem iste interpres Homilias Origenianas, præcipue illas in Leviticum, confitetur se vertisse liberius, adimplendo quæ decrant. Vid. Perorat. ejus *Commentarii Origenis in Epist. ad Romanos.* Quid? quod adversarius ipse, qui Rufinum accusavit, gloriatus est Hieronymus, se in vertendo Origene *noxia quæque detruncasse, utilia transtulisse?* *Epistola ad Theophilum Alex.* p. 187. ed. Froben.

Sed tamen, utcumque intelligantur verba Epilogi Rufiniani ad Pamphili *Apologeticum*, ex illis etiam Hieronymi locis mox mihi adducendis manifestum est, debere restringi ad singulas *ρήσεις*, quæ de personis agunt S. Trinitatis, Rufini delictum istud. Hoc quoque indicatur Origenis verbis a Rufino Latine versis atque ab Hieronymo allatis in *Epistola ad Pammachium adversus errores Joannis Hieros.* p. 174. quæ quidem *ρήσεις*, ni fallor, quotquot sunt Origenis effata de resurrectione corporis apud Rufinianam *Pamphili* versionem extantia, ab omni omissionis, vel in bonam partem immutationis, suspicione prorsus liberabit. Tam aperte, nudoque, ut aiunt, capite inibi Origeniana declaratur a Rufino sententia, plerisque licet hominibus odiosa atque invisa. Immo, ad personas Divinas quod attinet, eruditissimo Bullo persuasum est, Rufinum nullum Origenis testimonium in sua versione de Trinitate posuisse, quod non in Pamphili opere totidem verbis haberetur, nihilque, quicquid detraxerit, de suo addidisse. Censet enim vir optimus, "quædam attulisse auctores istos ex
" Origenis testimonia, quibus voculæ et dicta nonnulla ad-
" mixta essent, quæ Catholicis auribus Hieronymi ætate
" minus placuerint, utpote ab Arianis tum ad hæresin
" suam propagandam usurpata." Vid. *Defens. Fid. Nicæne* sect. II. cap. ix. §. 20. pag. 114. Vereor autem, ne aliquid præterea ex verbis Hieronymi quæ sequuntur, colligere necesse sit. Sic enim ille scribit in *Prima Apol. adversus Rfium.*—*Paucisque testimoniis de Filio Dei et Spiritu Sancto*

commutatis, quæ sciebas displicitura Romanis, cætera usque ad finem integra dimisisti pag. 201. ed. Froben. Iterum in lib. ii. p. 221. *Quamvis de Eusebii libro multa subtraxerit, et in bonam partem de Filio et Spiritu sancto nisus sit commutare, tamen multa in illo scandala &c.* Ita postea pag. 226.—*qui unus (scil. primus liber) sub nomine Pamphili a te editus est, tam Græce quam Latine, immutatis duntaxat sensibus de Filio et Spiritu Sancto, qui apertam blasphemiam præferabant.* Tum vero in lib. iii. pag. 238. eadem fere legenti occurrunt; *Et in Cæsariensi, inquit, bibliotheca Eusebii sex volumina reperi ἀπολογίας ὑπὲρ Ὀριγένους. Quæ cum legissem, primum eum librum deprehendi, quem tu solus sub nomine martyris edidisti, de Filio et Spiritu Sancto in bonam partem plerisque blasphemis commutatis &c.* Denique in sequentibus *multa mutavisse* in isto opere Rufinus ab Hieronymo arguitur. Hæc autem non sola auctoritate S. Hieronymi, quæ tamen magna est, pendent; cum nonnulla Apologiæ hujus Græce adhuc supersint, quæ cum interpretatione Rufini conferre licet. Quod quicumque fecerit, majorem profecto fidem ab eorum interprete merito requirit. Tantum abest, ut vere dicat de locis quidem ad S. Trinitatem spectantibus Gallandius Prolegomm. ad tom. iv. *Bibl. PP.* p. v. “ex laciniis Græcis Origenianis “suis quibusque locis intextis de reliquis etiam ubi esse “desint, interpretis (Rufini) fidem fulciri.” Itaque mihi hæc omnia animo perpendenti incertiora videntur ea, quæ de S. Triade in interpretatione extant Rufini, quam ut pro veris atque indubitatis rectæ fidei aut Origenis aut Pamphili testimoniis afferri debeant; nisi si alia præterea auctoritate gaudeant. Ideoque quod magnam partem libri eadem testimonia explent, totum illum mihi relinquendum censui, utpote qui certissimis minus certa miscere nollem. “Et quidem,” ait præstantissimus ille Pearsonius, “ubi de unitate Trinitatis aut æqualitate personarum agitur, merito diffidendum est interpreti Rufino.” *Vindic. Ignat.* part. I. cap. vii. p. 115. Sed vero haud ita pertinebat hoc opus Pamphilianum ad propositum absolvendum meum colligendarum, si quæ superes-

sent, S. Pamphili reliquiarum, quoniam pleraque omnia, saltem ea de sacra Trinitate quæ agunt, ex Origene excerpta sunt, non sunt Pamphili super excerpta observationes. Interea idem opus, una cum locis Græcis, qui hodie supersunt, Origenianis, omissis aliis quibusque Origenis, Appendiciei horum Voluminum commisi.

Nec tamen is sum, qui putem, in Apologia Pamphiliana quidquam omnino a recta de Trinitate fide abhorrens etiam primitus comprehensum fuisse; quamvis id, sed præcipitanter fortasse, ut conjecturam facit Cellier *Histoire Générale des Auteurs Sacrés*, vol. iii. pag. 444. affirmaverit S. Hieronymus in *Rufinum* lib. secundo. Ut enim eruditissimus Bullus loco ait supra memorato, nulla in ea Arianæ perfidiæ notavit Photius, qui alioqui in aliorum scriptis solet minima quæque reprehendere, quæ vel speciem Arianismi præ se ferrent. Porro, si dogmata de præexistentia animarum, et restitutione omnium excipias, nullos errores in ea invenerat vel carpserat Auctor *Synodici adversus Irenæi Tragœdiam*, ut paulo infra videbis. Unde habes τῆς ὀρθοδοξίας Apologetici in re omnium gravissima tacitum, ut ita loquar, testimonium neque illud contemnendum, quia alioquin ab illo auctore hoc ipso nomine opus esset reprehensum. Antipater quidem Bostrensis, ut postea quoque lectori patebit, Eusebium oppugnans diversum quid, immo contrarium, de hoc scripto innuit; sed contra orthodoxiæ operis id favet, prout Bullus monuit, quod de veteri quodam alio Apologista pro Origene infra tradit Photius, eum nimirum, qui ipse recte sentiebat in causa fidei, auctoritate Pamphili atque Eusebii in defensione Origenis maxime nixum fuisse. Denique animadvertendum, scribere Hieronymum in *Epistola ad Pammachium et Oceanum*, Nicænæ synodi, quæ fuit postea, dogmata in parte quadam hujus operis defensa fuisse; sibi colligente more suo Hieronymo, hanc idcirco partem non scriptam fuisse ab Eusebio, quem ait in toto opere suo Origenem Ariani probare dogmatis fuisse; sed vel Didymi vel cujuslibet alterius esse. Hæc ille, quæ tamen opinioni de recta fide ipsius operis magis favere quam adversari

censenda sunt; in quo eodem plus semel dicitur Filius Patri esse *δμοούσιος*, Græca voce ibidem servata. Conferas quæ infra dicentur p. 508.

P. 492. l. 7. τὰ μὲν οὖν ἐπὶ τούτῳ περὶ αὐτοῦ κεκινημένα] Horum nonnulla ex hac Apologia transcripta tibi dabit Photius in sequentibus.

P. 493. l. 3. γράψαι] Extat etiamnum Origenis *Protrepticus ad Martyrium*, libellus insignis, sed diu post mortem patris conscriptus.

Ibid. l. 4. ὃν καὶ καλῶς δραμόντι] τὴν κεφαλὴν ἀποτμηθέντι. Euseb. lib. vi. cap. 3. HÆSCHELIUS.

Ibid. l. 6. τὴν δὲ μητέρα] Euseb. lib. vi. cap. 3. HÆSCH.

Ibid. l. 11. διαβοήτῳ μαρτυρίῳ τοῦ βίου ἐξελθυθέναι] Bene illustris Huetius in lib. i. *Origenianorum*, c. iv. §. 7. “M-
“rum certe videtur, quod refert Photius. Cum enim vel
“ex ipso constat, Pamphilum et Eusebium communi car-
“cere inclusos Origenis vitam et res gestas attigisse in ea
“Apologia, quam pro eo simul conscripserunt, quâ fieri
“possit, ut Pamphilus Origenem in persecutione Decii
“vitam celebri martyrio finivisse dixerit, cum scribat Eu-
“sebius Hist. lib. vi. cap. 39. eum et Decio, et tormentis
“fuisse superstitem, cujus rei testes ipsasmet Origenis
“epistolas post Decium scriptas appellat? Itaque vel non-
“dum illas epistolas viderat Eusebius, quando in hac Apo-
“logia una cum Pamphilo scribebat Origenem in persecu-
“tione Decii vita decessisse; vel inconsulto Eusebio solus
“hæc scripsit Pamphilus, utpote præcipuus operis auctor;
“vel Photius fortasse deceptus est, *Martyrii* verbo, quod
“de omnibus pro fidei veritate toleratis cruciatibus recte
“dicitur, quamvis ipsa non sequatur mors; (eo enim sensu
“in Deciana strage martyrium subiisse Origenem recte po-
“test dici:) vel memoria lapsus Pamphilo etiam tribuit,
“quod ab aliis tantum quos commemorat, fortasse dictum
“est; vel denique illud duntaxat intelligi voluit Pamphi-
“lus, Origenem cruciatibus ac miseriis in Decii laniena
“elisum, non longe postea vixisse. Quod Eusebii verbis
“non repugnat.” Hæc ille. Profecto vix unquam pos-
sent ab aliis decepti Pamphilus et Eusebius referre, mor-

tem violentam in sua ipsorum urbe Cæsarea Origeni contigisse.

P. 493. l. 19. Ἀδαμάντιον] At secundum plerosque auctores ita appellari meruit Origenes propter indefessa studia, immensosque circa res divinas labores.

Ibid. l. 21. Κλήμεντα δὲ Πανταίνου] Contra Philippus Sides, in fragmento a Dodwello ad finem *Dissertt. in Irenæum* edito, Pantænum Clementis discipulum fuisse narrat. Quam vere, viderit auctor. Certe de eo, quod sequitur, merito dubitat Cavius in v. *Pantæno, Hist. Lit.* tom. i. p. 83. fuisse Pantænum nonnullorum ex ipsis apostolis auditorem. Etenim tota convenit narratio magis Polycarpo Papiæve, quam Pantæno, qui, auctore Hieronymo, docuit sub Severo et Antonino Caracalla.

P. 494. l. 7. μέλλων ἀπαίρειν] Sic legendum olim coniecerat Hoeschelius, cum vox μέλλων defuisset; quæ nunc a cl. Bekkero ex Bessarionis MSto suppleta est; sed male in interpretatione Hoeschelii hæc verba cum sequentibus χωρὶς τῆς τοῦ οἰκέλου γνώμης ἐπισκόπου junguntur, nam teste Hieronymo *De Viris Ill.* cap. 54. cum sub testimonio ecclesiasticæ epistolæ (vel, ut ait idem vir sanctus cap. 62. sub testimonium Demetrii) Athenas per Palæstinam pergeret, a Theoctisto et Alexandro Cæsareæ et Hierosolymorum episcopis presbyter ordinatus est. Ubi tamen Fabricius in Notis ad Hieronymum nimia festinatione similiter deceptus Photium erroris arguit; quasi Origenem iter suscepisse scripsisset χωρὶς τοῦ οἰκείου γνώμης ἐπισκόπου. Ceterum hunc episcopum vocabant *Theoctistum*, non *Theotecnum*, Hieronymus et Eusebius, ut notavit Hoeschelius.

Ibid. l. 15. μεταστῆναι μὲν ἀπὸ Ἀλεξανδρείας] Vitiose decretum concilii repræsentasse videtur Moshemio sive Photius sive Pamphilus; Origenem enim putat tantum docendi munere in schola et ecclesia Alexandrina indignum sententia ista pronuntiatum fuisse. Vid. cum in lib. præstantissimo *De Rebus Christianorum ante Constantinum M.* sect. iii. §. 30. p. 678. ubi de contentionibus Origenis et Demetrii exposuit.

P. 495. l. 5. φησί] H. e. Pamphilus; nisi legendum sit

φασί, prout supra scribit Photius, τὰς δὲ κατὰ Ὀριγένους κινήσεις ἐκεῖθεν λέγουσιν ἐκρυῆναι. l. 19. pag. sup.

P. 495. l. 9. Πατερμούθιος] Vid. Euseb. *De Martyribus Palæstinæ*, cap. 13.

Ibid. l. 12. μάρτυς δὲ καὶ ὁ Πιέριος] Vid. supra pag. 426.

Ibid. l. 14. καὶ νεὼς καὶ οἴκοι] Καὶ οἴκοι. *Domusne* clericorum intelligendi sunt, qui perinde ut hodie usu venit, ad ecclesias, seu templa, Christianorum pertinebant? Cons. enim Bingham. *Antiq. Eccles.* lib. viii. cap. 7. sect. 13. An hoc loco οἴκοι pro ecclesiis *συνωνύμως* adhibetur, et cum viris clarissimis Nic. Fullero atque Ant. Pagio similiter interpretandus est, ut dixi supra p. 357. Eusebius lib. vii. *Hist.* cap. 30. ubi ait, Paulum Samosatensem post condemnationem suam, τοῦ τῆς ἐκκλησίας οἴκου ἐκστῆναι noluisse? nisi quod οἴκοι apud Photium sunt ædificia sacra minus ampla, quam illa τῷ νεὼς significata.

Ibid. l. 15. πρεσβύτερος ἦν] Pamphilum episcopum fuisse narrat præter fidem aliorum auctorum multis, ut aiunt, parasangis se meliorum Auctor *Prædestinati* a Sirmondo editus, Hæres. 43. Scripserat ille ad *Hær.* 22. Auctorem *Apologetici* esse Pamphilum, his verbis, *Unde quicumque usque hodie Origenem legit, si prudenti eum novit recitatione distinguere, deprehendit loca ab hæreticis maculata; quod ita esse sanctus Pamphilus martyr in suo Apologetico declaravit.* Vid. et *Hær.* 43. quem locum ad finem horum testimoniorum de Pamphili libro collocaui. Sed dubia erit adulteratio hic memorata operum Origenis perlegentibus Origeniana scripta quæ supersunt, in quibus nove ac periculose dicta seateant.

Ibid. καὶ πολλὰ δὲ τῶν Ὀριγένους] Pamphili manu exaratum Origenis in duodecim prophetas commentarium se reperisse testatus est S. Hieronymus supra p. 488.

P. 496. l. 3. ἔμψυχον τὸν ἐνανθρωπήσαντα] Soerates præmisit istæ; Καὶ τὸν ἐνανθρωπήσαντα, οὐ μόνον ἔνσαρκον, ἀλλὰ καὶ ἐμψυχωμένον ἀπεφήναντο (patres Alexandrini Concil. v. sub Athanasio) ἧ καὶ πάσαι τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς ἀνδράσιν ἐδόκει. οὐ γὰρ νεαράν τινα θρησκείαν ἐπινοήσαντες εἰς τὴν ἐκκλησίαν εἰσήγαγον, ἀλλ' ἄπερ ἐξ ἀρχῆς καὶ ἡ ἐκκλησιαστικῇ

παράδοσις ἔλεγε, καὶ ἀποδεικτικῶς παρὰ τοῖς Χριστιανῶν σοφοῖς ἐφιλοσοφεῖτο· οὕτω γὰρ πάντες οἱ παλαιότεροι περὶ τούτου λόγον γυμνήσαντες, ἔγγραφον ἡμῖν κατέλιπον· καὶ γὰρ Εἰρηναῖός τε καὶ Κλήμης, Ἀπολιναρίου τε ὁ Ἱεραπολίτης, καὶ Σαραπίων ὁ τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ προεστῶς ἐκκλησίας ἔμψυχον τὸν ἐναυθρωπήσαντα, ἐν τοῖς πονηθείσιν αὐτοῖς λόγοις, ὡς ὁμολογούμενον αὐτοῖς φάσκουσιν· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἡ διὰ Βήρυλλον τὸν Φιλαδελφίας τῆς ἐν Ἀραβίᾳ ἐπίσκοπον γενόμενον σύνοδος, γράφουσα Βηρύλλῳ τὰ αὐτὰ παραδέδωκεν. ΩΡΙΓΕΝΗΣ δὲ παταχοῦ &c. *Christum vero hominem factum, non carnem modo, sed animam etiam humanam assumpsisse pronuntiarunt; quæ quidem sententia olim fuerat ecclesiasticorum virorum. Non enim novam quandam doctrinam a se primum excogitatam in ecclesiam invexerunt; sed ea sanxerunt quæ et ecclesiastica traditio ab initio docuerat, et Christianorum philosophi certissimis argumentis adstruxerant. Ita enim omnes antiqui qui hac de re disputarunt, suam nobis sententiam scriptis proditam reliquerunt. Irenæus certe et Clemens, et Apollinaris Hierapolitanus, et Serapion Antiochenæ urbis episcopus, Christum qui homo factus est, anima præditum fuisse, velut rem communi omnium consensu receptam suis in libris asserunt. Quin et synodus quæ propter Beryllum Philadelphicæ in Arabia episcopum facta est, scribens ad eundem Beryllum eadem tradidit. ORIGENES quoque in omnibus libris suis &c. Conferas Moshemii *De Rebus Christianorum ante Const. M. Sæc. iii. sect. 34. p. 701.* Notabile autem est hoc testimonium pro recta fide cum aliorum sanctorum, tum synodi Philadelphinæ, sive Bostrensis, ante concilium Nicænum habitæ, contra hæresin, quæ fuit postea, Apollinariæ. Confer Euseb. *Hist. vi. 33.**

P. 496. l. 4. ὁ εἰς τὴν Γένεσιν] Perit Origenis in *Genesis Commentarius*, qui a Pamphilo adductus fuerat, paucis ῥήσεσι exceptis, quarum nullas tamen suppeditavit liber primus *Apologiæ Pamphilianæ*, qui extat.

Ibid. l. 12. τὴν τῆς ἐκκλησίας μυστικὴν ἐρμηνεύσαι παράδοσιν] Conf. *Epist. ad Ephes. v. 32.* et not. ad PIERIUM supra p. 444.

P. 496. l. 29. *συστατικός λόγος*] *Musculus vertit, Liber Gregorii adjungetur quo Origenem commendavit.* Christophorus autem ita interpretatur, *Oratio Gregorii in Origenis commendationem conscripta.* Verum hanc interpretationem probare non possum, neque enim oratio illa a Gregorio Thaumaturgo scripta est ad commendationem Origenis; sed ad agendas gratias præceptori, cum ex ejus schola discederet. *συστατικοὶ* quidem dicuntur Epistolæ commendaticiæ. Orationes autem *συστατικοὶ* nullæ unquam fuerunt. Quare non dubito quin *συντακτικὸς* scribendum sit, licet Nicephorus vulgatam lectionem confirmet. Est autem *συντακτικὸς λόγος*, oratio qua vale dicitur, ut monui in annotationibus Eusebianis, (ad *Vit. Constant. M.* lib. iii. cap. 21.) quas studiosus lector consulat. VALESIIUS. Operis, quod typis sæpe excusum est, titulus hic est, *τοῦ ἁγίου Γρηγορίου τοῦ Θαυματουργοῦ εἰς Ὀριγένην προσφωνητικὸς καὶ πανηγυρικὸς λόγος.*

P. 497. l. 1. *Antipater Bostrensis*] Hunc Antipatrum Bostrensem ante Concilium Nicænum Secundum, quod sub finem sæculi octavi habitum est, vixisse constat, quippe cum in eodem concilio adductum fuerit a Stephano Monacho *Opus ejusdem Antipatri contra Eusebium*, cui quidem soli attribuisse Antipater videtur *Apologiam pro Origene.* Cavius Antipatrum circa medium sæculum quintum ad annum 460 collocavit. Conferas Oudini *Comment. de Scriptoribus Eccl.* tom. ii. p. 101.

Ibid. l. 14. *τὴν τοῦ υἱοῦ πρὸς τὸν πατέρα ὑπόβασιν*] Cum de subordinatione Filii ad Patrem nonnulla dixisset Origenes, pro eo *ἀπολογούμενος* Eusebius similia ex aliis scriptoribus effata juxta posuerat. Sed similiter ac patres ante Arium, non tantum qui reus fuit Origenes, sed etiam defensores ejus, minus accurate fortasse de hoc mysterio locuti fuerant; ut interea vix quidquam ab illis proferetur, quod magna synodus Nicæna tanquam impium vituperasset; quanquam contrarium quid innuit Antipater, dum de condemnato Ariano dogmate ab illa synodo videtur hoc loco agere. At vide quæ modo dixi p. 503. item quæ infra.

P. 497. l. 15. σοῦ γὰρ καὶ τῶν περὶ σέ] Celebris est quæstio de ὀρθοδοξία Casariensis episcopi, inter veteres ac recentiores multum diuque agitata.

Ibid. l. 18. μὴ πείθεσθαι δὲ ἐν τούτῳ] Ad marg. *Concil. editorum*, et teste Harduino MSti Codicis, positum est, ἴσως. μήτε πείθεσθαι δέον.

Ibid. l. 20. τὸ δὲ ψίλην τὴν περὶ ἀρχῶν φωνὴν διαβάλλειν] Scribit Archelaus, tanquam si in hac Apologia id literis mandasset Eusebius, calumniatos esse Origenis adversarios etiam titulum librorum ejus περὶ ἀρχῶν, qui quidem libri ab illis maxime omnium oppugnabantur.

P. 498. l. 12. pro prædictis erroribus] Videsis quæ notavi p. 501. Supra *earum* pro *eorum* reposui.

Ibid. l. 13. *Anonymus Auctor a Christiano Lupo editus*] Verba hujus auctoris debeo editori Benedictino Origenis, qui in Admonitione sua in *Apologiam Pamphili pro Origene* p. 15. tom. iv. Op. Origenis, auctorem suum sic designans, præterea nihil addit.

Ibid. l. 23. Δημήτριον] Alexandrinus episcopus, qui fuit postea Origenis adversarius. De Clemente autem Alexandrino retulit Eusebius *H. E.* vi. 9. hujus discipulum Origenem fuisse.

Ibid. l. 24. Παμφίλω τε τῷ μάρτυρι ἐπερείδεται, καὶ τῷ Εὐσεβίῳ] Ex Photiano recensu hujus auctoris, qui, Photio ipso referente, περὶ τῆς ἁγίας Τριάδος οὐδὲν τῶν ἐσφαλμένων ἔλεγε, dum Origenis ὀρθοδοξίαν defendebat, quique Pamphilo maxime innixus esse atque Eusebio ab eodem Photio dicitur, jure merito colligit cl. Bullus in *Defens. Fidei Nicænæ* Sect. II. c. ix. §. 10. pag. 114. ed. Grab. abhorruisse ab Ariana impietate *Pamphili Eusebiique pro Origene apologiam*.

P. 499. l. 5. Methodio] Hujus de Resurrectione Liber contra Origenem cum ab Epiphanio tum a Photio in *Bibliotheca* adductus et excerptus est.

Ibid. l. 14. ἔχεις καὶ] Notavit Delaruaeus in *Admonitione in Apologiam S. Pamphili*, p. 15. Eusebium dicere videri, se in sexto hujus apologiæ libro epistolas, quas ad Fabia-

num papam et ad complures alios ecclesiarum antistites de fidei suæ ratione Origenes scripserat, inseruisse.

P. 499, l. 16. ἀπολογίας.] Quotquot agunt veteres de Apologia a Pamphilo atque Eusebio conscripta, eos supra sistendos esse putavi. Gallandius in tomo iv. suæ *Bibliothecæ PP.* ipsam libri, qui restat, *Apologiæ* interpretationem ex editione Delaruzæi una cum notis ejusdem viri el. desumptam collocavit; idem vero opusculum, egregium licet antiquitatis monumentum, propter causas jam dictas hic quidem prætermisi.

Ibid. l. 28. habuerunt] Hæc Auctoris *Prædestinati*, cujus quidem librum ambiguæ fidei primus edidit Jacobus Sirmondus, utpote minus firma, ultima posui. Sed enim etiam illud, quod fateor alios quoque auctores tradidisse, de corruptione librorum Origenis, incertum est; quin immo duo isti hæretici Origenis nomine appellati, antiquitati prorsus ignoti sunt. Alius quidem homo cognominis fuit, illius ætatis qua ipse Origenes, sed ethnicus philosophus.

CETERUM extat cum in Stephaniana tum in multis aliis Novi Testamenti editionibus Ἐκθεσις, sive *Expositio Capitulum Actuum Apostolorum*, cujus Pamphilus Martyr auctor designatur in codice vetusto Actuum et Epist. Cathol. a Montfaucono pag. 75. *Bibliothecæ Coislinianæ* recensito. Neque dubitat idem vir eruditissimus, quin hæc opella vere fuerit Pamphili Martyris; assentiente quoque Fontanino in *Hist. Lit. Aquileiensi*, lib. v. cap. 5. §. 5. pag. 259. post imitam a se, ait, Expositionis cum Apologia comparationem, licet latina, ut ipse dicit, tantum Apologiæ versio extet. Sed cl. Zacagnius, qui in *Collectaneis Monument. Vet. ex Bibliotheca Vatic.* pag. 428. una cum nonnullis Euthalii Ægyptii opusculis hanc ediderat expositionem, ipsam quoque eidem Euthalio attribuit. Atque eam Euthalii esse, qui quidem floruit medio sæculo quinto, sentiendum esse ait Wetstenius propter subscriptiones duorum codicum manuscriptorum, quorum unus est epistolarum Pauli, alter Actuum et Epistolarum Catholicarum; inde enim ortum esse errorem librariorum, qui cum

legerint, ab Euthalio codicem sacri textus, qui Pamphili fuerit, consultum fuisse, totum librum Euthalii Pamphilo tanquam notiori adseripserint. Vide Wetstenii Prolegomm. ad *Noë. Test.* p. 75. Modo autem auctorem revera habeat Pamphilum *Expositio* ista, credibile esse putat cl. Ernestius *Instit. Interp. Novi Test.* part. II. cap. i. §. 17. eam ab' Euthalio, dum in bibliotheca Cæsariensi codicem tractabat, desumptam et pro suo venditam esse. Negat vero S. Hieronymus in *Epistola ad Pammachium de Erroribus Origenis* finem versus, dum *Apologeticum* a Rufino partim conversum commemorat, quodlibet scripsisse opus Pamphilum. Tum vero in *Apolog.* sua, lib. i. *adv. Rufinum* supra adduct. p. 489. Eusebium ipsum, verbis in Latinum e Græco versis, hac de re testem citat; *Ipsè quidem (Pamphilus) proprii operis nihil omnino scripsit, exceptis epistolis, quas ad amicos forte mittebat: in tantum se humilitate dejecerat.* Cum vero *Apologiam pro Origene*, quam partim Pamphilo ipse quoque Eusebius attribuit, hoc loco idem ille Eusebius neglexerit, eo minus urgenda verba videntur esse contra hæc brevia, de quibus nunc agimus, capitula. Hic notabo, reperisse me, postquam hæc scripsissem, cl. Keilium in Harlesiana edit. *Fabricianæ Bibliothecæ Græcæ* tom. vii. p. 303. Wetstenium et Ernestium de hac re, pariter atque ego feci, adduxisse.

AD *Canones* quod attinet ecclesiasticos ab apostolis ipsis, si Diis placet, in concilio Antiocheno sancitos, hos quidem Turrianus lib. i. *adversus Magdeburgenses* cap. 25. tradit, Pamphilum Martyrem testari, se in bibliotheca Origenis reperisse; constat vero Turrianum neque canones neque testimonium sumpsisse ex opere aliquo Pamphilo adscripto, sed ex ἀνεπιγράφη quodam manuscripto, canones qui continebat. Istosque *Canones*, quos supposititios esse viri docti, tam Romanenses quam Reformati, ostenderunt, ut falsos fictosque ablegavi; dum *Expositionem Caputum* tanquam dubiam a me mittendam esse censui. Denique *Sententias Pamphili Martyris adversum Mathematicos* Latine interpretatum esse Rufinum, Gennadius ait in Libro suo *De Viris Illustribus* cap. xvii. Atque, si modo inspec-

atur Rufinus ipse in *Invectiva contra Hieron. priori*, pp. 263, 264. ed. Froben. *Op. Hieron.* haud dubitari possit, quin hujusmodi quædam a Rufino ex *Apologetico* Pamphili confecta fuerint. Immo Justus Fontaninus in *Hist. Lit. Aquileiensi* lib. v. cap. 9. p. 323. cum in libro, qui superest *Apologetici*, nonnulla testimonia contra astrologos seu mathematicos invenisset, statuit, hujusce martyris sententias adversum eosdem a Rufino conversas etiamnum in eo libro extare, quas alii viri docti, vel nunquam extitisse vel jam dudum periisse, censuerant. Ait interea Delaruæus in *Admonitione in Apologiam*, etiamsi daret quispiam in primo *Apologiæ* libro, quem vertit Rufinus, nihil contra Mathematicos extitisse, at ceteros libros sequentes, in quibus alicubi forsitan fati assertores confutabantur, Latine reddere in animo saltem fuisse Rufino, quem ab hoc labore deterruit solus Macharius tunc libros *περὶ ἀρχῶν* Origenianos videndi cupidus; p. 5. tom. iv. *Op. Origenis*.

HYMNUS VESPERTINUS.

HYMNUS VESPERTINUS GRÆCORUM,

VEL SÆCULO SECUNDO, VEL CERTE HOC TERTIO,

COMPOSITUS.

ἝΜΝΟΣ ἙΣΠΕΡΙΝΟΣ.

5 ΦΩΣ ἰλαρὸν ἀγίας δόξης ἀθανάτου Πατρὸς, οὐ-
ρανίου, ἀγίου, μάκαρος, Ἰησοῦ Χριστέ· ἐλθόντες
ἐπὶ τοῦ ἡλίου δύσιν, ἰδόντες φῶς ἑσπερινὸν, ὑμνοῦ-
μεν Πατέρα, καὶ Υἱὸν, καὶ ἅγιον Πνεῦμα Θεοῦ.
Ἄξιος εἶ ἐν πᾶσι καιροῖς ὑμνεῖσθαι φωναῖς ὁσίοις,
10 Υἱὲ Θεοῦ, ζωὴν ὁ διδούς· διὸ ὁ κόσμος σε δοξάζει.

Hymnus Vespertinus.

Lumen hilare sanctæ gloriæ immortalis Patris, cœlestis, sancti, beati, Jesu Christe :	Filium, et Sanctum Spiritum Dei. Dignus es temporibus omnibus sanctis vocibus cele- brari, Fili Dei, vitæ dator ;
15 quum ad solis occasum perve- nerimus, lumen cernentes ves- pentinum, laudamus Patrem, et	quapropter te mundus glori- ficat.

ANNOTATIONES

IN HYMNUM VESPERTINUM.

De Vespertino Hymno extant, quæ sequuntur, in
Miscellaneis Thomæ Smithi viri cl. Collegii S.
Magdalenæ Oxonii olim Socii.

Ex Th. Smithi Miscellaneis, Londini anno 1686. editis,
pag. 151.

A GRÆCIS Hymnus Vespertinus, quod ex officio λυχνικοῦ sive Lucernarii manifestum est, sub occasum solis, hodie recitatur, qui a primis seculis longo usu eum derivasse videntur. Nemini autem in dubium vocari poterit, quin prorsus idem sit cum ἐπιλυχνίῳ εὐχαριστία de qua S. Basilius de Spiritu Sancto ad Amphiloichium c. 29. hoc modo disserit, ἔδοξε τοῖς πατέρασιν ἡμῶν, μὴ σιωπῇ τὴν χάριν τοῦ ἑσπερινοῦ φωτὸς δέχεσθαι, ἀλλ' εὐθὺς φανέντος εὐχαριστεῖν. καὶ ὅστις μὲν ὁ πατήρ τῶν ῥημάτων ἐκείνων τῆς ἐπιλυχνίου εὐχαριστίας, εἰπεῖν οὐκ ἔχομεν. ὁ μέντοι λαὸς ἀρχαίαν ἀφίησι τὴν φωνήν, καὶ οὐδενὶ πώποτε ἀσεβεῖν ἐνομίσθησαν οἱ λέγοντες, Αἰνοῦμεν πατέρα καὶ υἱὸν καὶ ἅγιον πνεῦμα Θεοῦ. *Visum est Patribus nostris vespertini luminis gratiam haudquaquam silentio accipere, sed mox, ut apparuit, agere gratias. Quis autem fuerit Author illorum verborum, quæ dicuntur in gratiarum actione ad lucernas, dicere non possumus. Populus tamen antiquam profert vocem: neque cuiquam unquam visi sunt impietatem committere, qui dicunt, Laudamus Patrem et Filium et Spiritum Sanctum Dei. De*

Authore sibi non constare ait expressissime : ideo illos ratio maxime fugit, qui illum in sequentibus Athenogeni adscribere volunt. De alio enim hymno loquitur, quem sanctus ille martyrio per ignem (vide Martyrolog. Roman. ad xviii. diem Januarii.) jamjam consummandus cecinit, et apud amicos reliquerat, in quo eadem de Spiritu Sancto effata occurrebant. Athenogenes autem erat S. Clementi Alexandrino σύγχρονος, cujus ætatem longe exsuperare videtur hic hymnus, quem ob antiquitatem plusquam semel laudat S. Basilius. Ante dixerat se coactum proferre hunc hymnum in testimonium διὰ τὴν τοῦ χρόνου ἀρχαιότητα propter temporis antiquitatem. Et videtur, (nam hic solis conjecturis agendum est) sive ex communi decreto institutus, sive invalescente consuetudine receptus, et apud populum maxime familiaris redditus, qui pro more solenni hanc gratiarum actionis formulam appetente nocte usurpabat. Male igitur Græci, quo auctoramento freti nescio, hunc hymnum Sophronio patriarchæ Hierosolymitano adscribunt. Hanc vero ἐπιλύχνιον εὐχαριστίαν perperam confundit vir maximus D. Usserius cum ἐπιλυχνίῳ ψαλμῶ, qui est Psalmus cxl. juxta numeros Græcos, uti Psalmus lxii. dictus est ὄρθρινος : quod ex Athanasio in Epistola ad Marcellinum, et de Virginitate, et ex constitutionibus Apostolicis abunde patet. Lib. ii. cap. 59. et lib. viii. cap. 35. nam proxime sequitur cap. 36. προσφώνησις ἐπιλύχνιος, sive Oratio Lucernalis, a Psalmo distincta, et εὐχαριστία ἐπιλύχνιος a nostra omnino diversa, et longe amplior, cap. 37. uti illa quoque, quæ post hymnum matutinum sequitur, et titulum præfert ἐσπερινοῦ, lib. vii. cap. 48. SMITHUS.

Sic de hymno exposuit vir clarissimus, Collegii nostri magnum decus. Ego S. Basilii M. auctoritate nixus ceteris germanæ antiquitatis scriptis hoc carmen adjunxi. Jamque ex eodem Basilio, quo magis vis argumenti ab eo ex hymno petiti eluceat, ampliora describo. Ita enim ille cap. 29, Libri *De Spiritu S.* postquam multa testimonia veterum scriptorum attulit, in quibus præpositio σὺν cum ἀγίῳ πνεύματι conjungitur, Patrique ac Filio una cum Spiritu S. gloria attribuitur, Τὰ μὲν οὖν ἄλλα, inquit, τυχόν καὶ ἀπιστηθῆναι δύναται, ἢ καὶ μεταγραφέντα δυσφώρατον

ἔχειν τὴν κακουργίαν, ἐν μιᾷ συλλαβῇ (h. e. σὺν) τῆς διαφορᾶς ὑπαρχούσης· ἃ δὲ διὰ μακροτέρας τῆς λέξεως παρεθέμεθα, καὶ τὴν ἐπιβουλήν διαφεύγει, καὶ τὴν μαρτυρίαν ἀπ' αὐτῶν τῶν συγγραμμάτων εὐαπόδεικτον ἔχει. ὃ δὲ ἄλλως μὲν ἴσως μικροπρεπὲς ἦν εἰς μέσον ἄγεσθαι, τῷ δὲ καινοτομίαν ἐγκαλουμένῳ ἀναγκαῖον εἰς μαρτυρίαν διὰ τοῦ χρόνου τὴν ἀρχαιότητα, τοῦτο δὴ καὶ προσθήσω. ἔδοξε τοῖς πατράσιμ ἡμῶν μὴ σιωπῇ τὴν χάριν τοῦ ἔσπερινοῦ φωτὸς δέχεσθαι· ἀλλ' εὐθὺς φανέντος εὐχαριστεῖν, καὶ ὅστις μὲν ὁ πατὴρ τῶν ῥημάτων ἐκείνων τῆς ἐπιλυχνίου εὐχαριστίας, εἰπεῖν οὐκ ἔχομεν· ὁ μὲν τοι λαὸς ἀρχαίαν ἀφίησι τὴν φωνήν, καὶ οὐδενὶ πώποτε ἀσεβεῖν ἐνομίσθησαν οἱ λέγοντες· αἰνοῦμεν Πατέρα, καὶ Υἱὸν, καὶ Ἅγιον πνεῦμα Θεοῦ. εἰ δέ τις καὶ τὸν ὕμνον Ἀθηνογένους ἔγνω, ὃν ὡσπερ τι ἀλεξήτριον, τοῖς συνοῦσιν αὐτῷ καταλέλοιπεν, ὁρμῶν ἤδη πρὸς τὴν διὰ πυρὸς τελείωσιν, οἶδε καὶ τὴν τῶν μαρτύρων γνώμην ὅπως εἶχον περὶ τοῦ Πνεύματος. *At de cæteris fortassis dubitari possit, aut credi possint immutata eam rationem habere, ut fraus ægre deprehendi possit, cum in unica syllaba positum sit discrimen. Verum quæ plurimis verbis dicta citavimus, ea nec insidias admittunt, et ab ipsis libris paratum habent testimonium. Porro quod alioqui fortassis humiliter foret, quam ut in medium adducatur, sed ei tamen qui de novitate accusatur, perutile propter temporis antiquitatem, hoc quoque nunc adjicimus. Visum est patribus nostris vespertini luminis gratiam haudquaquam silentio accipere, sed mox ut apparuit agere gratias. Quis autem fuerit auctor illorum verborum, quæ dicuntur in gratiarum actione ad lucernas, dicere non possumus. Populus tamen antiquam profert vocem, neque cuiquam unquam visi sunt impietatem committere, qui dicunt, Laudamus Patrem et Filium et Spiritum Sanctum Dei. Quod si quis etiam novit Athenogenis hymnum, quem tamquam aliquod amuletum discipulis suis reliquit, festinans jam ad consummationem per ignem; is novit et martyrum sententiam de Spiritu.* n. 73. p. 62. tom. iii. ed. Benedictin. Ubi ad verba, τοῦ ἔσπερινοῦ φωτὸς, hoc notavit editor. “E regione horum “ verborum scriptum est in margine Regii quinti, περὶ τοῦ “ φωτὸς ἱλαροῦ, quod in ipsum contextum Regii tertii “ irrepsit.” Neque dubitabit quisquam, an ad hymnum

περὶ τοῦ φωτὸς ἱλαροῦ spectaverit Basilius; ejus insuper verba luculentissime probant, ipso Basilio medio sæculo quarto hæc scribente, carminis summam antiquitatem. Conferas quæ supra annotata sunt ad CAII Fragmenta vol. ii. p. 146.

Immo, quod adduxit Basilius, antequam commemoraverat Athenogenem, quem aiunt S. Clementi Alexandrino σὺγχρονον fuisse, hunc hymnum dietæ doxologiæ testem ob antiquitatem ejus, idcirco vel etiam Athenogene vetustius, aut saltem ejusdem ætatis, carmen videtur habendum esse. Sed Hymnum Matutinum, qui fine sacræ synaxis ecclesiæ nostræ positus est, et a Smitho cum hoc Vespertino collocatur, etsi parem fortasse adeptus sit antiquitatem, utpote minus testatæ vetustatis relinquendum duxi. Cavius autem in Dissert. de *Libris et Officiis Græcorum* Historiæ Literariæ affixa p. 27. hæc habet. “ Ad-
 “ dam quod ante me notarunt Usserius et Fr. Duæus,
 “ gentiles olim talem quandam formulam usurpasse. Certe
 “ teste Varrone de Ling. Lat. lib. v. pag. 46. Græci cum
 “ lumen adfertur, solebant dicere φῶς ἀγαθόν. Quid mi-
 “ rum igitur si haberent Christiani quod gentilibus oppo-
 “ nerent, suum nempe φῶς ἱλαρόν, in laudem Domini nostri,
 “ qui ἀπαύγασμα τῆς δόξης Dei patris ab apostolo dicitur.”
 Hæc Cavius. Porro Tertullianum habes in libello *De Oratione* cap. 25. hujusmodi carminum usum liquido testantem; atque ideo quod hæc verba alios quosdam ecclesiæ Christianæ ritus nobis præstant referuntque, tum propterea quod eadem in omnibus fere editionibus Tertulliani desiderantur, a Muratorio primo edita, istæc lectori proponenda existimavi. *Et si simpliciter se habeant, (exempla discipulorum, et apostolorum Petri et Johannis, qui horas orationis, tertiam, sextam, nonam, observabant) sine ullius observationis præcepto, bonum tamen sit aliquam constituere præsumptionem, qua (for. legend. quæ) et orandi admonitionem (for. admonitione) constringat, et quasi lege ad tale munus extorqueat a negotiis interdum, ut quod Danieli quoque legimus observatum, utique ex Israelis disciplina (Dan. vi. 10.), ne minus ter die saltem adoremus, debitores trium Patris, et Filii, et Spiritus Sancti; exceptis utique legitimis*

orationibus, quæ sine ulla admonitione debentur ingressu lucis et noctis. *Sed et cibum non prius sumere, et lavacrum non prius adire, quam interposita oratione, fideles decet. Priora enim habenda sunt spiritus refrigeria et pabula, quam carnis, et priora cœlestia, quam terrena.* Hæc Tertullianus, cap. 25. Et S. Cyprianus fine libelli sui *De Oratione Dominica*, ubi de horis orandi, atque præterea matutinis et vespertinis orationibus exponit, *Recedente item sole, ait, ac die cessante necessario orandum est, nam quia Christus sol verus est et dies est verus, sole ac die sæculi recedente, quando oramus et petimus ut super nos lux denuo veniat, Christi precamur adventum lucis æternæ gratiam præbiturum.* Hinc interea apparet in nonnullis hujusmodi formulis lucis reditum a Deo fuisse petitum. Restat, ut dicam edidisse hunc hymnum Usserium τὸν πᾶν ad calcem *Diatribæ de Symbolis* ex duobus Psalteriis MSSstis, uno Collegii S. Benedicti apud Cantabrigienses, altero bibliothecæ Bodleianæ, non enim sumpserat eum Usserius, ut opinatus est el. Binghamus, *Antiq. Eccles.* lib. xiii. c. 11. §. 5. ex codice τῶν ὁ. Alexandrino. Dum hanc ego Usserii recensioem sequor, alteram illam impressorum librorum a Smitho cum varietate alius cujusdam Bodleiani Psalterii editam ob oculos tibi juxta positurus sum. Sed in quibus verbis discrepabat ab aliis textus Usserianus, in iis consentientem Usseriano post vidi el. Baraterium in *Evangelio Johannis Vindicato*, part. i. cap. 4. p. 95.

P. 515. l. τῶ ἡλίου δύσει] τὴν ἡλίου δύσει *Libri* excepto illo Usseriano *impressi*.

Ibid. l. 7. ὑμνοῦμεν] αἰνοῦμεν *S. Basilii M.*

Ibid. l. 8. καὶ Ὑῖον] Abest καὶ ab *Impressis*.

Ibid. ἅγιον Πνεῦμα Θεοῦ] Θεὸν pro Θεοῦ *Impressi*, sed Θεοῦ, notante Smitho, *Psalter. Bodl.* ab eo collatum, *Basilii*que.


Ibid. l. 9. Ἄγιος εἶ] Ἄγιόν σε *Impressi*.

Ibid. ὁσλαῖς] αἰσλαῖς *Impressi*.

Ibid. l. 10. διὸ ὁ κόσμος σε δοξάζει] δι' ὃν ὁ κόσμος ἐορτάζει *Psalter. Bodl.* a Smitho collat.

CORRIGENDA ET ADDENDA IN VOL. III.

- Page 36. line 7. consensissent
 P. 37. l. 19. Coustantiana
 P. 40. l. 4. hic
 P. 78. l. 8. quæstionum
 P. 87. l. 2. depositionem
 P. 143. l. 9. qui cum p. accepisset
 P. 146. l. 4. sit pro est. Addas, Interea aliæ nonnullæ narrationes in his libris sensu improprio positæ esse videntur, quæ ad litteram exponi solent.
 P. 161. l. 18. ἐνεδίδουν
 P. 176. l. 6. quibus
 P. 203. l. 19. Litteus
 P. 210. l. 17. contesseratione
 P. 214. l. 10. quem pro quod
 P. 238. l. 14. secundum pro juxta
 P. 242. l. 20. alterum
 P. 243. l. 13. posuit
 P. 268. l. 13. βιβρωσκομένων
 P. 278. l. 25. fortasse
 P. 317. l. 17. ἀφίκοιτο
 P. 325. l. 26. propius
 P. 344. l. 18. Adde, Nunc vero adire licet cl. Heinicheni *Excursum Eusebianum* XIII. qui est de συνεισάκτοις.
 P. 349. l. 9. libellis
 P. 352. l. penult. ἀλλὰ
 P. 353. l. ult. ἐνωθεις
 P. 363. l. 13. *Supplicis*
 P. 365. l. 2. tenendum
 P. 416. l. 26. Apostolicus
 P. 433. l. 5. *Trinitatis*
 P. 449. l. 14. P. 442 pro P. 440. l. 16. P. 443 pro P. 441.
 P. 473. l. 11. devitandum
 P. 488. l. 2. in
 P. 489. l. 1. Latine. l. 22. *poposcisset*
 P. 501. l. 13. Hieronymi
 P. 508. l. 30. proferretur



5548

Routh, M. J.
Reliquiae Sacrae

L.Gr.C
R.

**University of Toronto
Library**

**DO NOT
REMOVE
THE
CARD
FROM
THIS
POCKET**

Acme Library Card Pocket
LOWE-MARTIN CO. LIMITED

